BELLI CIVILIS

Inter rigoroſos creditores & calamitoſos debitores

CONFLICTVS PRIMARIVS

Super cenſibus & penſionibus præteritorum annorum

VTRVM VIDELICET IVRE VEL ÆQVITATE INSPECTA CENSVS MIſeris hiſcé diuturni belli temporibus decurſi debeantur, & an non per ſanctionem Imperialem, noua edicta, & ſtatuta poſſint remitti?

AVTHORE

CASPARO MANZIO

IVRIVM DOCTORE, REV.mi ATQVE ILLVST:mi PRINCIPIS EPISCOPI AVGVSTANI, NEC NON SERENISSIMI DVCIS Neoburgici Conſiliario, & in Vniuerſitate Ingolſtadiana Profeſſore Ordinario.

ANNO DOMINI M. DC. XLII.

JNGOLSTADII,

Typis GREGORII HÆNLINI.

PRÆFATIO
Continuatio & Partitio.

IN prima † parte tractatûs cenſualis, quam 1.
præludium belli ciuilis appellaui, egi de
cenſibus in communi, & quæſtiones omni
tempore vſitatas, atque in controuerſiam
vocatas examinaui. Nunc † autem ad illas 2.
deſcendam, quæ hodie maximè agitantur, & ſuper quibus lis & controuerſia quotidie mouetur: vtrùm videlicet poſt diuturnam iſtam belli calamitatem cenſiti debitores adhuc nihilominus ad cenſus ſoluendos teneantur?

In quarum † deciſione ſi quandoq; ad latus credito- 3.
rum acceſſero, & debitores, quibus antea patrocinium præſtiti, aliquantum deſeruero, nemo me inconſtantiæ, vel mutabilitatis arguat, oportet enim magis juſtitiæ, quàm partibus aſſiſtere.

Ideò † autem difficiliùs hoc loco debitoribus pa- 4.
trocinor, quàm in prioribus meis ſcriptis, quia in illis agebatur tantùm de duritie creditorum, in carceribus decernendis, inq; operis expoſtulandis retundenda, vel de reſpiratione debitoribus indulgenda, de victu & amictu relinquendo, de ſolutione ad tempus differenda, quod creditoribus nō adeò magnum poterat afferre damnum, iuxta illud: in † mora modici temporis non eſt magnum 5.
præiudicium, *l. 21. ff. de iudic.* hic autem agitur † de debi- 6.
to prorſus remittendo, de cenſibus omninò condonandis; qua in re non plus miſerabilibus debitoribus fauere poſſum, quàm lex & æquitas permittunt. Nam bene di-

7. cit author Parthenij litigioſi, *l. 2. c. 11. n. 7.* nemo imagi-
nari ſibi debet, quod oratio Dominica (quã à primis eius
verbis *Pater noſter* appellamus) remedium ſuppeditet,
quaſi ob id, quod debeamus debita dimittere debitori-
bus noſtris, etiam pecuniaria debita ſint condonanda.
8. Non † enim prohibet Chriſtus Dominus, quò minus
creditor pecuniarias ſummas exigat, quæ ex legitimis
9. contractibus ſibi debentur, modò ne † acerbus creditor
debitori ſemper ſtet ſuper caput, nullum diem gratis oc-
cidere patiens, vt ait *Seneca l. 7. de benef. c. 17. l. ſi bene ff.*
de vſur. Hering. de fideiuſſ. c. 1. n. 38.
10. Præterea † non omnium, ſed eorum tantùm debi-
torum patronum me profeſſus fui, qui calamitate belli
fuerunt depauperati: atqui ſi remiſſionem cenſuum
ſimpliciter defenderem, ſæpe diuites fouerem, & con-
tra pauperum iuſtiſſimas exactiones auariſſimos & te-
naciſſimos Euclіones protegerem, quod meum planè
11. non eſt propoſitum. Itaque † ſic me in æquilibrio tene-
bo, vt creditoribus iuſtitiam, debitoribus æquitatem &
benignitatem ſaluam, magiſtratibus auctoritatem & po-
teſtatem ſuam integram & inuiolatam velim relictam.
12. Præſtantiſſima † enim inter homines bona ſunt (inquit
Imp. Iuſtin.) iuſtitia & benignitas, quarum altera æqua-
liter ſuum cuiq; tribuit, neq; appetit aliena: altera ad mi-
ſericordiam decurrit, & debitorum incõmoditate egen-
tes liberat, *Nouell. de releuat. tribut. 162. in pr.*
13. Vt autem † ordine progrediar, nectam iterum filũ,
quod in prima parte, *quæſtione vltima* abrupi, & quia ibi-
14. dem pro † *Regulâ* poſui, quod citra peculiare pactum de-
bitor cenſitus, non liberetur propter defectum fructu-
15. um, eamq; per aliquot ampliationes † ita extendi, vt ſi-
ue cenſus ſit perſonalis, ſiue hypothecâ ſubnixus, ſiue
mix-

mixtus; *n. 61.* ſiue etiam realis, nihilominus creditori Ius maneat ſaluum. ſiue res ſit prorſus infrugifera facta, *n. 66. & ſeqq.* ſiue tantùm ad tempus ſterilis reddita, *n. 69. & ſeqq* ſiuè omninò nullos fructus tulerit, ſiue pauciores tantùm, vel minores, quam ſit quantitas cenſûs, aut rariores, quam tempore conſtitutionis ferebat, quod integri nihilominus cenſus ſint præſtandi *num. 71. & ſeqq.*
Nunc vlterius procedere, & limitationes † quaſdam exa- 16.
minare decreui, videlicet † primò, vtrùm non ſaltem 17.
hiſcé calamitoſis, extraordinarijs, inſolitis, & quaſi irregularibus temporibus debitores cenſitici, aliàs ſatis afflicti, & belli infortunio miſerè affecti remiſſionem cenſuum habere debeant, necne? Deinde † ſi non omnes, 18.
ad minimùm illi liberi ſint pronunciandi, qui de bonis cenſui ſubiectis per vim fuerunt deiecti. Tertiò † ſi cala 19.
mitas iſta obligationē non omninò tollat, an ſaltem ſolutionem differat, vel retardet? Quartò † ſi non de jure 20.
ſcripto, & eius rigore inſpecto, ſaltem ex æquitate cenſus hoc tempore ſint remittendi? Quintò † ſi lex ſcri- 21.
pta nondum ſit, an adhuc ſcribi, & per ſanctionem pragmaticam, conſtitutionem Imperialem, vel ſtatutum locale induci poſſit, vt cenſus præteritorum annorum non præſtentur, ſed remittantur. Sed † quia multa fieri 22.
poſſunt, quę tamen fieri non conducit, ideo hiſcè quinq; limitationibus examinatis illud quoque videbo: vtrum expediat legem aliquam generalem, vel ſtatuta localia de remittendis cenſibus facere; & quia † aliqui ex nu- 23.
mero illorum, qui facultatem ſtatuendi habent, cenſus præteritis annis decurſos, creditoribus ſuis ſoluunt, vtrum non ipſo facto ſtatuant contrarium, & an non tale exemplum pro lege vel ſtatuto ſit habendum? Item † 24.
quia in ſupremo Imperij tribunali creditoribus quan-

25. doque cenſus per ſententiam adiudicantur, vtrum talia præiudicia pro lege ſint agnoſcenda? Et quia † hoc tempore, quo paſſim diſputatur, an cenſus debeantur, nec ne, tam iudices, qui ſuper hiſcè controuerſijs pronun-
26. ciare deberent, valde perplexi: quam † ipſi debitores, qui aliquid ſoluere deſiderant, non parùm ſoliciti, & anxij redduntur, an pecunia ſoluta in ſortem principalem, an verò in cenſus aliquando ſit imputanda: ideo pro aliquali informatione illorum tradam, quæ ſint par-
27. tes † iudicis, in hiſce cauſis cenſualibus, hoc calamitoſo
28. tempore definiendis, & † ſi contingat debitorem aliquid cenſitori ſoluere, nec tamen exprimere, an in diminutionem ſortis, an verò in cenſuum præſtationem computari velit, quid tunc in dubio cenſendum, an ſors ipſa,
29. vel cenſus diminuendi. Deniq; † auctarij loco, vt compleatur duodenarius quæſtionum numerus, circa finem illam, non minùs controuerſam, quæſtionem adijciam: vtrum cenſus poſſint hoc tempore, prout vulgò loqui ſolent, renunciari, & ſors capitalis à debitoribus cenſitis
30. exigi. Hæc † ſunt, beneuole lector, quæ potes, à me in præſenti diſſertatione expectare, & quo loco ſingula quærenda ſint, ex ſubiecto indice cognoſcere.

INDEX.

INDEX QVÆSTIONVM.

I. *Ob quas cauſas creditores exiſtiment; cenſus etiam hiſce calamitoſis temporibus, & poſt deuaſtationem vniuerſalem deberi, & quam illæ ſint efficaces?*

II. *Ob quas cauſas debitores exiſtiment cenſus moderno tempore non deberi, & quã illæ ſint efficaces?*

III. *Vtrum illi, qui de prædijs cenſualibus præteritis annis, per vim hoſtilem fuerunt deiecti, liberationem habeant à cenſibus ſoluendis?*

IV. *Vtrum modernis calamitoſis debitoribus dilatio ſaltem ſit concedenda, ſi non liberatio?*

V. *Vtrum non ex æquitate ſaltem, ſi non de iure ſtricto, calamitoſis debitoribus cenſus ſint remittendi, & an æquitas rigori iuris præferenda?*

VI. *Vtrum per ſanctionem pragmaticam, conſtitutionem Imperialem, vel ſtatutum induci poſsit, vt cenſus præteritorum annorũ non præſtentur, ſed remittantur?*

VII. Vt-

VII. *Vtrum expediat generalem legem, vel ſtatuta localia de remittendis cenſibus facere?*

VIII. *Vtrum exemplum Superiorum cenſus ſoluentium pro lege ſit habendum?*

IX. *Vtrum præiudicia Cameræ Imperialis pro lege in materia cenſuũ ſint habenda?*

X. *Quæ ſint partes iudicis in hiſce cauſis cenſualibus hoc calamitoſo tempore definiendis?*

XI. *Quid ſi debitor aliquid ſoluat, neque tamen exprimat, an in diminutionem ſortis; an verò in cenſuum præſtationem computari velit, quid tunc cenſendum?*

XII. *Vtrum ſors, aut pretium censûs poſſit ab emptore repeti, ſiue, vt vulgò loqui ſolemus, cenſus â creditore hoc tempore renunciari?*

QVÆ-

QVÆSTIO I.

Ob quas cauſas creditores exiſtiment, cenſus etiam hiſce calamitoſis temporibus, & poſt deuaſtationem vniuerſalem deberi, & quam illa ſint efficaces?

Hoc loco † illud in controuerſiam & quæſtio- 1.
nem venit: Vtrum cenſus præteritorum anno-
rum, ab ijs, qui prædia cenſualia adhuc poſſi-
dent, debeantur, nec ne?

Si debitores † interroges, breue & facile 2.
reſponſum accipies. Communis enim omnium
cantilena eſt, licet vocibus nonnihil diſtincta & modificata, jam
non eſſe tempus ſoluendi cenſus: cuncti vnanimiter clamant, licet
diuerſis rationibus adducti, bellum & bello annexas calamitates
omnem obligationem ſuſtuliſſe, vel quò minùs oriretur, impedi-
uiſſe, vel ſaltem exceptionem in factum tribuiſſe.

Itaque ad † regulam ſup. *in præfatione n* 14. formatam, quod vi- 3.
delicet creditori jus cenſus maneat ſaluum, ipſi faciunt hanc † ex- 4.
ceptionem ſiue limitationem: niſi tempora ita ſint calamitoſa, vt
nullos omninò fructus, vel non niſi ad ſuſtentationem neceſſarios
ex prædijs cenſualibus percipere liceat. E contrario † verò credi- 5.
tores oggerunt, tempus belli non eſſe tempus Iubilæi, quod indul-
gentiam & abſolutionem debitorum inducat: inſtanter proinde
cum illo ſene clamant: redde quod debes, atque cum Martiali ita
judicant:

Et judex petit, & petit patronus
Soluas, cenſeo, Sexte, creditori.
Krieg hin / Krieg her
Der Schuld erlaſſe ich dich nimmermehr.

6. Extendunt † proinde regulam, & faciunt hanc ampliationem: Etiamſi tempora ita ſint calamitoſa, vt debitor cenſitus nullos, vel exiguos fructus percipiat, nihilominus cenſus integros præſtandos
7. & ſoluendos eſſe. Quoniam † itaque in contradictorijs verſantur, & varijs modis inter ſe velitantur, ego ſingulis tam debitoribus, quam creditoribus ſuam ſtationem in hac ſcena aſſignabo, & vt ſua quiſque argumenta in medium afferre poſſit, facultatem
8. præbebo. Nam ſicuti † in controuerſis quæſtionibus fieri conſueuit, vt tot ſint diuerſæ ſententiæ, quot ſunt diuerſa capita, *c. ſicut in Sacramentis 251. de conſecr. diſt. 4. gl. in c. ſuper literis ext. de reſcript.*
9. (varij † enim ſunt affectus hominum, *L. quia poterat 4. ff. ad Trebell.*) ita multò magis & facilius accidit, vt vnius & eiuſdem ſententiæ ſectatores varijs ducantur rationibus, & animi motibus, quoniam
10. † diuerſitatem corporum ſequitur diuerſitas animorum. *c. quia diuerſitatem. 5. ext. de conceſſ. prabend.*

Adducam autem argumenta plura in vtramque partem, ita vt ſi non valeant tantum, quantum ex opinione ſuorum authorum valere debent, valeant ſaltem, quantum valere poſſunt.

11. Sed quia † creditores actorum locum ſuſtinent, & actores præ reis audiendi ſunt, ideo videamus, quid pro fundanda ſua actione, & pro ſoluendis cenſibus afferant.

12. Primò † dicunt, quod obligatio ſemel legitimè contracta non aliter diſſoluatur, quam per ſolutionem, alioſque legitimos modos, traditos ſub titulo *inſt. quib. mod. toll. oblig.* Zorer. *q.* 1. *n.* 34. Sed
13. neque tempus † eſt modus tollendi obligationem, *L. obligationum fere 44. §. placet ff. de O. & A.* Neque calamitates bellicæ, quemadmodum ad longum oſtendi in patrocinio debitorum *decad.* 1. *q.* 1. *num.* 30. *& ſeqq.* E. obligatio cenſuum, quæ ſupponitur legitimè fuiſſe contracta, neque per vnum vel alterum tollitur, neque aliter diſſoluitur, quam per actualem ſolutionem, vel alios æquiualentes modos, Zorerus *q.* 1. *n.* 34. *& n.* 155.

14. Secundò: omnes † legitimi contractus ſunt ſeruandi, & omne promiſſũ cadit in debitũ, quia nihil fidei humanæ magis congruit, quam

quam ea, quæ placuerunt, cuſtodire, *L. 1. in pr. L. iuris gentium 7. §. ait prætor. ff. de pact. L. non minorem 20. C. de tranſact. L. 1. §. ſi conuenit. & ff. depoſiti. L. in conuentionalibus 52. ff. de V. O.* & † graue eſt fidem 15.
fallere, *L. 1. ff. de conſtit. pecun.* adeo vt doli arguatur, qui pacta vel promiſſa non ſeruat, *L. dolus 44. ff. mandati L. 1. §. eſt autem 22. & §. quia autem 47. ff. depoſiti.* vnde dicere ſolemus.

Verba ligant homines, taurorum cornua funes,
Cornu bos capitur, voce ligatur homo.

Schneidewein in pr. inſt. de obligat. n. 17. Imò referente Shurff. *conſ. 99. cent. 1.* DEVS ipſe obligatur ex promiſſione. Vnde Magnus Alexander † a præceptore ſuo Ariſtotele ſemper ad hoc fuit admoni- 16.
tus, vt promiſſum & fidem ſeruaret, nam citra hoc nullum proſperum ſucceſſum habiturum, quod refert Bald. *in L. 1. ff. de pact.*
Aucta etiam † dicitur potentia Romanorum, per tria potiſſimum 17.
1. quod omnia ſua conſilia bene deliberârint, 2. quod in cibo & potu parci fuerint, 3. quod promiſſa & fidem ſuam ſtricte ſeruârint, *referente poſt alios Aleman. in palaſt. conſult. 6. p. 314.* Ita in terminis Dominus Ioan Chriſtophorus Aſſum calamitoſorum debitorum magnus patronus *in telo neceſſitatis, paupertatis & impoſſibilitatis. f. 8.* E. etiam cenſus promiſſi in pactum & contractum deducti ſunt ſoluendi.

Tertiò: præcepta † juris iubent, ſuum cuique tribuere, & al- 18.
terum non lædere, *L. 10. ff. de I. & I. §. iuris præcepta 3. inſt. eod.* E. debitor tantò magis debitũ reddere debet, idem Dn. Aſſum. *f. 9.*

Quartò: Si † quis omnia ſua bona amiſit per ceſſionem, per 19.
hoc tamen neque naturalis, neque ciuilis obligatio tollitur, ſed creditor ad pinguiorem fortunam reuerſus adhuc ſoluere tenetur, *l. 4. de ceſſ. bon. L. qui bonis C. qui bon. ced. poſſ. ego in patrocin. debit. decad. 2. q. 8. n. 84. & decad. 3. q. 1. num. 131. Renat. n. 97.* & interim cautionem præſtare de ſoluendo, ad minimum juratoriam, *ego in præfat. decad. 4. §. nullum enim* quemadmodum † & ille, qui morato- 20.
rium à Principe impetrauit, *ego decad. 2. q. 2. n. 23. Freudemb. conclus. 49. per tot. Renat. f. 75. n. 134.* cum † itaque belli calamitas compare- 21.

tur ceſſioni bonorum *Mynſ. §. f. n. 5. inſt. de action. ego decad.* 1. *q.* 7.
22. *n.* 108. *decad.* 2. *q.* 1. *n.* 137. *decad.* 3. *q.* 2. *n. f.* & æquiparatorum † ea-
dem ſit ratio, *Cardinal Tuſch. lit. A. concluſ.* 174. *lit. E. concluſ.* 308.
ſequitur, quod etiam belli calamitas obligationem cenſuum non
ſoluat.

23. Quinto : belli † calamitas tribuit debitoribus beneficium
competentiæ, vti oſtendi in patrocinio debitorum *decad.* 2. *q.* 2. *per*
24. *tot.* atqui beneficium competentiæ † æquè parum obligationem
tollit, ſed eò vſque tantum exceptionem largitur, quouſque ad
pinguiorẽ fortunã debitor peruenerit, *gl. ad § f inſt. de act. Mynſ §.
item ſi de dote* 9. *inſt. de act. ego in patrocin decad.* 3. *q.* 1. *circ. f. in effectu
n.* 130. & 131. *q.* 7. *n.* 153. *contin. decad.* 4. & *q.* 4. *in pr.* E. idem de ca-
lamitate belli dicendum.

25. Sextò : Etſi † Imp. ipſe calamitatem debitoris, eiuſque inopiam
ſufficientem eſſe arbitretur, ob quam ei dilationem quinquennalem
indulgeat: tamen talis dilatio non modò non ſoluit obligationem
quoad ſortem capitalem, ſed ne quidem cenſuum aut vſurarum
curſum ſiſtit, *Freudenberg concluſ.* 63. *Renat n.* 104 *litt. n n.* & debi-
tor nihilominus cautionem præſtare tenetur de ſoluendo, *L.* 4. *C.
de precib. Imp. off.* vide quæ ſcripſi *decad* 2. *q.* 2. *n.* 23. *q* 9. *n.* 20 *decad.*
4. *q.* 9. *n.* 35. E. multò minus obligatio ſoluetur per ſolam calami-
tatem & inopiam.

26. Septimò : † Etſi ſolutio debitorum cenſuum in parata pecunia
impoſſibilis eſſet, tamen ceſſio hypothecarum, non eſt impoſſibi-
lis, Dominus Aſſum *f.* 9.

27. Octauò : † Caſus & periculum ſpectant ad rei Dominum,
28. *L. pignus* 9. *C. de pign act. L quæ fortuitis,* 6. *C. eod.* atqui † debitor eſt
dominus pecuniæ mutuo acceptæ, *§. mutui autem inſt. quib. mod re
cont. oblig. L.* 2. *§ appellata. ff. ſi cer. pet.* & rei quoque hypothecatæ,
L. cum & ſortis. 35. *§. pignus ff. de pign. act. L. pignus.* 9. *C. eod. L. qui pig-
norn.* 36. *cum ſeqq. ff. de acquir. poſſeſſ. Mynſing. cent.* 6. *obſ.* 70. *num.* 3.
29. E. periculum & caſus fortuiti (inter † quos etiam numeratur bel-
lum, incurſus hoſtilis, impetus prædonum, deprædatio, *§. item is
cui* 6. & *is quidem. inſt. quib. mod. re cont. oblig. L. contractus* 23. *ff. de R. I.*

Cath.

Gail. 2. obſ. 23. n. 2. & obſ. 63. n. 6.) ſpectant ad debitorem, niſi † cul- 30.
pa vel mora creditori imputari poſſit, *L. ſi nulla C. de pign. act. L. 30.*
ff eod. L. f. § f. ff. eod. vbi VVeſenb. n. 7. ad n. 7. ff commodati, vel niſi in-
ter contrahentes aliter conuenerit, *L. 6. C. de pignorat. act.* ita ferè
Dn. Zorerus *q. 1. n. 44. & ſeqq.*

Nonò: † contractus apud nos vſitati, licet de cenſu loquantur, 31.
rariſſimè tamen ſunt emptiones cenſuum realium, ſed plerumque
tantùm continent mutuum, cum pacto vſurarum, ſiue intereſſe,
adeoque ſunt obligationes perſonales cum hypotheca bonorum:
atqui † hypothecæ interitus obligationem non tollit, *L. quæ for-* 32.
tuitis & L. pignus C. de pignor. action vbi Imp Alexander ſic reſcri-
pſit: quæ fortuitis caſibus accidunt, cum præuideri non potuerint,
nullo bonæ fidei judicio præſtantur, & ideo creditor pignora, quæ
fortuito caſu interierint, præſtare non compellitur, nec à petitione
debiti ſubmouetur, niſi inter contrahentes placuerit, vt amiſſio
pignorum liberet debitorem, ad idem eſt text: *in L. pignus. 9.* vbi
vbi Impp. Dioclet: & Maxim: ſtatuerunt, pignus in bonis debitoris
permanere, ideoque ipſi perire, & perſonalem actionem debiti re-
poſcendi causà integram creditorem habere. Zorer: *n. 48.* Renat.
num. 43. & 44. Alij † paulò aliter hoc argumentum formant, & 33.
dicunt. Etiamſi hypotheca prorſus intereat, nihilominus creditor
actionem ſuam ſaluam habet, *per. L. ſi creditor L. ſi nulla & L. pignus*
C. d. T. Sichard. ibid. n. 1. quod maximè obtinet in caſu, vbi non tan-
tum res eſt hypothecata, ſed etiam debitoris perſona obligata: ibi
enim in creditoris electione eſt, debitorem, ſi ipſe rem hypotheca-
tam poſſidet, vel reali vel perſonali actione conuenire, *L. perſecu-*
tione & ibi Sichard. num. 1. C. de pignor. & hypoth. E. multò magis,
quando hypotheca adhuc ſalua eſt, etiamſi nonnihil deteriorata,
& debitori tanquam Domino parum vtilis.

Decimò: ex mora debitor vſuras, & quicquid ex conuentione 34.
adiectum erit, debet, *L. 3. §. 1. L. 19. L. 32. L. 37. ff. de vſur. Aſſum. f. 10.*

Vndecimò: qui † cenſum pecuniarium debet, is eſt debitor 35.
quantitatis, & generis, cum itaque genus perire non poſſit, *L. in-*

cendium 11. *C. ſi cert. pet. L. continuus* 177. §. *illud ff. de V. O.* nec deteriorari, *Paul. Matth. VVehner. in obſeruat. pract. v.* Zinß *in pr.* iſtiuſmodi caſus fortuiti liberationem debitori haud adferunt, poſt multos alios Freudenb. *de reſcript. morator: concluſ.* 21. *n.* 8. *vbi, n.* 9. addit:
36. quod † aduerſa fortuna ad alterius damnum non ſit conſiderabilis, *argt. L. inter ſtipulantem* 83. §. *Sacram. vbi Zaſius num.* 17. *ff. de V. O.* & quod caſus belli ſuperueniens non irritet debitum ab initio legitimè contractum, per regulam triuialem: factum legitimè retractari, vel irritari non debet, ex ſuperuenienti caſu, *c. factum legitimè* 73. *de R. I. in* 6. *L. in ambiguis* §. 1. *ff. de R. I.*

37. Duodecimò: qui † alteri mutuum dedit, is actionem perſonalem, quæ condictio certi ex mutuo vocatur, acquirit, *pr. inſtit. quib. mod. re cont. oblig. vbi Myſ. n.* 11. *& Schneid. n.* 29. Si autem hypotheca ſibi prouidit, præterea actionem realem, quæ hypothecaria, ſiue quaſi Seruiana appellari conſueuit, §. *item Seruiana, vbi Dd. inſt. de action.* vt ita creditor ad recuperandam pecuniam creditam, perſonalem & realem actionem habeat, in cuius arbi-
38. trio poſitum † eſt, vtrum perſonam ipſam debitoris, an verò hypothecam perſequi velit, *per l. diſtractis.* 14. *& l. perſecutione.* 24. *C. de pignor.* imò ab vna ad alteram redire, *per l. quamuis.* 8. *C. de pignor. & hyp.* Si ergo realis per interitum hypothecæ ceſſet, adhuc perſonalis ſupereſt. Zorer. *n.* 77. *& ſeqq. item n.* 112.

39. Decimò tertiò: † mutuum plerumq; ad promouendum commodum debitoris, & omnium bonorum eius conceditur, & cenſus de bonis indiſtinctè ſoluuntur, neque vllum certum prædium aſſignatur, vnde ſolutio proficiſcatur, multò minus à creditore eligitur, cui perinde eſt, vndecunque debitor pecuniam accipiat, qua ſatisfaciat. E. non attenta deuaſtatione bonorum debitoris cenſus nihilominus debentur, Zorer. *q.* 1. *n.* 104.

40. Decimò quartò. † quemadmodum in mutuo mutuatarius tenetur in omnem euentum creditori ſatisfacere, licet res mutuata caſu fortuito perierit, vel deterior facta fuerit, *L. incendium* 11. *C. ſi*
41. *cert. pet.* propterea quod † rei mutuatæ dominium in ipſum fuit translatum, §. 2. *verſ. & is inſt. quib. mod. re cont.* vbi dicitur: ſi quo-

libet-

libet fortuito caſu amiſerit, quod acceperit, veluti incendio, ruinâ, naufragio, aut latronum hoſtiumuè incurſu, nihilominus obligatus remanet, *ad d. L. 1. §. & ille ff. de oblig. & act. Zerer. num.* 50. ita † 42. quoque in emptione emptor creditori, quia etiam in hoc contractu periculum rei venditæ ad emptorem pertinet, & quidem non primùm poſt traditionem rei, quemadmodum in mutuo (quod re conſtat, ac proinde ad eius perfectionem actualis rei traditio requiritur, *pr. inſt. quib. mod. re cont. oblig.* ſed ſtatim poſt perfectam emptionem, tametſi adhuc res emptori tradita non ſit, *§. cum autem 3. inſt. de empt. & Vend.* Ergo etiam in emptione cenſus annua præſtatio indiſtinctè debet ſolui, & non debet attendi, quid prædijs cenſui ſubiectis acciderit, vtrum interempta, an verò deteriorata fuerint.

Decimò quintò: † in vtroque caſu, tam in mutuo, quam in emptione cenſus debetur pecunia, & quantitas, adeoque genus; 43. ſed caſus fortuitus, (qualis eſt etiam incurſus hoſtium) & infortunium ære alieno non exuit debitorem quantitatis *L. incendium* 11. *C. ſi cert. pet. VVeſenb. in parat. n.* 12. *ff. de reb. cred.* & genus † perire non 44. poteſt, *argt. L. in ratione* 30. *§. Verum eſt.* 3. *ff. ad L. Falcid.* neque creditorem à petitione debiti ſubmouet, *L. qua fortuitis C. de pign. act.*

Decimò ſextò: † cenſus promiſſi non aliter deſinunt currere, 45. niſi capitale ſoluatur, obligatio ſummæ principalis & ſortis perimatur, & tollatur, *per L. tutor* 41. *§.* 1. *ff. de Vſur. & ibi Gothof. in not. Zerer. q.* 1. *n.* 135. *& n.* 157. atqui per † calamitates belli nemo dicit 46. obligationem principalem peremptam & ſublatam eſſe. E. etiam dici non poteſt, quod cenſus deſierint currere.

Decimò ſeptimò: † quod in fauorem alicuius introductum eſt, 47. in odium eius retorqueri non debet, *L. quod fauore 6. C. de LL. c. quod ob gratiam 61. de R. I. in 6.* atqui pignus † in bonum & fauorem cre- 48. ditoris, crediti nimirum ſeruandi causâ conſtitutum eſt, vt contractui maior fides habeatur, *§. Vlt. quib. mod. re cont. oblig. L.* 1. *de pign. act.* Ant. Neguz. *de pign. p.* 5. *memb.* 1. *n.* 8. vbi tradit: quod pignoris datio fiat pro ſecuritate, & ad facilitandam executionem, *idem*

memb. 3. §. 49. vbi dicit: quod pignus detur ad cautelam pro faciliori exactione, E. non debet interpretari in læſionem creditoris, Dn. Zorer. *q.* 1. *num.* 59. *confer. part.* 1. *q.* 12. *num.* 54. & *q.* 11. *num.* 11. & 12. *præludij.*

49. Decimò octauò: ſtipulatio in annos ſingulos vna eſt, *L.* 16. *§.* 1. *ff. de V. O* §. *at ſi ita* 3 *inſt. de V. O.* vide quæ ſcripſi *ſupra p.* 1. *quæſt.* 12. *num.* 104. *cum ſeqq.* Ergo & ſtipulatio annuarum penſionum. Si autem melioribus temporibus fuit valida & efficax, & debitor ad cenſuum ſolutionem obligatus, etiam hiſce bellicis temporibus

50. talis erit, & manebit, vna † enim & eadem res diuerſo jure cenſeri non debet, *L. eum qui ædes* 23. *in pr. ff. de Vſurp. & Vſucap. Vide ſup. p.* 1. *quæſt.* 12. *n.* 115.

51. Decimo nonò: in † omnibus humanis actionibus & contractibus æquilibrium juſtitiæ rectius & melius non poteſt conſtitui, vel ſeruari, quam ſi lucrum & damnum vtrinque conferatur, quemadmodum in propoſito, ſi emptor æquè cenſu, atque venditor pretio fruatur. Conſiſtit namque juſtitia contractus in æqualitate

52. rerum ipſarum per juſtas vtrinque compenſationes. Et ita † in cenſuali contractu, ſicut emptor cenſus interea, dum is non redimitur, percipit fructus ex cenſu, tanquam re ſua: ita etiam venditor interea, dum non redimit cenſum, percipit, tanquam è re ſuâ vtilitatem ex pretio cenſus, *Renat. n.* 50. & 51. *Vbi allegat. Gregor. de Valent. tom.* 3. *diſp.* 5. *q.* 22. *punct.* 6. *V. tertio probatur,* & porrò ſic per-

53. git; nulla † autem foret æquitas aut æquabilitas, ſi venditor cenſus, qui pecuniam acceptam bene impendit, & fortaſſis fertilia prædia comparauit, ijs bonis, & virtualiter creditoris pecunijs perpetuò frueretur, emptor autem, ſi res cenſualis periret, tam cenſu, quã ſummâ capitali in perpetuum carere deberet.

54. Vigeſimò: † quamuis venditor cenſus ſiue debitor cenſitus, non fruatur bonis cenſualibus, fruitur tamen pecunia à creditore acceptâ, quam vtique in vſus ſuos impendit, vel impendere ſaltem potuit, & non poteſt conqueri, quod hoc onus ſoluendi cenſum abſque omni compenſatione præſtet. E. adhuc nihilominus ad

cenſus

cenſus ſoluendos obligatur, quia in omnem caſum & euentum belli, ſterilitatis, vel alterius calamitatis ſummam capitalem retinet, *Renat. n.* 83. quemadmodum † emphyteuta, qui emphyteuſin 55.
vendidit, ad canonem emphyteuticum etiam tempore belli, vel alterius infortunij tenetur, *Wurmſer Beſtius ſub tit. de remiſſ. merced. cond. n.* 114. per rationem: quia licet non gaudeat re, tamen gaudet pretio, vide Renat. *num.* 63.

Vigeſimò primò † dicunt, quod in receſſu deputationis de 56.
anno 1600. §. fernere iſt biß anhero/ꝛc. clarè prouiſum ſit, ſi debitor in inſtrumento ſe ad id obligauerit, vt ſi in ſoluendis reditibus annuis moroſus ſit, ſtatim ſummam capitalem creditori reddere velit, quod in eo caſu, ſtantibus alijs clauſulis executiuis, mandata ſine clauſula decerni debeant.

Vigeſimò ſecundò: inſtrumentis † obligationis plerumq; ſunt 57.
inſertæ aliquæ, & quidem prægnantiſſimæ clauſulæ executiuæ, quæ paratiſſimam executionem poſt ſe trahant, & tam juxta conſtitutiones Imperij, quam juxta jura vulgaria ſine conſideratione temporum executioni mandari jubentur. Nam quando † inſtru- 58.
menta clauſulam guarentigij, ſeu pactum propria auctoritate rem hypothecatam ingrediendi habent, cum adiecto juramento; tunc paratam merentur executionem; ſicut ſententiæ definitiuæ, *Matth. Coler. de proceſſ. execut. p. 1. c. 3. n. 14.* Quod etiam in Camera Imperij in vſu eſt, vbi ex clauſula guarentigij ſtatim decernitur executio, & incipitur à præcepto judicis. Cum † in liquidis & notorijs 59.
nec juris ordo, nec alia ſententia, quam juſſus judicis ad exequendum requiratur, adeo vt judex aditus creditori poſſeſſionem rerum, cum pacto executiuo hypothecatarum, abſque citatione & libello adiudicet, & illum juxta conuentionis legem ingredi jubeat, *Gylman. in ſymphor. ſupplicat. tom. 2. p. 3. tit. 2. ſupplicat: 14. & Sichard. in L. creditores 3 n. 23. C. de pignor. & hypothec.* Hinc † videmus quo- 60.
tidie creditores petere, ſibi mandata de ſoluendo ſine clauſula decerni, & terminum ſolutioni præfigi, atque intra eum, niſi debitor pareat, mandatum immiſſoriale in bona hypothecata, de dimittendo ea, & de non impediendo emanare, ita Anonymus quidam.

61. Vigeſimò tertiò: creditor non tenetur ſolutionem ex fructibus annuls, & præter voluntatem ſuam aliud pro alio recipere, *L. 2. §. mutui dati eo ff. de reb. cred. VVeſenb. n. 4. ff. de ſolut. Conuar. L 3 Var. reſolut. cap. 18. n. 4. Hartm. Piſtor. 1. quaſt. iur. 15. n. 73. & ſeqq.* E multò minus tenetur ſolutionem fructibus non natis remittere, *vide Zorer n. 116.*

62. Vigeſimò quartò: † omnis vtilitas rei cenſualis, & fructus, qui in ea naſcuntur, ſpectant ad venditorem cenſus, ſiue percepti, ſiue pendentes ſint, vt ergo Domini commodo naſcuntur, ita & eius damno pereant, æquum eſt, *Renat. n. 64.*

63. Vigeſimò quintò: † contractus cenſuales plerunque fiunt cum pacto aſſecurationis, quo in caſu cenſus debetur indiſtinctè, ſiue res cenſualis pereat, ſiue inculta & infrugifera reddatur, Renat. *num. 46. & ſeqq.*

64. Vigeſimo ſexto: † ſi inſpiciamus inſtrumenta obligationum cenſualium, videbimus cenſus vel ſuper vniuerſis bonis, & juribus, & reditibus collocatos, Renat. *num. 29.* vel ſi vni tantum rei ſpecificæ impoſiti ſunt, hanc clauſulam additam eſſe, vt in euentum, quo prædia cenſui ſubiecta cenſum non ferant, omnia alia debitoris bona ſint obligata, Renat. *num.* 25. Vel ſi certum quoddam prædium cenſui ſupponitur, plerumque hypotheca generalis omnium bonorum adijcitur, *idem num.* 38. vel cenſu ex in vel ſuper prædio vendito adhuc debitor ipſe perſonaliter obligatus manet, *Renat. n. 28. Vide qua tradidi ſup q. 4. p. 1. n. 101. cum ſeqq.* & cenſus plerumque ex perſonali & reali mixtus eſt, *idem n. 30.* imò plerumque & vbique fere ſuper ſola perſona conſtituitur cum adiectione hypothecæ, *idem n. 38. & lit. Z.* quibus omnibus in caſibus fruſtra diſputatur, an perempto prædio debeatur adhuc cenſus, quia Dd. vnanimiter affirmatiuè reſpondent.

65. Vigeſimò ſeptimo · Nemo † debitorum ſterilitate bonorum ſuorum ſe excuſare poteſt, quia vt paulò ante dictum, plerunque vnà cum bonis perſona debitoris obligatur, quæ nunquam adeò inepta eſt (modò animus laborandi & lucrandi non deſit;) & prædia ipſa nunquam adeo infrugifera, deſerta, & inculta, vt non ab vtroque ſimul, ſaltem tantum, quantum egeno creditori neceſſarium ſit, poſſit conquiri; *Renat. n. 41.*

Vige-

Vigeſimò † octauò: Emptor cenſus emit non fructus prædio- 66.
rum cenſualium, hoc vel illo anno natorum, ſed jus percipiendi
cenſum; quod debet eſſe fixum & immobile, non verò pro varie-
tate caſuum & temporum variabile: præſertim cum pecunia in
manibus debitoris certa & ſtabilis ſit, & non primum à futuris
dependeat, euentibus. *Renat. n* 55.

Vigeſimò † nonò: omnia jura, tam ciuilia quam canonica, ag- 67.
noſcunt contractum cenſualem vtilem ad commercia, & humanæ
ſocietatis mutua officia conſeruanda, quod non tantum de contra-
ctu, ſed potius de obſeruantia & executione factæ promiſſionis
intelligendum. *Renat. n.* 144.

Trigeſimò: † debitores plerique non tantùm ante irruptionem 68.
hoſtilem cenſus debitos exoluerunt, ſed etiam durante bello, &
ſub ipſo jugo hoſtili aliquos, vel cum ſoluere non poſſent,
dilationem petierunt. E. vim obligationis etiam in belli, &
communis pernitiei caſus penetrantem ac durantem agnouerunt,
& hac ipſâ obſeruantiâ teſtatum fecerunt, ſe obligatos eſſe: obſer-
uantia † quippe interpretatio declaratoria dicitur, & duobus acti- 69.
bus inducitur, *Iacob. Menoch. Vol. 4. conſ. 390. n. 18. poſt Berlich. 2. pract.
concluſ. 36. n 30. & ſeq Zorer. n.* 105.

Trigeſimò † primò: Seruitia feudi præſtantur propter fructus 70.
commoditates, & emolumenta feudi *c. 1. §. Vlt ex quib. cauſis feudum
amittatur. c. 1. §. ſimiliter. de lege Corradi c. 1. an mutus Vel alias imperfe-
ctus*, & tamen ſi vaſallus reditus feudi minimè conſequatur, (v. g.
quando ad inſtantiam creditorum facta eſt executio in fructus &
cõmoditates feudi) nihilominꝰ ſeruitia pręſtare tenetur, poſt *Gail. 1.
obſ. 117. n. 6. Schrader. de feud. p. 6. c. 6. n. 70. Roſenthal. de feud. c. 8.
concluſ. 5. num. 6. And. Khol. p. 11 num. 70. de ſeruit. feudal* idem eſt
cum quis aliàs cauſâ damni infecti in poſſeſſionem miſſus eſt, tunc
enim vaſallus ſeruitijs præſtandis obnoxius manet; *Schrad. d. c. 6.
n. 70.* Ergo pari, imò maiori ratione debitor cenſitus, & ſi fructus
nullos ex prædio cenſuali percipiat, nihilominus ad cenſus præ-
ſtandos obligatur, quia cenſus non intuitu fructuum, ſed ex con-
uentione & promiſſione debentur, per tradita *ſup. p. 1. q. 12.*

71. Hiſce † argumentis moti concludunt Dn. Philippus Zorerus *q. 1. n. 154. & 159.* & poſt eum Renatus *num. 150.* quod obligatio cen-
ſus aliaque debita per belli, aut ſimiles ſiniſtros caſus, minimè ſub-
lata, item *n. 89. & 90.* quod nullâ habitâ ratione calamitatis belli-
cæ obligationes & hypothecæ, tam ratione ſortis, quam cenſuum
72. valeant, vigeantque, ita vt † rectè ad inſtantiam creditorum hodie
Magiſtratus decernant mandata de ſoluendo vel dimittendo hy-
pothecam, & reiectâ exceptione impoſſibilitatis debitores ad ſo-
lutionem per conſueta executionis remedia cogant.

73. Cum quibus † videtur ſentire Paulus Buſius *de annuis reditibus lib. 2. c. 9. n. 6.* vbi dicit, ſi reditus non ex fructibus ſit conſtitutus,
ſed ſimpliciter promiſſus, prædio ſolummodo pignori obligato,
non arbitror exceptionem fructuum non perceptorum locum ha-
bere. Eſt enim juris expreſsi, reditum ita conſtitutum ne quidem
74. interitu pignoris perire, *l. fundus quem. de an. leg.* Quod ſi † non
perimitur redituum jus ob fructuum paucitatem, ſterilitatemuè,
fieri non poteſt, vt præſtatio annua impediatur: quia pignus ſim-
plex eo caſu hanc rem non aliter tangit, quam quæuis acceſſoria
cautionis obligatio, quæ ipſa ſi tollatur, vel mutua eorum, qui con-
traxerunt, voluntate ſoluatur, obligationi principali nihil quic-
quam per hoc deeſt.

75. Plura † adhuc alia argumenta deſumi poſſunt ex *p. 1. q. 11. & 12.* vbi multa ad hoc fuerunt allegata, vt deſtructis rebus cenſualibus vel infrugiferis effectis adhuc nihilominus cenſus debeantur.

76. Intellexiſti † beneuole lector, argumenta pro creditoribus ad-
ducta, ſuper quibus mallem percipere tuum, quam meum propriũ
formare judicium. Nihilominus tamen, quia ſine dubio aliquid à
me expectas, dicam inprimis, quid ad vnum & alterum ex parte ad-
uerſa reſponderi poſſit, & ſoleat, & poſtea meum votum paucis
ſubijciam.

77. Ad argumentum † primum pro creditoribus allatum reſpon-
dere poſſunt debitores primò: non eſſe neceſſe, obligationem ſol-
ui, quoad hoc, vt ipſi à præſtatione cenſuum vno vel altero anno
78. ſint liberi: conductorem † enim agri tempore ſterilitatis à ſolutio-

ne pen-

ne penſionum liberum eſſe, non obſtante, quod obligatio, quæ ex contractu locationis & conductionis naſcitur, adhuc perſeueret. Seruum etiam promiſſum, ſi ab hoſtibus captus eſt, interim peti non poſſe, ſed ſi poſtliminiò redierit, rectè tunc peti, ceſſaſſe enim hic magis obligationem, quam extinctam eſſe, *L. qui res ſuas* 98. §. *aream verſ. diuerſum ff. de ſolut.* Ideo † autem penſiones ſaluâ obliga- 79.
tione remitti, quia eæ ſoluuntur propter fructus, quibus ceſſantibus ceſſare debeat præſtatio. Cum itaque etiam cenſus ſoluantur propter fructus, ex re cenſuali perceptos, iis non natis, vel conſumptis poſſe debitorem cenſitum à ſolutione (ſaluâ ſuâ obligatione) liberum eſſe. Vide Paulum Buſium *lib. 2. de annuis redditibus c. 9. num. 2.* vbi dicit: exceptionem in factum fructuum † non percepto- 80.
rum ipſi quidem juri redituum non aduerſari, ſed ex certa cauſa reſultare, quâ fiat, vt debitor cum effectu ad reditum, quo idem petitur tempore, ſoluendum non teneatur. Deinde † dicunt præ- 81.
ter modos liberandi ſub titulo: *inſt. quib. mod. tollitur obl.* enumeratos, adhuc quoſdam alios reperiri, quibus ipſo jure, (vti compenſatio, confuſio, interitus rei in ſpecie debitæ ſine culpa vel mora debitoris, violentia creditoris, transfuſio, de quibus vide tractatum meum Ratio. Regularem *de contractibus p. 2. tit. vlt. §. f. n. 8. & ſeqq.*) alios, quibus ſaltem in conſequentiam obligatio omninò ſoluatur, veluti ſi perſona, vel cauſa deficiat. Sic IC. † Papin. *in L. Firmio.* 82.
26. §. f. ff. quando dies legati ced. reſpondit: ſi pecuniam annuam pater alimentis filij deſtinâſſet, perſonâ deficiente cauſam præſtandi videri extinctam, adeoque pecuniam annuam amplius peti non poſſe, quia alimenta cum vita deficiunt, *L. 8. §. 10. in f. ff. de tranſact. Gothof. ad d. § f v. deficiente*, cum tamen mors creditoris non numeretur inter modos ſoluendæ obligationis, ſub tit. *inſt. quib. mod. toll. obl.* Sic † in *L. Titia 19. in pr. ff. de ann. leg.* non datur actio ex le- 83.
gato annuo, ſi cum ab vſufructuario ex reditu fundi annuum legatum eſſet relictum, vſusfructus ſit extinctus. Vnde † dicunt, 84.
quod reditus nonnulli, & in ſpecie legato conſtituti durent tantum pro tempore vitæ, vide Paul. Buſ. *loc cit. c. 10. n. 2.* propterea quod reditus annuus legatus ſimilis habeatur vſuifructui legato,

B 3 *L. ſi*

85. *L. ſi in ſingulos 4. & L. in ſingulos 8. ff. de ann. legat.* Sic ſoluitur † ſocietas, quando deficit materia, cuius ſit ſocietas v. g. quando bona ſocij publicantur. §. *publicatione 7.* vel quando bonis ſuis cedit,
86. *§. item ſi quis 8. Vbi VVeſenb. inſt. de ſocies.* Tertiò † dicunt, emptionem cenſus, aliud nihil eſſe, quam annuorum fructuum annuam & multiplicatam emptionem, conſequenter dicunt, ſi fructus non percipiantur, obligationem illius anni non fuiſſe natam, ac proinde fruſtra de modo tollendi diſputari, eò quod ceſſante causâ ob-
87. ligationis ceſſet obligatio. Quartò † alij, qui ſe non in fructibus, ſed interitu rei fundant, putant, prædia cenſualia præteritis annis habenda eſſe pro deperditis, proinde obligationem cenſuum, vnà cum rei cenſualis interitu (quemadmodum accidens cum ſubiecto)
88. concidiſſe & interijſſe. Quintò † dicunt alij, ſub titulo *inſtit. quib. mod. oblig. toll.* recenſeri tantum iſtos modos, quibus obligatio ſoluitur *ipſo iure*: fructuum autem defectum non *ipſo iure* obligationem cenſuum tollere, ſed exceptionem in factum tribuere, Buſius *d. c. 9. n. 2.* Cuius momenti ſint hæ reſponſiones, facile lector per ſe, & ex ijs, quæ ſupra & infra à me fuerunt tradita deprehendet.

89. Ad † ſecundum Reſpondet Dominus Aſſum *f. 49.* quod in theſi regula bene procedat, nullam autem regulam eſſe, quæ non patiatur ſuas exceptiones, *L. Vxorem §. feliciſſimè ff. de legat. 3. L. regulariter ff. de petit heredit. l. regula 9. ff. de iur. & fact. ign.* Et regula generalis intelligenda eſt ſecundum ſpecialem diſtinctionem, *gl. in L. ſecundum 15. Vbi Br. Bl. num. 1. Iaſon. n. 5. Socin. n. 25. ff. qui ſatisd. cog.*
90. Quod † in ſpecie de ſeruandis pactis allegatum, ad id reſpondet Dominus Zorer *q. 14. n. 12. 14.* quod talia pacta conuentiones & promiſſiones non extendantur ad impoſſibilitatem, per *vulg. reg. in L. impoſſibilium 144. ff. de R. I. c. nemo poteſt. de R. I. in 6.* ſed ſatis ſit, vt aliquis præſtet, quod commodè facere poteſt, atque ei poſſibile eſt, *argt. c. breui Vbi gl. & Canoniſta de iureiur. Decius ad L. 144.* Baldus *in l. ade. 3. C. locat.* quod propter neceſſarios caſus ſit licitum recedere à pactis conuentis, prout refert Marc. Ant. Natta, *conſ. 416. n. 7.* pro quo facit text: optimus *in l. 54. §. inter locatorem. ff. locati.* De-
91. inde † pacta iſta ſunt intelligenda rebus ita ſtantibus, clauſula enim

rebus

rebus ita ſtantibus regulariter intelligitur in quacunque diſpoſitione, obligatione, promiſsione & pacto, etiam iuramento firmatis *l. quod ſeruus iuncta gl. Vlt. ff. de condict. ob cauſam. L. continuus §. cum quis ff. de Verb. obl. Camill. Borell. conſ. 49. n. 46. cent. 1. Burſat. conſ. 248. n. 7. Vol. 3. Maſcard. de probat. concl. 1131. n. 27. Zorer. n. 1230.* Atque idem importat, ac ſi dictum fuiſſet DVM MODO RES IN EODEM STATV PERMANEAT. *Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 16. n. 5. 6. & 15.* Vnde † omnis promiſsio debet intelligi ſecundum terminum 92.
& ſtatum QVI TEMPORE PROMISSIONIS VIGEBAT. *Menoch. conſ. 156. num. 5.* Et rerum mutato ſtatu contractus mutationem aliquam pati debet, prout copioſè probat Natta *conſ. 525. n. 16. & ſeq.* Mynſing. *reſponſ. 37. n. 17. & ſeq.* Rebus ſiquidem mutatis in alium ſtatum, pactum & promiſsio quoque euaneſcit, *L. f. ff. qui ſatiſd. cog. L. cum quis ſibi 38. & ib. Gothof ff. de ſolut. Zorer. num. 1230.*
Et hæc in omnibus Conuentionibus & Actibus etiam † iuratis ſub 93.
intellecta clauſula hoc operatur, vt propter nouum emergens etiam ab his, quæ ante placuerunt, liceat reſilire. *c. quidem X. de Iureiurando Dd. in l. qui Romæ §. duo fratres. ff. de Verb. obl.* Quod † præ- 94.
ſertim verum eſt, quando accidentaliter & inopinatò aliquid noui
emergit, *Surd. conſ. 418. n. 9.* Ideoque † nouis morbis noua Antido- 95.
ta adhibenda, *c. cæterum. X. de Iuram. Calumn. Teſſaur. Pedemont. deciſ. 239. n. 11. cum ſeq.* Ita fere in terminis Dominus Aſſum. *f. 50. & 51.* Adde quæ ſcribit Dominus Zorer *q. 14. n. 1228.* quod longè aliud ſit pactum, vel promiſſio de faciendo, & aliud ipſum factum, quod ſubſequi debet, & proprium actum vel tractatum expoſtulat, qui ex multis cauſis poſtea deficere, vel non ſubſequi poteſt, *Matth. Matthœſil. ſing. 46.*

Ad tertium † reſpondet, idem Dominus Aſſum, quamuis præ- 96.
cepta Iuris ferme ab aula receſſerint, vt non inſubtiliter quidam Satyricus illas non minùs, quam legem Æliam Sentiam, & Iuniam Norbanam, hominum moribus prorsùs ſublatas eſſe dixerit, miratus Petr. Rebuffum eas non inſeruiſſe libro ſuo abrogatarum legũ. Nihilominùs tamen facilè in eos creditores, qui hoc tempore debitores ſuos ad extrema vrgent, argumentum † retorquetur, quòd 97.
videlicet ipſi in ſecundum Iuris præceptum vehementer impin-

gant,

gant, dum contra omnem humanitatem (vt nihil dicam de Chri-
98. ſtiana charitate) proximum ſuum lædunt, & antea † ſatis afflicto maiorem adhuc afflictionem addunt, contra *L. Diuus 14. ff. de off. præſid. c. licet. 4. extra de cenſ.* vbi cœcus & pauper ad collectas, & cenſum publicum non tenetur, quia eum, quem cœcitas grauat, inhumanum eſt, nimis in collectione affligere, cui debuerat ex collectis, ſi eſſet neceſſitas miſereri. Atqui † ex modernis debitoribus
99. calamitate belli depauperatis multi pauperes ſunt, & cœci, (cœ-
100. cum enim dicunt, qui nihil videt, vnde ſpoliatos vir † quidam doctus germanis dici putabat blindert / quaſi excœcatos, cui tamen ego me oppoſui, & rectius fieri dixi, ſi ſcribatur plündern / vom plunder / eò quod ſpoliatores & expilatores omnem ſuppellectilem allen plunder / auferant) E. inhumanum eſt ipſos priuato cenſu
101. affligere. His accedit † quod præcepta juris ſint intelligenda cùm *ἐπιεικείᾳ*, & quod ſummum jus ſumma ſit iniuria, *argu. §. 2. inſt. de ſucceſſ. lib. Dd. L. placuit C. de iudic. argu. L. 7. §. quod ſi toto 5. in f. ff. de acquir. rer. dom. Myns. §. quod ſi naturali 25. inſt. de rer. diuiſ.* Vnde porrò ex Budæo *in prioribus annotationib. in ff. poſt init.* refert Dominus Aſſum *loc. cit.* quod ſummum jus antiqui ſummam putauerint crucem, neque permittendum creditoribus, vt ſummo jure agant, hoc eſt, quod non ex æquitate, ſed iniquiore præfracto jure agant. *f. 52.*

102. Ad quartum † Reſpondent concedendo totum, quod calamitas belli obligationem cenſuum principaliter non ſoluat, eo ipſo, quia contractus cenſualis, qui tamen cauſa eſt huius obligationis,
103. non tollitur, vt ita † manente causâ meritò manere debeat effectus. *Gail. obſ. 93 n. 30. VVeſenb. in f. C. de apoſtat.* interim tamen dicunt,
104. ex ſuppoſito tolli † cauſam, propter quam præſtetur cenſus, videlicet fructus, exceptionem in factum debitori tribui, & in conſequē-
105. tiam etiam actionem penſionis ceſſare. Aliter † Reſpondent alij, quod ſicut ſterilitas diuerſo reſpectu diuerſos operatur effectus, videlicet in locatione & conductione remiſſionem penſionis, in legatis annuis non remiſſionem, ſed tantùm dilationem, *L. Firmio 26. in pr. ff. quando dies legati ced. gl. ibid. Gothof. ad L. 1. §. f. de condit. &*
106. *demonſt. L. inter. 88. §. Sacram. 6. ſi ſtipulatus ff. de V. O.* ita † quoque belli.

belli calamitatem, & quidem talem, quæ ſterilitatem inducat, in-
contractu cenſuali, & nonnullis alijs, qui tractum ſucceſſiuum-
habent, v. g. emphyteuſi, & cæteris, vbi aliquid annui præſtatur-,
quoad vnius alteriuſue anni præſtationem operari remiſſionem-,
ſed non ipſius contractus diſſolutionem, qui licet quoad ſe & ſub-
ſtantiam ſuam duret, ceſſare tamen (propter exceptionem tempo-
ralem) effectum & executionem eius; neque id adeo nouum eſſe-
in jure, vt † effectus rei patiatur ſeparationem à re ipsâ, *gl. in L. cum* 107.
qui ades §. mutet ff. de vſucap. §. quod autem 7. inſt. de cap: dimin.

Ad quintum † Reſpond: quod belli calamitas tribuat quidem- 180.
beneficium competentiæ, ſed non tantûm, vna enim † & eadem- 109.
cauſa diuerſos poteſt producere effectus, ſubinde etiam contrarios,
quod in ſole manifeſtum eſt, qui pro diuerſitate ſubiecti diuerſimo-
dè operatur, lutum indurat, ceram liquefacit. Nam † quod bel- 110.
li calamitas plus poſſit, inde ſatis manifeſtè apparet, quod in con-
ductione remiſſionem penſionis, *vide L. 15 § 7. ff. locati, & ibi Gothof.*
l. 8. & eund. ibid C. de locat. VVeſ. conſ. 50. n. 52. Couarruu. pract. quæſt.
c. 30. Gail. 2. obſ. 23. Pet. de Vbald. de ſociet. q. 5. q. 34. Nicol. Boerium.
quæſt. 249. Zorer. n. 142. cum ſeqq. & 150. cum ſeqq. Schrad. in tract. de
contract. rub de locat. & conduct. n. 40. & 41. in † emphyteuſi remiſſio- 111.
nem canonis emphyteutici operetur, *Iaſ. in Cod. de iur. emphyt. Ni-*
col. Euerhard. loc. 31. n. 7. Layman. de rer. Eccleſ. alien. f. 41. Schrad. §.
adeo n. 27. loc. cit. Gail. loc. cit. Licet itaque quoad † omnia debita 112.
ex contractibus deſcendentia (niſi aliud obſtet) belli calamitas, &
inde ſecuta depauperatio, exceptionem dilatoriam debitori eò vſ-
que tribuat, donec ad pinguiorem fortunam reuertatur, tamen ni-
hil impedit, quò minus in vno & altero caſu, in ſpecie autem in-
contractu cenſuali, omnimodam liberationem, vel remiſſionem-
operetur-.

Ad ſextum † Reſpondent, ideo Imperatoris reſcripto dilatio- 113.
nem quinquennalem tribui, & non omnimodam remiſſionem-
quia illud ad debita vndecunque contracta, (certis quibuſdam ca-
ſibus exceptis, de quibus *decad. 4. patroc. q. 9. n. 50. & ſeqq.*) exten-
ditur, ſiue ex mutuo, ſiue ex venditione, ſiue ex alijs contractibus,
qui non eandem remiſſionis æquitatem admittunt, deſcendentia-.

114. Quemadmodum igitur † tale reſcriptum quoad conductorem, qui nullos fructus ex re locatâ percepit, neque propter infortunium belli percipere potuit, omninò ſuperuacaneum eſt, cum jure com-
115. muni tutus ſit, & † fruſtra precibus impetretur, quod jure communi conceſſum reperitur, *Leu. C. de theſaur. lib. 10. L, 1. C. de iur. lib. L. cum in antiquioribus 19. C. de iure delib. VVeſenb. n. 5. C. de preci. Imp. off.* ita quoque dicere debent, ſi conuenienter loqui volunt, quoad cenſus omninò ſuperfluum eſſe, cum calamitas belli non tantum dilationem, *vti quæſtione 4. videbimus*, ſed etiam aliquid amplius, videlicet remiſſionem, (quæ ſi in alijs debitis fieret, contractum ipſum tollere & reſcindere poſſet) ex mente eorum debitori con-
116. cedat. Vtrum autem † Imp. non æquè poſſit remiſſionem, atque dilationem afflictis debitoribus impertiri, id in quæſt. 4. & 6. ad longum examinabitur.

117. Ad ſeptimum † Reſpondent, quod immiſsio in poſſeſsionem bonorum, vel in rem hypothecatam aliter non habeat locum, quam quando debitor exiſtit in mora ſoluendi, quemadmodum notaui,
118. *ſup. p. 1. q. 10. n. 51. & ſeqq. concluſ. 3. & 4.* atqui debitoribus † calamitate belli depauperatis nulla mora imputari poteſt, vt paulò poſt in argumentis debitorum videbimus. E. &c.

119. Deinde † ſi immiſsio hodie decernenda eſſet creditoribus, & cenſitoribus, ſequeretur illud inconueniens, quod Ducatus, Principatus, & alij dominatus in multas partas ſcindi, diſmembrari, & in plurimas manus hominum priuatorum, imò & Iudæorum venire deberent, quæ ſciſſura & diſmembratio in euiſcerationem Sacri Romani Imperij, & contra eius Maieſtatem tenderet, quod Princeps omnimodo cauere debet, quia alioquin jugularet ſuam ipſius dignitatem. Princeps autem non præſumitur velle euiſcerare viſcera Imperij. *M. Anton. Peregrin. de Iur. Fiſc. Tit. Habent. Iura Fiſcalia an poſſit aliquid. age. n. 73. Reinking. de regim ſecul. & eccleſ. lib. 1. claſſ. 1. c. 7. n. 82. Thom. Mich. de Iuriſdict. theſ 15. lit. B.* atque dextrâ ſibi præcideret ſiniſtram. *VVilhelm. Anton. de reſcript. morat. concl. 2. n. 55.* ita Dominus Aſſum.

120. Ad octauum † Reſpondetur, nos hic non verſari in caſu mutui, & hypothecæ, ſed emptionis cenſus, & rei cenſui ſubiectæ, ac proinde

indè non rectè hos duos contractus inter ſe confundi. Deinde Reſpondetur: licet † venditor cenſus pecuniæ, ſiue pretij à cenſitore 121.
accepti & rei cenſualis Dominus ſit, ac proinde periculum & interitum vtriuſque ſuſtineat, & dominium perdat, quemadmodum ſtatim pluribus declarabitur: tamen hoc ipſum controuerſum eſſe, vtrum † non intereunte, vel pro deperdito habito fundo, tanquam 122.
ſubiecto, pereat jus cenſus illi inhærens: vel vtrum non ceſſante causâ præſtationis ceſſare debeat præſtatio.

Ad nonum † Reſpondetur, argumentum potius facti, quam juris quæſtionem inuoluere. In primis enim videndum, & ex inſtrumento obligationis colligendum eſt, vtrum contractus mutui cum hypothecâ celebratus, vel cenſus perſonalis cum ſuppoſitione hypothecæ, vel cenſus merè realis fuerit conſtitutus, de quo vide Paul. Buſium *in fine tract. de annuis redit. in facti ſpecie.* quo cognito 123.
in prioribus duobus caſibus † hypothecæ interitus obligationē vtique non ſoluit, per ea quæ *ſup. p. 1. q. 11. n. 33. & ſeqq.* notaui, & multò minus liberatur debitor, ſi res hypothecata nullos fructus tantum ferat, *ſup. q. 11. n. 61.* Interim tamen † in dubio, ſi non conſtat, quis & qualis contractus fuerit initus, potius ad cenſum, quam ad mutuum erit referendus, dummodo ſalua recti ſermonis ratione referri poſſit, *per tradita ſup. q. 1. n. 79.* vide etiam quæſtionem 3. vbi oſtendi, quibus verbis quiſque contractus inducatur. 124. 125.

Ad continuationem argumenti Reſpondetur: rem † cenſui ſuppoſitam non eſſe hypothecam, ac proinde à naturâ hypothecæ ad rem cenſualem argumentum non rectè duci, per ea, quæ ſcripſi ſupra, *p. 1. q. 4. n. 69. & ſeqq.* Porro etiamſi res † quædam hypothecæ loco contractui alicui adijciatur, poteſt tamen quandoque contingere, vt ſaluâ hypothecâ neque realis, neque perſonalis actio detur. Ponamus † enim Titium à me conduxiſſe agrū ſuburbanum, cum autem fidem ei non haberem ratione penſionis annuæ, petij vt mihi pro maiori ſecuritate obligaret domum in vrbe ſitam, ſi poſtea propter tranſitum deuaſtantis exercitus, vel propter ſterilitatem fructus percipere nequeat, certè penſionem ei remittere debeo, & neque realem, neq; perſonalem actionem eo nomine habeo. 126. 127. 128.

129. Ad decimum † Reſpondent, in mora non eſt, qui legitimâ exceptione ſe tueri poteſt, *c. non eſt in mora de R. I. in 6. L. nulla. 88. ff. de R. I. L. lecta 40. ff. ſi cert. pet.* atqui debitores moderni calamitate belli depauperati tueri ſe poſſunt exceptione impoſſibilitatis, paupertatis, vel difficultatis, &c. vt in ſeq: quæſt: apparebit. E. nulla

130. ipſis mora imputari poteſt. Deinde † ſicuti tunc, ſi temporalis legetur liberatio, pro eo tempore, neque vſura, neque pœna peti poteſt, *arg. L. lecta 40. ff. ſi cert. pet.* ita quoque ſi quid aliud emergat, quod remiſſionem & liberationem poſt ſe trahat. Ego aliter

131. † Reſpondeo & dico, nos hic non verſari in materia vſurarum, ſed cenſuum, qui nihil cum vſuris commune habent, & non ex mora, ſed ex conuentione ab initio inter cenſitum & cenſitorem inita debentur.

132. Ad vndecimum † Reſpondent debitores, conductor agri, qui ſe ad pecuniariam penſionem obligauit, eſt debitor quantitatis & generis, & tamen ſi cauſa, ob quam penſio ſoluitur, ceſſet, & propter ſterilitatem fructus nulli percipiantur, penſio eius anni non

133. debetur. Ac † proinde aduerſa fortuna multum eſt conſiderabilis ad alterius etiam damnum, ſi illa tollat id, quod eſt cauſa debiti.

134. Similiter concedunt, legitimè † factum, & contractum cenſualem legitimè celebratum, ex ſuperuenienti caſu non irritari, eius tamen executionem ad tempus poſſe ſuſpendi, vel vno alteroque anno impediri, propter exceptionem legitimam, eo modo, quo in conductione agri ad multos annos facta, obligatio durat, licet exactio penſionis tempore ſterilitatis ſine effectu ſit.

135. Ad duodecimum † ego non difficulter reſpondeo, concedendo totum, ſi de mutuo ſermo ſit, nam in omnem euentum, etiam non

136. attentâ calamitate belli mutuum repeti poteſt. Si autem † de vſuris ſermo eſſet, negarem eas ex mutuo, & ex natura contractus illius deberi.

137. Et quamuis † de jure ciuili (ſecus atque de jure canonico, quod in hac materia peccaminoſa meritò præualet) vſuræ ſaltem ex ſti-

138. ſtulatione debeantur, tamen † Iulius Cæſar poſt vaſtatam bello ciuili Italiam, etiam vſuras promiſſas remiſit, vt infra *quæſt. 6.* amplius

plius videbimus. Si autem † ſermo ſit de cenſu, & quidem vel per- 139.
ſonali vel mixto, rigore juris inſpecto extra controuerſiam eſt, etiam omnibus bonis debitoris cenſitri extinctis, cenſus deberi, & actionem perſonalem contra ipſum ſupereſſe, ſi autem loquamur de cenſu mere reali, eo modo diſtinguendum, prout ſupra *p. 1. q. 11. & 12.* videre licet.

Ad decimum tertium † Reſpondent, iterum totum conceden- 140.
do, hoc ſolo excepto, quod cenſus ex mutuo ſoluantur. Nam quod ratione mutui ſoluitur, id non alia ratione, quam prætextu intereſſe ab vſuræ vitio defenditur. Interim † ego longè plus con- 141.
cedo, quod videlicet etiam in cenſu, verè & propriè ſic dicto, debitor cenſus non ſe obliget ad ſoluendum cenſum præcisè ex prædio cenſuali, ſed ad reddendum ſingulis annis cenſum vndecunque voluerit. *Felician. de Solis lib 1. c. 4. n. 5.* vide quæ ſcripſi ſupra *p. 1. q. 4. num. 107.* quæ ipſa cauſa fuit, cur ſupra *p. 1. q. 12. num. 12.* voluerim, emptorem cenſus non eſſe adſtrictum ad cenſus, quos res cenſualis reddiderit, & quod vendatur jus cenſus abſtrahendo, an ex fructibus illius prædij, vel vndecunque ſoluantur. Vide etiam Clariſſ. Dn. collegam meum Doct. Eraſmum Paſcha *in theſ. de ann: redit: theſ. 35.* Renat *n. 55. & 61, item lit. ee.* vnde conſequenter hanc illationem feci, quod † debitores cenſitici, qui nullos vel exiguos fru- 142.
ctus ex prædijs cenſualibus perceperunt, pro illo tempore liberi non ſint à præſtatione cenſuum. Quid † ergo prodeſt certi præ- 143.
dij aſſignatio? ad hoc Reſpondent aduerſæ patris authores, hoc ipſum, quod in quæſtione eſt, videlicet vt emptor cenſus ſuſtineat aliquod periculum, quâ de re vide Couarr. *Var. reſol. l. 3. c. 7. n. 5.* & quæ ſcripſi ſupra *p. 1. q. 1. n. 66. & ſeqq.* vbi hoc improbaui. Itaque † alium effectum operatur, de quo *quæſt. 4. & ſeqq.* videlicet, quod 144.
res ipſa afficiatur in bonum emptoris, ſiue cenſitoris, ita vt jus in re conſtituatur; vt poſt alienationem rei cenſualis à debitore factam conuenire poſſit tertium poſſeſſorem, *q. 5. per tot.* vt ſi prædia cenſualia in plures fuerint alienata, omnes in ſolidum poſſit conuenire, *q. 6. per tot. maximè n. 71. & ſeqq.* quod duas habeat actiones pro vna, & electionem, ita vt vel debitorem cenſus conuenire poſ-

ſt, etiam poſtquam prædium cenſuale in alium tranſtulit, *quæſt. 7. per totum*, vel tertium poſſeſſorem, *ibid. num.* 34. non excuſſo prius cenſito ſiue debitore cenſuali, *quæſt.* 8. *per tot.* & in electione ipſius ſit, quem ordinem inter ipſos ſeruare velit. *ibid. n.* 20.

145. Ad decimum † quartum Reſpondetur: ſi argumentum illud concluderet, hoc inferre deberet, quod merce ſiue re venditâ peremptâ nihilominus emptor ad ſoluendum pretium teneatur. In noſtro autem propoſito, & materia cenſuum, non quæritur, an emptor cenſus teneatur ad pretium (quod alij ſortem appellare conſueuerunt) nihilominus ſoluendum, poſtquam res vendita interijt, ſed è contrario, an venditor cenſus, ſiue debitor cenſitus, teneatur ad cenſus ſoluendos, poſtquam res, ex qua, vel ſuper qua cenſus conſtituebatur, fuit extincta. Nam cenſus ſunt loco mercis,
146. non loco pretij. Et licet † predium cenſuale pereat, non tamen dicitur merx perire, quia cenſus formaliter ſumptus, videlicet pro re incorporali, ſiue pro jure percipiendi cenſum, qui, vt dixi, loco
147. mercis eſt, non ita facile perire poteſt. Deinde † illud intereſt inter mutuum, inter reliquas emptiones, & inter contractum cenſualem, quod priores illi contractus ſemper pariant obligationem perſonalem, quæ nihilominus ſalua manet, etſi res in contractum
148. deductæ pereant; atqui † in conſtitutione cenſus merè realis non producitur obligatio perſonalis, & producta quandoque interimitur, ita vt non niſi jus in re, (quod communiter obligationem realem appellant) ſuperſit: vnde non eſt mirum, quod in prioribus caſibus obligatio etiam re extinctâ perſonam ſequatur, in poſteriori tanquam accidens ſuo ſubiecto inhærens, vnà cum eo intereat,
149. vide † Renatum *n.* 33. *in f.* vbi ipſe differentiam hanc inter cenſum & alios contractus tradit, quod in eo bona vt ſubiectum cenſus, in alijs hypothecæ loco apponantur.

150. Ad decimum † quintum. Reſpondent, ſicut in mutuo mutuatarius non liberatur, ſi vel pecuniam mutuò acceptam, vel eam, quam creditori reſtituere volebat, & forte jam ad domicilium eius mittebat, caſu fortuito amiſerit, quia videlicet non ad hanc ipſam pecuniam in ſpecie, ſed ad aliquam in genere ſoluendam obligabatur;

tur: ita quoq; cenſitus debitor non liberatur, ſi vel pretium, quod
ab emptore accepit, vel pecuniam illam, quam loco cenſus præſta-
re volebat, aliquo infortunio amiſerit, & in hoc vtique eſt paritas
inter vnum & alterum caſum. Differentia autem † in eo conſiſtit, 151.
quod in cenſu reali (nam perſonalis & mixtus interitu rei cenſui
ſubiectæ non extinguitur, quemadmodum ſupra *p.1. q. 11.* ad lon-
gum oſtendi) non perſona pecuniarium cenſum debeat, ſed res
quodammodo, *argt. L. etſi 6. §. 2. in f. ff. ſi ſeruit. vindicetur,* cuius in-
teritus non minus obligationem tollit, atque mors debitoris ſine
hærede decedentis.

Ad decimum † ſextum Reſpondetur, argumentum iterum pro- 152.
cedere non de cenſibus, ſed de vſuris, quemadmodum ex allegat.
*Vol. 3. Baſilienſi diſp. 7. de vſuris theſ. 78. & Boretthol. de vſuris c. 7. de-
prehenditur.* Nam ſi de veris & licitis cenſibus ſermo ſit, redditio
† ſortis non eſt in obligatione, ſed in mero arbitrio venditoris, 153.
cum ex parte ementis, ſiue cenſitoris, omnes cenſus perpetui & irre-
dimibiles ſint, *Conſt. Carol. V. de anno 1548. rub.* von wucherlichen
Contracten/ *Leſſius dub. 12. n. 94. Andr. Gail. 2. obſ. 7. num. 14. Caniſ.
c. 31. de vſur. & cenſ. f. 214. in not. ad Carolin.* & in hoc diſtinguatur
cenſus à mutuo, quod in eo creditor liberè poſſit à debitore ſortem
exigere, in cenſu verò non, *Felician. l. 1. c. 7. n. 15. vid. p. 1. q. 11. num. 6.*
Si autem † pactum redimendi apponatur ex recepta jam conſuetu- 154.
dine, *de quâ ſup. p. 1. q. 2. n. 82. & ſeqq.* verum eſt quidem, quod cæ-
teris paribus, eò vſque cenſus currant, quò venditor pretium ac-
ceptum reſtituat, interim adhuc non ſequitur, quod nullus emer-
gere caſus poſſit, propter quem, etiam ante redemptionem, cenſus
alio modo finiri poſſit, ſicut enim modi plures ſunt tollendi obli-
gationes alias, itaque quoque obligationem cenſuum.

Ad decimum † ſeptimum, Reſpondent: ſi ſermo ſit de bonis 155.
ſimpliciter hypothecatis, & pro maiori ſecuritate creditoris obli-
gatis, concedi totum: ſi autem ſermo ſit de bonis cenſualibus, re-
ſponſum eſt ſupra *p. 1. q. 11. n. 77. & 78.* quò lectorem breuitatis causâ
remiſſum volo.

Ad decimum octauum † Reſpondent: tametſi ſtipulatio annua 156.
ſit vna, atque vna ex ea naſcatur actio pro omnibus annis: inſpecto
tamen

tamen effectu ſunt plures, cum ante diem ſequentium annorum agi non poſſit, *vide ſup. q. 12. n. 118.* Sic itaque licet vnum ſit debitũ, & vna obligatio, tamen quia vim ſuam quotannis extendit. *d. q. 12. n. 105.* poteſt ſaltem vno vel altero anno impediri exactio, ita vt
157. aliud ſit in obligatione, aliud in executione. Et quia † annua præſtatio continet plura facta vnius debiti, *d. q. 12. n. 104.* (nam vendens cenſum quot annis dare facere tenetur, videlicet annuas præſtationes ſoluere, *d. p. 1. q. 11. n. 5.*) ideo bene poſt fieri, vt omni tempore obligatio conſiſtat, licet non omni tempore aliquid ex
158. obligatione peti poſſit. Quemadmodum † in ſimili, vna eſt locatio & conductio, & tamen vno tempore debetur penſio, alio non debetur ; ſiue aliter: vna locatio agri plurium annorum penſionem poſt ſe trahit, & tamen ſi vno anno propter ſterilitatem non debeatur, ſed remittenda ſit penſio, per hoc non deſinit eſſe vna. E. ſimiliter venditio annuorũ cenſuum vna & indiuiſa manebit, licet pro vno vel altero anno nulla penſio debita fuerit.

159. Ad decimum nonum † poſſet multis modis reſponderi, atque indicari, quod æquabilitas inter contrahentes non vbique ſemper obſeruetur, naturâ contractuum ita volente, quod apparet in ijs potiſſimum, vbi non eſt mutua & viciſſitudinaria obligatio, vt in
160. mutuo, depoſito, commodato, donatione. Imò † in ſocietate, quæ tamen vinculum fraternitatis habet, *L. Verum 63. in pr. ff. pro ſocio.* Doctores inæqualitatem admittunt, vide quæ ſcripſi in tractatu Ratio-Regulari de contractibus *tit. de ſocietate §. 1. & 2.* Ego id
161. † ſolum dico, quod ſi argumentum hoc valeret, illud neceſſariò ſequi deberet, quod etiam in cenſu merè reali, prædio cenſuali (non eo, quod eſt ex cenſu comparatum, ſed quod cenſui ab initio ſtatim fuerat ſuppoſitum) in totum perempto, non perimeretur cenſus, quod eſt contra communem Dd. opinionem relatam à me ſupra *p. 1. q. 11. n. 50. & ſeqq.* quia etiam tunc venditor cenſus pre-
162. tio frueretur. Deinde † illud quoque ſequeretur: quod etiam in mutuo rectè vſuræ peterentur: quia cum mutuatarius fruatur pecuniâ mutuo acceptâ, æquabilitas à Renato conſiderata id poſtularet, vt viciſſim mutuans vſuris frueretur: quam ſequelam *n. 92. & 93.*

& 39. vltrò concedit, ſed à veritate Catholicâ ita aberrat, vt meritò adhuc ſemel renaſci deberet. Tertiò hoc † argumentum ſupponit pretium eſſe bene collocatum, & in emptionem prædiorum inſumptum, quod eſt omninò incertum, quid ſi enim è contra pretium ſtatim fuiſſet perditum, anne propterea, quod venditor nullam vtilitatem ex eo perciperet, emptor nullum cenſum expectare, & ſperare poſſet? Quartò † accepto pro confeſſo, quod venditor cenſus percipiat vtilitatem ex pretio cenſus, tanquam è re ſuâ, quod ipſe Renatus. *n.* 132. ibi: Dann ob zwar dem alſo/ iterum repetit, & tamen ibidem me redarguere volens dicit, id apud ruſticos, non apud peritos Iuris verum eſſe: quod ſi autem aliquis ſubſumeret, & diceret, atqui id apud ipſum Renatum verum eſt, qualis quæſo concluſio ſequeretur? Quintò † fatetur idem *d. l. n.* 51. quod vigore pacti aſſecurationis emptor hoc conſequatur, vt in eum caſum, quo res cenſualis prorſus interiret, vel ita diminueretur, vt cenſum amplius ferre non poſſet, is defectum vel reſiduum in alijs venditoris bonis, vel apud ipſum & eius hæredes quærere poſſet: E citra hoc pactum (in ijs ſaltem caſibus, in quibus non eſt ſuperfluum) concedendum erit, propter interitum rei cenſualis ipſum cenſum quoque interire, fruſtraneum † enim pactum eſſet, ſi jus commune id ipſum diſponeret, juxta regulam: fruſtra exprimitur, quod tacitè ſubauditur, *L. non rectè 3. C. de fideiuſſ.*

163.

164.

165.

166.

Ad vigeſimum † argumentum iiſdem ferè modis reſponderi poteſt. Ad inſtantiam de Emphyteuta † quod attinet, ſupponit illa inprimis, quod tempore belli, vel alterius infortunij, emphyteutæ canon ſit remittendus, quod Renatus *num.* 84. non admittit. Deinde † ſi concludens eſt, neceſſariò inde colligitur, quod argumentum ab emphyteuſi ad cenſum ſit validum (ſecus atque Renatus *num.* 88. voluit) quod venditores cenſuum ſic in creditorem ipſum † retorquere poſſunt, & dicere: tempore belli canon emphyteuticus emphyteutæ eſt remittendus, vt ſequenti quæſtione dicetur: E. etiam cenſito cenſus. Sequela probatur: quia argumentum hoc ab emphyteuſi ad cenſum creditores pro ſe allegant, E pati debent, vt contra ſe quoque ſtringat,

167.

168.

169.

170.

D Ad

171. Ad vigeſimum primum & ſecundum Reſpondetur: quid operentur clauſulæ executiuæ, & quam vim habeant, alibi diſquirendum.
172. Interim dici poteſt, illa mandata † executiua duo præſupponere, primò ex parte creditoris, quod creditum ſit liquidum (nam executio fieri non debet, niſi in liquidis, *Gail. 1. obſ. 68. num. 6.* ſecundò ex parte debitoris, quod fuerit in mora. Atqui verum hoc
173. tempore † cenſus, etiam melioribus temporibus promiſſi, debeantur, id non vſquequaque liquidum, ſed apud Doctores controuerſum eſt, & quia nota paupertatis debitorem euidenter excuſat, *argt. c. ſi res. 1. cauſ. 14. q. 6. arg. c. cum tu. extra de Vſur.* nulla ei mora imputari poteſt.

174. Aliter Reſpondet † Dominus Aſſum *f* 55. quod mandata & reſcripta Imperatoris tacitè hanc conditionem ſubintellectam ha-
175. beant: ſi preces veritate nitantur. Indeque † ſi quid ab ipſo iniuſtè imperatum, in eo mutando vel reuocando ſe haud difficilem, ſed inſtar globi mobilem præbebit, *argt. L. 3. C de petition. bonor. ſublatâ l. proximè ff. de his quæ in teſtamento del. cum ſimil. apud D. Iohan. Kizelium de monet. claſſ. 1. theor. ſub alleg ad L. O.* Cui accedit, *l. 1. C. de petit. bonor. ſublat. lib.* 10. vbi Impp vltrò conqueruntur, quod plerunque inuerecundâ petentium inhiatione ita conſtringantur, vt etiam non concedenda tribuant.

176. Ad vigeſimum tertium Reſpondent: † ſi argumentum per omnia valeret, etiam ſic formari, & retorqueri poſſet: in neceſſitate, ſi debitor pecuniam non habet, & emptorem non reperit, poteſt res ſuas in ſolutum dare, *auth. hoc niſi C. de ſolut.* E. in neceſſitate, ſi nihil habet, tenetur ei creditor debitum prorſus remittere.
177. Deinde, ideo † aliud pro alio ſolui nequit, quia id, quod debitor
178. offert, potius vendere, & inde creditori ſatisfacere debet, (res † enim omnes in pecuniam conuerti poſſunt, *L. 2. §. & neminem 1. C. de conſtit. pec.*) quod ipſi non eſt difficile; ſi autem vendere non poteſt, & aliud nihil habet, neceſsitas rem eò deducit, vt creditor re oblatâ contentus eſſe debeat, quæ ratio in debitore cenſito, ca-
179. lamitate belli depauperato ceſſat. Quamuis † ſi Dominum Renatum audire velimus, etiam debitori cenſito non ſit difficile cæte-

res &

res & alia vaſa argentea, annulos & monilia, (ſi quæ tamen habet, & ſaluo ſtatu atque conditione perſonæ ſuæ honeſtè dimittere poteſt, per tradita in patrocinio *decad.* 3. *q.* 4. *n.* 142. *& ſeqq.*) vendere, atque ex pecunia comparata cenſus ſoluere.

Quod in argumento † vigeſimo quarto dicitur, ſine dubio verum eſt, interim illi, qui putant intuitu fructuum cenſum deberi, exiſtimant, fructibus tanquam causâ propter quam ceſſantibus, ipſum quoque cenſum ceſſare debere. Id autem quoniã *ſup. p.* 1. *q.* 12. à me tactum fuit, hoc loco intactum relinquo. 180.

Ad vigeſimum † quintum, Reſp: verum eſſe, quod in illo particulari caſu perſona cenſiti maneat obligata, ſiue res perimatur in totum, ſiue infrugifera reddatur, per tradita *ſup p.* 1. *q.* 11. *n.* 25. *& ſeqq. & q.* 12. *n.* 61. interim à particulari ad vniuerſale non rectè fit illatio. 181.

Argumentum † vigeſimum ſextum eſt tantum ad hominem, & contra eos directum, qui ſe in interitu rei cenſualis fundant. Circa quod videri poſſunt ea, quæ in *p.* 1. *q.* 11 *per totum*, & ad longum tradidi, & in pleriſque cum Domino Renato ſenſi. Quodſi debitores † moderni omnes ſe in interitu tantùm fundarent, atque ea duntaxat exceptione, ſe à ſolutione cenſuum liberare vellent, facilè etiam quoad hoc ipſi accederem, quia quicquid de interitu dicitur, vt propter eum cenſus extinguatur, potiſſimum de merè reali cenſu, & de totali interitu rei cenſualis intelligendum eſt, talis autem cenſus rarò ab initio conſtituitur, & talis interitus rarò contingit. 182. 183.

Argumentum † vigeſimum ſeptimum apud me non eſt concludens, quid ſi enim creditor cenſus expreſsè paciſcatur, quod non aliter teneri velit, niſi ratione rei, & quamdiu rem ipſam poſſidet? Quid ſi in conſtitutione cenſus non vtatur verbis in aliquam conuentionem, vel contractum talem incidentibus, qui poſt ſe obligationem perſonalem trahat, v. g. ſi dicat: impono prædio meo cenſum 5. fl. annuorum? quid ſi contingat prædia cenſui ſubiecta in manum tertij poſſeſſoris tranſire, venditorem autem ſine herede decedere, oſtendat mihi aliquis, quomodo tunc perſona poſſeſſoris 184.

185. obligetur. Eſto † etiam, quod obligetur, ſit autem valetudinarius, lecto perpetuò affixus, agri à tribus quatuorué annis nunquam aratro ſubacti, vel ab hoſtibus occupati, dicat mihi aliquis, quomodo hic aliquid ex agris & induſtriâ ſuâ conquirere, & creditoribus ſatisfacere poſſit.

186. Nec † me adeo mouet argumentum vigeſimum octauum: etſi enim verum ſit, quod fructus ab emptore cenſus non emantur, quemadmodum *p.1.q.12. n.129.q.2 n.106. q. 4. n. 103.* notaui, poſſent tamen aduerſæ partis authores dicere, licet vno vel altero anno cenſus nulli præſtentur, vel minores, adhuc tamen jus ipſum non
187. variari, ſed fixum nihilominus manere. Quemadmodum † in ſimili videmus leges, pro varietate temporum & perſonarum, ſæpiſſimè mutari, ſæpe aliud in pandectis, aliud in Codice, aliud in Nouellis conſtitutum eſſe, & tamen jus ipſum, ſiue juſtitia conſtans,
188. perpetua, fixa, & inuariabilis remanet. Similiter † ex locatione & conductione naſcitur obligatio, quæ debitorem obſtringit ad ſoluendam annuam penſionem, cui ex parte locatoris reſpondet jus exigendi, *argt. eorum, quæ tradit Leſſius l. 2. c. 22. dub. 4. n. 37.* & tamen nemo dicit jus ipſum ex parte locatoris variari, licet vno vel altero anno penſio conductori propter ſterilitatem, vel alios ca-
189. ſus ſit remittenda. Quam † certa & ſtabilis ſit quandoque pecunia à cenſitoribus accepta, id multi ſuperioribus annis experti teſtari, & longè melius quam ego ad alteram partem argumenti reſpondere poſſunt.

190. Ad vigeſimum † nonum Reſpondent contractum cenſualem propter hoc non fieri inutilem, quod executio ejus quandoque ju-
191. ſtis de cauſis impediatur, alioquin enim ſequeretur, † quod contractus emphyteuticus, item contractus locationis & conductionis, qui non minus vtiles ſunt reipublicæ, & humanæ ſocietati conſernandæ, prout oſtendi in tractatu Ratio- Regulari, *de contract. rub. de contractib. in communi. num. 33. & §. adeo de locat. & conduct. num. 33.* inutiles futuri eſſent, quando vel penſio promiſſa, vel canon emphyteuticus juſtis de cauſis remittendus, & executio factæ promiſſionis ſuſpendenda eſſet.

Ad

Ad trigeſimum † Reſpondetur, etiam obligationem præſtan- 192.
di ſeruitia deſcendere ex contractu feudali inter dominum & vaſal-
lum inito, *c.1.§.Vlt. ex quib. cauſ. feud. amitt.* ita vt vaſallus ad ea ſit
perſonaliter obligatus, *Andr. Khol.p.1.n.122. de ſeruit. feudal.* Dein-
de Reſpondetur, etiamſi creditores † percipiant fructus, & commo- 193.
ditates feudi, tamen illa perceptio à creditoribus immiſſis facta
cedit emolumento vaſalli, quandoquidem per illam minuuntur,
tractuque temporis abolentur debita vaſalli, & dum creditores
percipiunt feudi reditus, in effectu perinde eſt, ac ſi debitor ipſe eos
perciperet, & creditoribus in ſolutum daret, *argt. L. ſingularia &
ibi Dd. ff. ſi cert. pet.* In altero † caſu damni infecti, vaſallus ipſe eſt
in culpa, non promittendo de damno infecto, nec reparando rem, 194.
è qua damnum timetur, *Andr. Khol. de ſeruit. feud. p.1. n. 73. & ſeqq.*
Reſpondetur tertio: † quod in omni caſu vaſallo egenti, contra quē 195.
fit executio in fructus feudi, alimenta neceſſaria è feudo ſint præ-
ſtanda, ne cogatur mendicare, *id ibid. n.*80. ſi ergo argumentum
ab vno ad alterum, à vaſallo ad cenſitum procederet, hoc ſaltem
ſequeretur, quod cenſito congrua alimenta relinquenda eſſent, &
quod in effectu conueniri non deberet, niſi in quantū facere poteſt.
Quamuis † dici poſſet, alimenta non tam vaſalli, quam ipſius do- 196.
mini causâ, ne ille ſeruitijs carere cogatur, à creditoribus relinquē-
da eſſe. Reſpondetur † quartò: in caſu feudi diminuti vel extincti 197.
vel infrugiferi redditi, ſeruitia minuenda, & remittenda eſſe, ſicut
quæſt. ſeq. videbitur. E. pariter cenſus prædio cenſuali diminuto
vel extincto, vel infrugifero reddito minuendi, aut remittendi fo-
rent.

Ad vltimum † Reſpondetur Menochium loqui de conſuetu- 198.
dine interpretatiua, & declaratiua actus dubij, quam noſtri obſer-
uantiam ſolent appellare, quæ quidem duobus actibus ſecundum
eum inducitur: atqui nos non verſamur in actu dubio, qui inter-
pretatione & declaratione indigeat. Nam quando quis cenſus ſol-
uit, ideo ſoluit, quia ad eos ſoluendos ſeſe obligauit, & ſummo jure
inſpecto eos etiam tempore belli debuit, quos etſi non debuiſſet, per
ſolutionē vnius † atq; alterius anni ſibi non præiudicâſſet, quia de- 199.
cem

cem annorum vniformis præſtatio primùm jus cenſus tribuit,
200. *Frideric. Martini c.* 3. *n.* 73. Deinde † nemo facile dicet, quod conductor, qui non obſtante ſterilitate integram nihilominus penſionem vno vel altero anno præſtitit, eandem poſthac ſemper ſoluere
201. debeat, nec vnquam remiſſionem petere poſſit. Quæ † mens Berlichij ſit, ego explicare non poſſum, quia in meo exemplari *p.* 2. *conclus.* 36. *n.* 30. *& ſeqq.* nihil de tali obſeruantia habet.

202. Intellexiſti, † beneuole Lector, rationes pro creditoribus allatas, & reſponſiones ad eas datas, ſi meum deſuper judicium deſideras, reſpondeo, & dico, pleraque ex argumentis hactenus enumeratis infirma, quædam etiam impertinentia, ex reſponſis verò datis nonnulla quidem fragilia, pleraque autem ſatis ſolida eſſe.

203. Omnibus † igitur conſideratis exiſtimo, regulam ſupra in præfatione *num.* 14. traditam, ampliandam, & hanc concluſionem ponendam, quod inſpecto rigore juris, etiam calamitoſis belli temporibus, quibus nulli vel modici fructus ex bonis cenſualibus per-
204. cipiuntur, debitores cenſitici cenſus ſoluere teneantur, ad † quod me maximè mouent rationes ſupra *p.* 1. *q.* 12. *& in patrocin. deb. decad.* 1. *q.* 1. à me allatæ, (ad quas lectorem breuitatis causâ remiſſum volo) & auctoritas Philippi II. Regis Hiſpaniarum, nec non Franciſci Epiſcopi Herbipolenſis, alleganda infra q. 5. & 6.

QVÆSTIO II.

Ob quas cauſas debitores exiſtiment cenſus moderno tempore non deberi, & quam illæ ſint efficaces.

1. QVoniam † judex vtriq; ex litigatoribus, tam actori, quam reo, benignas aures præbere debet, antequam judicet, ideo & tu, beneuole lector, quem judicem præſentis controuerſiæ conſtituo, alteram quoque partem audias, priuſquam tuum judicium efformes.
2. Pro † debitoribus ſtrenuè pugnat Nobiliſſimus & Conſultiſſimus Dominus Ioannes Georgius Bohs, Illuſtriſſimi Principis Ludouici

doüici Anhaltini conſiliarius, & Reipublicæ Halenſis Saxoniæ Syndicus, vir magnæ eruditionis, & eximius ætatis noſtræ Iuriſconſultus, in conſultatione quadam cenſuali: præterea † Nobilis & 3.
Clariſſimus Dominus, Ioannes Chriſtophorus Aſſum Iuriſconſultus, Conſiliarius Hohenloico Langenburgicus in ſuo telo neceſſitatis, paupertatis & impoſſibilitatis, qui à fol. 24. vſque ad fol. 47. viginti duo argumenta in medium adducit, quibus probare contendit, modernos debitores cenſiticos per conſueta executionis remedia cogi non poſſe, ad cenſus ſuperioribus annis decurſos ſoluendos, multò minus ad ſortem hoc tempore reſtituendam. Ab
his † non abludit Nobilis & Excellentiſſimus Dominus Philippus 4.
Zorerus Conſiliarius Palatinus, & Cancellarius Hilpolſtainenſis, in ſeinen Bedencken/ vber etliche fürfallende nothwendige Fragen/ *quæſt. 1. n. 159. cum ſeqq. item q. 14.* vbi ſaltem ex æquitate & Chriſtiana compaſſione cenſus aliquot annorum remittendos eſſe exiſtimat. Quamuis autem aliqua † argumenta, quibus nituntur, ex 5.
parte generalia ſint, & ad omnia debita ex quocunque contractu deſcendentia porrigi poſſint, aliqua verò non de cenſibus, ſed de vſuris & intereſſe tractent, partim eò tendant, vt dilationem potius, de quâ quæſt. 3. acturus ſum, quam omnimodam remiſſionem cenſuum inferant, nihilominus quia paſſim allegari ſolent, ea ſine diſcrimine recenſebo, ordinem tamen ab ipſis ſeruatum non retinebo, ſed † argumenta, quæ pro omnibus debitis faciunt, quæ- 6.
que mutuum, vſuras, & intereſſe concernunt, ab initio præmittã, poſtea illa, quæ huic materiæ cenſuali peculiariter conueniunt, ſubiungam, reliqua in quæſtionẽ tertiam reiecturus. Non tamen
† verbis ipſorum ita me adſtringam, vt non de meo aliquid addere, 7.
& ſi quæ argumenta mihi ipſi occurrerint, vel aliorum ſcriptorum lucubrationes ſuggeſſerint, ſuo quæque ordine apponere velim.

Itaque Ratio prima, † ob quam Doctores exiſtimant cenſus hoc 8.
calamitoſo tempore non deberi, neque illos, qui præteritis annis ceſſi putantur, ſoluendos eſſe, eſt iſta: Intereſſe non debetur, niſi à tempore moræ: atqui cenſus iſti, quos moderni creditores petunt, in effectu nihil aliud ſunt, quam intereſſe lucri ceſſantis, vel

damni

9. damni emergentis (quia plerumque † mutui contractus celebratur, & aliud nihil in eo ſine vitio vſuræ peti poteſt) & tamen debitori, qui propter calamitatem belli ſoluere nequit, nulla mora imputari poteſt, *Zorer. q.14. n.1224.* E hodie cenſus iſti non debentur.

Ratio ſecunda, ſiue probatio prioris affertur à Domino Aſſum
10. *f. 18. & ſeqq.* talis: quia † mora eſt fruſtratio, *L 3. ff. de vſuris L. 38. ff. mandati L. 89 ff. ad L. Falcid.* opportunè non offerentis vel ſoluentis debitum, *iuxta Arumaeum tract. de mora c. 2. n. 22.* vel eſt dilatio culpâ non carens debiti ſoluendi: *iuxta Saportam in tract. de mora c. 1. n. 5.* vel ceſſatio aut improba dilatio prætermiſſi officij in ſoluendo alie-
11. ri damnoſa, *Calu. in lex v. mora.* (mora enim culpæ ſpecies eſt *L. ſi ſeruum 91. §. & paſſim ff. de V. O.*) atqui modernis debitoribus calamitate belli depauperatis, & exhauſtis, nulla talis culpa, ceſſatio, fruſtratio, aut improba dilatio, conſequenter nulla mora imputari poteſt.

12. Ratio tertia: Mora † debitoris eſt, quando ſtat per ipſum, quò minùs ſoluat, quemadmodum Althuſius *l. 1. c. 67. n. 8.* eam definit. & debitor à mora excuſatur, ſi per ipſum non ſtetit, quo minùs obligationi ſatisfaceret. *l. ſed et ſi ff. de vſur. vbi Dd. l. Traiectitia. verſ. non aliter ff. de obl. & act. l. ſtipulatus, l. qui Romæ §. coheredes l. ſeruus*
13. *§. 1. ff. de Naut. fœnore, conſ. Marpurg. 10 n. 92 Vol. 4.* ſed quod cenſus hoc tempore non ſoluantur, non ſtat penes debitorem, & impedimentum non exolutarum penſionum non ex facto illorum, ſed Imperatoris collectas publicas indicentis, voluntate venit, E debitoribus modernis mora imputari nullatenùs poterit, quia plenitu-
14. do † poteſtatis Imperatoriæ ſemper intelligitur excepta. *Berlich. deciſ. 130 num. 7.* Imo Imperatoris voluntas, quæ præuideri non potuit, cenſetur caſus fortuitus, *per L. Lucius. 11 ff. de Euict. l. fundus 33 ff. locati. Anton. Faber. in Cod. ſub tit. Locati. definit. 16. Beſold. conſ. Tubingenſi 194 n. 49.* ita Dominus Aſſum. *f. 31. & 32.*

15. Ratio quarta: † bellum & damna exinde illata, & quæcunque belli occaſione eueniunt, inter caſus fortuitos referenda eſſe, non habet dubium, *Beſold. conſ. Tubing 194. n. 49 per l. 18. ff. commod. Card.*
16. *Tuſch. pract. concl. 427. n. 6.* Caſus † autem fortuiti à morâ excuſant,

Aſſiſt.

Affliƈt. deciſ. 150. *n.* 2. *& ſeqq. Sebaſt. Medices in tr. de Caſ. fortuit. p.* 2.
quæſt. Vlt. n. 28. cum ipſis humano ingenio & diligentiâ reſiſti ne-
queat. *l. quæ fortuitis C. de pign. act. cum ſimilib. Dom. Card. Tuſch. pract.*
concl. 427. *Franciſc. Ripa in tr. de peſte. Tit. de priuil. contract. num.* 99.
& 100. Irrationabile † namque eſt, ei culpam imputare, qui nihil 17.
præuidere aut diuinare potuit, *c. Vt noſtrum X. Vt Eccleſ. benef. Decian.*
conſ. 115. *Cranett. conſ.* 645. *n.* 35. Et iniquiſſimum à quopiam caſum
exigere, quem nec impedire potuit, *Mart. Delrio in l. Contractus c.* 25.
ff. de Reg. I. Ita Dn. Aſſum arg. 9.

Ratio quinta: † quod moderni debitores calamitoſi cenſuū 18.
non ſoluant, id ex notoria impotentia vel impoſſibilitate deſcendit,
cum itaque iuſta cauſa, (quæ † in omni generali diſpoſitione exci- 19.
pitur, *Ar. & Bl. in L. ſi hominē* 30. *ff. mandati.*) excuſet à mora *Arum.*
de mora. cap. 6. *per tot. Maſcard. de probat. Vol.* 3. *concluſ.* 1387. *num.* 32
imò ſi ſaltem ſit probabilis, & non omninò friuola, *Honded. conſ.*
4 *n.* 69. *& conſ.* 38. *n.* 21. *Vol.* 2. *Dominus Aſſum. f.* 19. meritò etiam † 20.
impotentia ſiue impoſſibilitas, quæ juſtiſſimam cauſam continet,
excuſabit. Nam huic imputari nihil poteſt, qui ſoluere, etiamſi
vellet, non potuit, *L. mora* 32. *ff. de Vſur. L. ratum.* 13. *L. quod dicimus*
105. *ff. de ſolut. Zorer. q.* 8. *n.* 602. Impoſſibilium † nulla eſt obliga- 21.
tio *L. impoßibilium* 185. *ff. de R. I. c. nemo poteſt, de R. I. in* 6. impoſſibi-
litas cauſat jus extraordinarium, *Card Tuſch. lit. I. concluſ.* 55. pactum
rei impoſſibilis non valet, *c. f. extra de pact.* licet juramentum ac-
ceſſerit. *c.* 1. *de iureiur. in* 6. Sicut igitur † impotentia excuſat va- 22.
ſallum à ſeruitijs feudalibus, *SchneideVVin. epit. feud. p.* 5. *c.* 1. *n.* 105.
ſimiliter etiam à felonia, quando per virium impotentiam domi-
num ſuum non potuit defendere, §. *ſed non eſt alia, quæ fuit prima*
cauſa benef. amitt. Aſſum. f 39. ſubditum ab obſequio magiſtratuū;
VVeſenb. ff. quæ ſententia ſine appellatione reſcind. libertum ab operis
patrono præſtandis, *L. nec audiendus* 17. *ff. de operis lib.* hæredem ab
exequendâ voluntate teſtatoris, §. *impoßibilis.* 10. *inſt. de hered. inſtit.*
ita quoque † impoſſibilitas, quæ nullâ diligentiâ præcaueri potuit, 23.
à mora excuſat, *poſt Khol. exercitat.* 12. *n.* 66. item à pœna *Coler. conſ.*
52. *n.* 51. & à perjurio, *L. cum quidam §. ſi pupillo ff. de Vſur. Cachera-*
nus, deciſ. Pedem. 92. *n.* 20. debitor enim juratus, ſi non poteſt ſol-

E uere

uere tempore debito, nõ incidit in periurium, *c. felicis. circ. f. ibi: ſi*
ei poteſtas non affuerit ext. de pœnis ita Dominus Aſſum *f.* 38. vbi *f.* 39.
24. dicit, quod † impoſſibilitas faciat recedere, ab omni interpretatione
vèriſimili, vel mentis, etiamſi verba hæc importarent, *Tuſch. tom.* 4.
litt. I. concluſ. 330. *n.* 27. *Vid. eund. litt. I. concluſ.* 53. *n.* 5. vbi tradit, quod
25. licet † ſtatutum compellat ſocium ad reddendam rationem inte-
gram, tamen quis excuſatur, ſi id propter bella & factiones ſit im-
poſsibile, propter deperditionem veriſimilem ſcripturarum. Plura
alia exempla, in quibus propter impotentiam, ſiue impoſsibilita-
tem recedi ſolet à regulis Iuris communis, adducam in Specialibus
Iur. commun. *Verb. impotentia.*

26. Ratio ſexta: ſi † non impoſsibile eſt debitoribus cenſitis cenſus
ſoluere, eſt tamen ipſis omninò difficile, cum itaque difficultas ma-
gna æquiparetur impoſſibilitati, *per L.* 2. §. 2. *Verſ. ex quo L. continuus*
137. §. *cum quis ff. de V. O. Sebaſt. Medices in tract. de caſib. fortuit. p.* 1.
q. 4. *n.* 13. Aſſum. f. 40. ideo ſicut de impoſſibilitate, ita quoque
27. de difficultate † tradunt, quod excuſet à mora, quando debitorem
impedit difficultas, quam auertere non poteſt. *per L.* 2. §. *ſi per Ven-*
ditorem. ff. de act. empt. argt. L. continuus 137. §. *cum quis ſub hac & ibi*
Bart. & Dd. ff. de V. O. VVeſenb. n. 6. *ff. de eo quod cert. loc. Andr. Gail.*
1. *obſ.* 142. *n.* 2. *Fachinaus* 2. *controuerſ. c.* 91. *Torerus num.* 1224. *& ſeq.*
Renat. num. 12. *lit. d. Dn. Aſſum. f.* 40. vbi declarat, id maximè pro-
28. cedere † in ea difficultate, quæ contingit poſt contractam obliga-
tionem, *argt. L. ſi Vebenda* §. *idem Iuris ff. ad L. Rhod. de iact.* & Ratio-
29. nem rationis adducit talem; quod in contractibus debeat † veriſi-
milis mens contrahentium obſeruari, *L. Vlt. ff. quæ res pign. oblig.*
poſſ. L. ſemper ff. de R. I. vbi autem ſubſecutam difficultatem ſciuiſ-
ſent, veriſimiliter non contraxiſſet, *argt. L. cum indebito ff. de probat.*
Plura de difficultate vide in Specialibus meis juris commun. *V. dif-*
ficultas, & apud Franc. Herculanum *in tract. de prob. negat. n.* 16.

30. Ratio ſeptima deſumitur à neceſſitate, † quæ non dicitur ha-
bere legem, *L. de pupillo* 5. §. *ſi quis riuos.* 11. *cum ſeqq. ff. de noui oper.*
nunc. Iaſ. in L. ſi ex toto in f. pr. ff. de leg. vel legi ſubiecta eſſe, *Schneid.*
in epit. feud. p. 7. *n.* 17. *Gail.* 1. *obſ.* 102. *n.* 3. *& l.* 2. *de PP. c.* 2. *num.* 3.
Aſſum. f. 34. *&* 35. & non regulari ſolemnitatibus juris, *per L. cum*

antiquitas

antiquitas C. de teſtam. Schneid. loc. cit. p. 4. n. 16. neque ſeruare ordi-
nem, *L. Vt gradatim 11. in pr. ff. de mun. & hon.* atque † id, quod non 31.
eſt licitum, facere licitum, *c. quod non eſt. 4. ext. de R. I. L. per diuer-
ſos C. mandati L. f. in f. C. de litig. L. quæ propter neceſſitatem de R. I.*
quæ & ipſa † moram purgat, *per L. ſi Vebenda 10. §. idem iuris ff. ad* 32.
l. Rhod. de iact. VVeſenb. conſ. 61. num. 62. Aſſum. f. 34. rat. 11. & poſt
ipſum Renat. *num. 12. lit. d.* vbi adducunt authoritatem Franciſci
Pfeil, *cent. 2. conſ. 174. n. 4* in terminis tradentis, quod excuſetur is,
† qui neceſſitate præpeditus penſiones nõ ſoluit. Nam in omni di- 33.
ſpoſitione neceſſitas excepta cenſetur, *per L. alienationes 13. ff. fam.
hercisc. L. pater filium in pr. ff. de leg. 3. Aſſum. loc. cit.* & multa ob ne-
ceſſitatem † conceduntur, quæ alias eſſent prohibita, vide Zorer 34.
q. 1. n. 176. Cum itaque debitores modernos premat dura neceſſi-
tas, illi à præſtatione cenſuum meritò excuſabuntur. Plura de ne-
ceſſitate, & quam longè deuiare faciat à præſcripto legum, vide in
Specialibus meis *V. neceſſitas.*

Ratio octaua: deducitur ex inopia † & paupertate, quæ ſicuti 35.
à tutela ſuſcipienda, *§. ſed & propter 6. inſtit. de excuſ. tut.* ab vſuris
reſtituendis. *c. cum tu 5. ext. de Vſur.* à priuatione emphyteuſis pro-
pter non ſolutum canonem, *Iul. Clar. l. 3. ſent. §. emphyteuſis q. 8. n. 4.
Verſ. ego tamen. Tuſch. lit. E. concluſ. 129. n. 13. 196.* à lapſu fatalium in-
terponendæ appellationis, *Guido Papa deciſ. 436. num. 22.* ſaltem in
ſcriptis *Mynſ. cent. 4. obſ. 97.* ſimiliter & introducendæ *Gail. 1. obſ.
142. num. 1. 2. & 3. Mynſ. loc. cit. Rosbach. prax. ciuil. tit. 73. num. 32.*
atque proſequendæ *id ibid. n. 32.* quandoque à pœna ordinaria,
VVeſenſ. in f. ff. de pœnis. & à multis alijs excuſationem præſtat, *per L.
Titius ff. de procurat: Bald. in c. porro. quæ fuit prima cauſa benef. am. in
Vſib. feud. Guido Papa deciſ. 436. n. 22. Innoc. c. pen. & ib. gl. ext. de off.
delegat.* ita meritò † etiam à mora excuſat, *poſt Sebaſt. Medic. de ca-* 36.
*ſib. fort. p. 2. q. 4. n. 42. & Bertaz. conſ. crim. 255 n. 20. l. 2. Kizel. de
iur. mon. q. 4. ſect. 1. n. 37. Renat. n. 12. lit. d.* & à præſtatione cen-
ſuum, Zorer *n. 169.* vbi ad hoc allegat *Becer. claſſ. 3. diſp. Vlt. theſ. 4.
Cornel. Bennica. tract. de priuileg. paup. q. 4. n. 46. & ſeqq.* à ſolutione
penſionum *poſt Gylman. lib. 3. tit. 3. de nat. locati. num. 8. Dn. Aſſum loco
cit.* à præſtatione intereſſe lucri ceſſantis, Gaſpar. Rodericus *de*

ann. reditibus l. 3. q. 5. num 36. V. declara, vbi ait, id in praxi maximè notandum eſſe *Medic. loc. cit. q. 4. num. 27.* Freudenberg *de reſcript. morat. concluſ. 63. n. 249.* & poſt eos Renat. *n. 10. lit. e.* adeo quidem,
37. vt ſi quis † jurauit ſoluere in termino, nec poteſt id poſtea præſtare, non dicatur periurus, *Guido Papa deciſ. 436. n 22.* quia pauper à periurio excuſatur, *Medic. de eas fort. q. 4. n. 44. Gail. 1. obſ. 142. num. 4. Octav. Cacher. deciſ. pedem. 92. n. 20. & poſt ipſos Renatus loc. cit. lit. F.* quid enim imputabitur illi, qui etſi vellet, ſoluere non poteſt? *per L. cum quiddam 17. §. pupillo 3. ff. de Vſur. Dominus Aſſum. f. 37.* vbi *f. 36.*
38. id maximè † procedere ait in talibus pauperibus, qui belli, incendij, & ſimilibus alijs caſuum fortuitorum calamitatibus ad incitas fuerunt redacti, quo in caſu maxima eſt pietas, quæ pro paupertate facit, *per L. qui filium 74. §. 1. ibi: egeſtatem eius prætendebant ff. ad Trebell.* & eiuſmodi paupertati ſuccurrendum, non ſuccenſendum, *per L. ſi procuratorem §. quod & ff. mandati.* Idem ibidem *f. 37.* pulchrè de-
39. clarat, pauperes dici † non ſolum mendicantes, verùm etiam non habentes congruam ſuſtentationem attento ſtatu dignitatis ſuæ, *poſt. Bart. in L. 1. C. de SS. Eccleſ.* adde quæ ſcribit Dominus Zorerus *q. 1. n. 170.* quod judex ſemper debeat eſſe fauorabilis protector pauperum, & cauere, ne iniuſtè moleſtentur, hoc enim erit ipſi magna eleëmoſyna coram Deo, prout loquitur ab ipſo allegatus *Pet. Gerar. de Pet. ſing. 73. in C. pauperes in 6.*

Ratio nona: fundamentum omnium conuentionum & contra-
40. ctuum, imò ſalus omnium prouinciarum eſt † pax, & ipſa juſtitia (quæ vinculum ſocietatis humanæ eſt) effectus pacis eſt: vnde in Pſalmo 84. dicitur: juſtitia & pax oſculata ſunt, & Pſalm. 71. v. 2. Suſcipiant montes pacem populo, & colles juſtitiam, Aſſum *f.* 11. §. nemblich/ vbi multa jucunda de pace & eius effectu congerit, &
41. *f. 14.* ſubiungit, quod juxta & poſt benedictionem Dei pax † vnà cum juſtitia vnicum medium ſit, per quod ſocietas humana conſeruetur, & propagetur, & quilibet in ſuo ſtatu & commercio fidem ſeruare, eandem à proximo expectare, eaque ratione ſe vnà cum
42. ſuis ſuſtentare poſſit. E contrario ſæua † res bellum eſt, (inquit Plutarchus in vita Camilli) & cumulos iniuriarum & inſolentiæ
43. ſecum trahit, & quod peſſimum eſt, inter † arma ſilent leges, ſepulta jacet juſtitia.

Non

Non metuunt leges, ſed cedit viribus æquum
Vitaq́ pugnaci jura ſub enſe jacent. *Ouid. l. 6. de Triſtibus.* Ciuium opes ad execrandos latrones & ſicarios transferuntur, mœrent domus, frigent artes, diuites aut ereptas deplorant facultates, aut timent relictis, vtroque modo miſerrimi, Eraſm. *adag. 4. cent. 1. §. dulce bellum.* Sic ergo † tempore belli, nemo rerum ſuarum moderator eſt & arbiter, neque certus, an & quamdiu illis 44. frui liceat, vnde fidem ſuam liberandi, eandemq́ue à proximo ſuo expectandi, nec minimam ſpem, necdum certitudinem habere poteſt, idem Dn. Aſſum. *f.* 15.

Paulo alijs verbis inducit hòc argumentum Dn. Zorer. *q.* 14. *n.* 1234. vbi dicit, tempore belli † omnia iura, actiones, & leges quieſcere, atque illud Ciceronis pro Milone & Cecin: locum ſibi 45. vindicare: ſilent leges inter arma, nec ſe expectare jubent, cum ei, qui expectare velit, ante iniuſta pœna luenda ſit, quam juſta repetenda. Et nihil † eſt æquitati tam infeſtum atque contrarium, 46. quam conuocati armatiq́ue milites, nihilq́ue juri tam inimicum, quam vis, *Vbi barbarus hoſtis*
Vt fera plus valeant legibus arma facit
Iuxta Ouid. 4. *de Ponto.*

Ratio decima: ſi moderni † debitores deberent debita ſoluere, 47. & cenſus præſtare, id cederet non tantum in ipſorum, ſed etiam Principum ſuorum præiudicium. Nam omnia ſuſtentationis remedia ipſis ſubtraherentur, & Principes vnà cum ſubditis ſuis funditus tollerentur. Quia † dominorum certiſſimus theſaurus in 48. ſubditorum loculis ſitus eſt, atque reconditus, *Hannon. diſſ. polit. 6. l. 24.* & theſaurus Principis eſt poſitus in ſubditorum diuitijs, *auth. vt iudices ſine quoque ſuffrag. §. cogitatio* & eorum commodum domini proprium commodum eſſe dicitur, *L. vn. §. 14. inf. C. de caduc. toll.* idem Dominus Aſſum *f.* 16. & 17.

Ratio vndecima: omnia † ſolutionis media, pecuniæq́ue om- 49. nes debuerunt hactenus ſepoſitis alijs creditis, ad rem militarem promouendam, & ad onera belli ferenda ſubminiſtrari, & grauiſſimæ penſitationes ex mandato Auguſtiſſimi Imperatoris, & Du-

eum militiæ ſub interminatione præſentiſsimæ executionis milita-
ris ſolui E. &c. Dn. Aſſum. *f. 24. argt. 1.*

50. Ratio duodecima: contributiones militares, aliæque penſi-
tationes publicæ tendunt ad tranquillitatem totius Sac. Romani
Imperij. E meritò eorum præſtatio ſolutioni cenſuum eſt præfe-
renda. Tranquillitatis † enim publicæ tantus eſt fauor; vt ex eâ
51. contra Regulas Iuris multa inducantur. *Surd. conſ. 210. n. 29. & ſeq.*
Petra de Princip. poteſt. c. 11. n. 5. Zaſ. conſ 1. n 23. Vol. 2. Et publicæ
vtilitati ac ſaluti adeò impensè fauent prudentiores, vt eius causâ à
legum præſcripto ipſo Iure permittente deflectendum ſemper atq;
omni ætate quaſi per manus tradiderint. *Nouell. 7. cap. 9. §. oportet.*
F. Vdremund. ab Ehrenberg de Regni ſubſid. & oner. ſubdit. c. 8. num. 9.
52. Quocirca † in caſu neceſsitatis, & publici fauoris intuitu PRÆ-
IVDICARI POTEST TERTIO. *Zaſ. conſ. 20. n. 42. Vol. 1.* Et res Do-
mino auferri, & in publicam vtilitatem conuerti, *L. ſi locus 14. §. ſi*
via publica ff. quemadmodum ſeruitus amitt. vbi via publica, vel flu-
minis impetu, vel ruinâ amiſſa, vicinus proximus aliam præſtare
53. tenetur. Imò † publici boni causâ Principem bona ſubditorum il-
lis inuitis (præſertim quando cæteroquin nihil ſupereſt præſidij.
Capic. deciſ. 61. in fin. & deciſ 69. num. 3.) auferre poſſe, ſcripſit latè
Marta *de Iuriſdict. l. 1. c. 4 n. 16. & ſeqq. Franciſc. Pinus conſ. 114. n. 17.*
& 21. Gregor. Magellott. de ſecur. & ſalu. conduct p. 3. num. 24. & ſeqq.
ita in terminis Dominus Aſſum *f. 25. & ſeq. argt. 2.*

54. Ratio † decima tertia: contributiones militares tendunt ad ſa-
lutem & conſeruationem patriæ noſtræ, ad hoſtium incurſus, vim
& hoſtilitatem auertendam. E. meritò cenſus priuati illis cedere
debent, & penſitationes publicæ præ omnibus alijs ſoluendæ ſunt.
55. Nam † in hoſtium numero habendus, qui patriam derelinquit.
L. poſtliminium §. transfuga ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. atque in id
geniti ſumus, vt primum DEO, deinde PATRIÆ ſeruiamus. *l. Velu-*
ti ff. de Iuſt. & Iur. l. 1. §. & generaliter ff. de Ventr. in poſſeſſ. mittendo l. 3.
§. ſi filius ff. de muner. & honor. Et in neceſsitatibus patriam præfe-
rendam PARENTIBVS elegans textus eſt, *in l. poſtliminium 19. §. fin.*
ff. de capt. & poſtl reuerſ. Vnicuique (inquit Cicero *1. offic.*) no-
ſtrûm chari ſunt parentes, chari liberi, & familiares, ſed omnes

hominum charitates complexa eſt patria, & Vlpian. patriam æquiparauit parentibus. *l. 3 ff. de Iuſt. & Iur.* pro qua pugnandum eſſe, Accurſ. ibidem *per l. fallaciter C. de abolit. & l. penult. ff. ad L. Iul. Maieſt.* tradit. Dulciſsima † enim debet eſſe cuique patria ſua, 56.
argt. eius quod ſcribit Scæuola in l. qui habebat ff. de l. 3. Ideoque jubente vnum patria, alterum patre, PATRIÆ NON PATRI obediendum. *conſuluit. Ancharan. conſ. 75. Decian. reſponſ. 82. n. 18. Vol. 5. Iaſon. in l. 1. §. huius ſtudij. n. 13. & 14. ff. de Iuſt. & Iur. Vbi n. 15.* addit: quod patriam deſerens priuetur ciuitate. Imò id facientem † omni com- 57.
modo patriæ priuandum eſſe, reſpondit Cæpoll. *conſ. 58. num. 9. Vol. 1.* quem refert & ſequitur Crauett, *conſ. 132. n. 24. Vol. 1.* atque ad hanc rem multa accommodata nouiſsime ſcripſit Menoch. *de præſumpt. lib. 5. p. 12.* & multa pulchra habet Treütler. *conſ. 110. n. 84. & ſeqq.* quibus congruit textus *in l. honor. 14. §. plebeij 4. ff. de muner. & honor.* vbi pater jure patriæ poteſtatis non poteſt prohibere, ne filius patriæ obſequatur. Patriæ enim ſanctiſsimum nomen eſt, cui omnes naſcimur, *Bald. in Auth. ſed omninò C. ne Vxor pro marito.* ita ferè Dn. Aſſum. *f. 27. argum. 3.*

Ratio decima quarta; impoſsibile † eſt ſtatibus & ſubditis im- 58.
perij, ambo onera ſimul, & pari paſſu ſupportare. E. debent exactiones publicæ priuatis exactionibus longè anteire. Quoties † 59.
enim duo incompatibilia concurrunt, tunc præferendum id, quod POTIVS eſt. *argt. l. quæritur 10. ff. de ſtat. hom. l. 3. in princ. ff. de Tutel. Schrad. de Feud. pars. 6. c. 6. num. 6. VVilhelm. Anton. in Tract. de reſcript. morat. c. 59. n. 44.* Potior autem haud dubiè cauſa eſt PATRIÆ, per modò adducta. Cum in † omnibus actionibus & negotijs no- 60.
ſtris, ſalus communis ſeu PATRIÆ ſpectanda, & cuiuſlibet vtilitati priuatæ anteponenda veniat. *l. Vtilitas 3. C. de primipil. lib. 12. l. fin. §. fin. C. de caduc. tollend. l. ædificia 14. C. de operib. publicis. Gail. obſ. 56. n. 3. 4. & 5. lib. 2. Rauchbar. quæſt. 27. n. 46. & ſeqq. l. 2.* Quò reſpicit aureū Platonis effatum: SALVS † POPVLI SVPREMA LEX ESTO. 61.
Quod refert. Cicer. l. 3. offic. Frid. Pruckman. de ſolut. Princip. poteſt. c. 3. num. 53. ita Dominus Aſſum. *f. 28. argumento quinto.*

Ratio decima † quinta: debitoribus mandatur ſolutio contri- 62.
butionum militarium, à ducibus belli, mandatur etiam ſolutio

cenſuum in Camera Imperiali, vtrumque autem mandatum emanat ſub nomine Auguſtiſsimi Imperatoris, & primum impedit ſe-
63. cundum, vnde neceſſe eſt, vt habeatur pro impleto. Nam † illa ſententia habetur pro impleta, quando per judicem ſtetit, ne impleretur. *Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 1. quæſt. 68. n. 38.* Quemadmodum & regula certiſsima eſt, quoties per eum, cuius gratia aliquid faciendum, & præſtandum eſt, ſtat, quò minùs id fiat, & conditio impleatur, id perinde habendum ſit, ac ſi iam factum & conditio impleta eſſet, *l. ſi poſt diem. 5. §. item ſi qua ff. cum dies leg. ced. l. in Iure Civ. 16. ff. de Reg. I. Caualcan. p. 2. deciſ. 1. n. 38. Hermannus Vult. conſ. Marp. 15. n. 114. Vol. 1. Reincking.* de *Retract. conſang. quæſt. 6. n. 111.* ita Dominus Aſsum. arg. 6.

64. Ratio † decima ſexta quando ſtat per Principem vel judicem, quò minùs ſtatuta tempora obſeruari queant, eo ipſo dilationem tantiſper conceſsiſſe intelligitur, ita vt abſque damno moræ ex impedimento per Principem vel judicem iniecto, cauſatæ, partis exinde impeditæ Iura intacta maneant, *Auth. ſed & in. & Auth. ſi appellatione. C. de temp. action.* non ſecùs, ac ſi per ipſam partem aduerſam ſtetiſſet, *l. quibus diebus. 40. in princ. Vbi Bald. ff. de condit. & demonſtr.*
65. *Mar. Anton. Bard. de Tempor. Vtil. & contin. c. 2. & 4.* Factum † namque Principis vel Iudicis habetur pro facto partis. *l. 1. Verſ. Nam inuicem C. ſi in cauſ. Iud. pign. cap. I. ſi ob cauſam 13. C. de Evict. Gail. de arreſt. Imp. c. 1. num. 20. Cravett. conſ. 887. n. 3. Berlich. deciſ. 125. num. 3.*
66. atqui per † Imperatorem & eius officiales onera militaria exigentes ſtat, quò minus priuatis creditoribus cenſus ſoluantur. E. perinde haberi debet, ac ſi Imperator ipſe debitoribus dilationem vlteriorem conceſsiſſet. ita Dn. Aſſum. *argt. 7.*

67. Ratio decima ſeptima: qui cenſus † debet, vt plurimum pecuniam debet. atqui impoſſibile fere eſt modernis debitoribus, pecuniam habere. Pecunia enim à pecu dicta eſt, quia apud antiquos omnes diuitiæ in pecudibus erant ſitæ, *Calepin. in dict. Verb. pecunia l. pecunia. 178. ff. de V. S. Vbi Gæd.* Itaq; D. Auguſtinus *d. doctrin. Chriſt.* Totum inquit, quicquid homines habent in terrâ omni, quorum Domini ſunt, pecunia vocatur, vas, ager, arbor, pecus. Ideò quia Antiqui quod habebant, in pecoribus habebant, *c. totum. q. 3.*

Imò

Imò Agricultura fundamentum eſt, quo innititur Reipublicæ machina vniuerſa *Beſol. in Vit. & Mort. conſiderat.* §. 6. Cum † itaq; 68.
ruſticorum tuguria ſit ſpoliata, pecora eorum abacta, agri inculti, & deſerti, vnde pecuniam habebunt contribuendi militibus, & ſatisfaciendi ſuis cenſitoribus? Aſſum. *f.* 41. *argt.* 15.

Ratio decima octaua: † inanis eſt actio, quam inopia debito- 69.
ris excludit. *l. nam is 6. ff. de dolo malo. c. olim 16. ext. de reſt. ſpol.* & dare quis non poteſt, quod non habet, *l. ſi Vniuerſa 55. C. de legat. l. itaq; fullo 12. in pr. ff. de furt.* Aſſum. argt. 16. cum E. miſeros debitores premat extrema inopia, fruſtra contra eos ad ſoluendos cenſus agitur.

Ratio decima nona: ſi quis debitorum incendio, naufragio, 70.
vel alio priuato infortunio facultatibus labitur, ſolet ipſi ab Imperatore quinquennale concedi: cur E. permitteret, vt ſtatus & fideles ſubditi, qui in hoc malo publico; in obſequium ſuæ maieſtatis omnia ſua ſubminiſtrârunt, & ad extrema peruenerunt, per mandata de ſoluendo omninò à poſſeſsionibus ſuis ſubmouerentur, & in exilium mitterentur, cum tamen officium ſuum nemini debeat eſſe damnoſum? *l. Videlicet. 29. ff. ex quib. cauſ. mai.* Aſſum. f. 44. argt. 18.

Ratio vigeſima: debitores moderni † plerique habent benefi- 71.
cium competentiæ, vt non teneantur, niſi eatenus, quatenus facere poſſunt, ita Renat. *f.* 11. præſertim illi, qui calamitate belli fuerunt ad inopiam redacti, & per guerram (vt Dd. loqui ſolent) ſpoliati, *ego in patrocinio debitorum decad. 3. q. 2. per tot.* Ergò infert Dominus Renatus *n. 19. Verſ.* wo derowegen. hoc ſequi, quod debitores moderni neque cenſus, neque intereſſe ſoluere teneantur, quia nullus † eorum eſt, qui non dicat ſe belli iniurijs afflictum, atque
exhauſtum, medijs ſolutionis deſtitutum, & bona cenſui ſubiecta, 72.
ſi non in totum deſtructa, ſaltem in fructuoſa vel ſterilia effecta. Si proinde bellum debitum & obligationem extinxit, (ſicuti debitores & ſectatores præfatæ opinionis arbitrantur) ſua ſponte ſequitur, etiamſi hi debitores iterum ad pinguiorem fortunam reuertantur, tamen creditoribus ſuis annis præteritis, quibus bona non

poſſederunt, neque fruiti, ſed præ paupertate impediti fuerunt,
cenſus ſoluere minimè teneantur.
73. Ratio † vigeſima prima: Fatentur omnes Doctores præſcri-
ptionem boni publici causâ fuiſſe introductam, ideo ne dominia
rerum ſint in incerto *L. 1. ff. de vſurpat. & vſucap.* & vt aliquis litiū
74. finis. *L. f. ff. pro ſuo*, atqui certum † eſt, quod tempore belli præ-
ſcriptio non currat, ſed dormiat, *c. ex tranſmiſſa, vbi gl. Panorm. In-
nocent. & Felin. de præſcript. Bart. in L. naturaliter. n. 22. ff. de vſucap. &
vſurp. VVeſenb. in parat. ibid n. 14. Zorer. q. 14. n. 1237. vbi allegat Paul.
de Caſtro 2. conſ. 176. n. 2. Balb. de præſcript. 2. p. 6. p. princ. n. 3. & ſeq.
Guid. Pap. deciſ. 416. n. 13. adde Panorm. conſ. 98. vol. 2.* ſi igitur bellum
poteſt ſiſtere curſum præſcriptionis, & bonum publicum, cur non
etiam curſum vſurarum, cenſuum &c. bonum, atque intereſſe pri-
uatum?
75. Ratio † vigeſima ſecunda: ſi in vno caſu jus & æquitas pati-
tur, vt propter fructus non perceptos vſuræ alioquin licitæ, vel
cenſus non ſoluantur, ſed remittantur, tunc etiam in alio juris eſſe
76. poteſt (nam vbi jus ſcriptum † non eſt, de ſimilibus ad ſimilia
procedendum eſt, *c. in cauſis 19. ext. de ſent. & re iud. c. 2. de tranſlat.
Epiſcop. L. f. C. de conſtit. pec. & ibi Salicet. Menoch. lib. 2. de arbitr. iud.
77. cent. 1. quæſt. 84*, quia non poſſunt † omnes caſus in legibus definiri,
L. non poſſunt 12. ff. de LL. cum ſeqq.) atqui in caſu *L. curabit 5. & L.
fructus 13. C. de act. empti. L. Julianus 13. §. veniunt 20. ff. eod.* quando
78. † quis alteri prædium nullâ fide de pretio habitâ vendidit, & pro-
pter dilatam ſolutionem vſuras juſtè accipit (tam de jure ciuili
quam Canonico. *Schard. ad Bartol. d. L. curabit.*) illæ rectè negan-
tur, ſi emptor prædio frui non poteſt, *Couarr. var. reſol. c. 4. L. 3. per
tot. Franciſc. Viuius commun. opin. lit. V. §. venditor. Anton. Gab. com-
mun. concluſ. de empt. & vendit. concluſ. 4. num. 10. Felician. de Solis tract.
de annuis redit. l. 1. c. 10. n. 15. & ſeqq.* E. etiam his & præteritis
temporibus, quibus debitor prædijs cenſualibus frui non potuit,
rectè ab eo cenſus negantur.
79. Ratio † vigeſima tertia: quando res cenſualis, ſiue prædium,
ſuper quo cenſus conſtituitur, perit, tunc cenſus conſtitutus non
amplius debetur, *extrauag. Martini V. §. ſed ad hoc. & Calixti III. verſ.*

ſed

ſed ÿdem ementes Frideric. Martini. c. 4. n. 55. c. 8. n. 214. & 216. Aluar. Valaſc. de iur. emphyt. q. 32. n. 16. Laymman de pact. & contract. c. 18. n. 4. Leſsius l. 2. c. 22. dub. 2. n. 8. atqui præteritis † calamitoſis annis præ- 80.
dia, ſuper quibus cenſus fuerat conſtitutus, vel perierunt, prórſus deſtructa & extincta fuerunt, vel prò deperditis habenda ſunt, eò quod vel ab hoſtibus occupata, *L. cum ouus 12. §. Vlt. ff. de reb. cred. Gail. 2. obſ. 23. n. 23. & ſeqq. Thom. Maulius de locat. & conduct. tit. 6. n. 63. f. 51* vel infrugifera & ſterilia ſunt effecta, *bulla. Pÿ V. anno 1569. edita. Eman. Sa in aphoriſm. confeſſ. V. cenſus n. 1. Fachin. l. 2. contr. c. 44.* Ergo cenſus præteritorum annorum non debentur.

Ratio † vigeſima quarta colonus, & quiuis alius conductor, 81.
remiſſionem penſionis petere poteſt, ſi prædio conducto vti fruiq; non potuit, vel magnum damnum in fructibus paſſus fuit, vel propter bellum & incurſiones hoſtiles, vel propter fluminum, graculorum, aut ſturnorum vim, vel propter ſterilitatem. *L. ex conducto 15. §. ſi Vis tempeſtatis, & §. cum quidam L. ſi merces 25. §. Vis maior ff. locati L. licet 8. L. excepto 18. C. locati c. propter ſterilitatem ext. de locato. Paulus Buſius de an. redit. l. 2. c. 9. n. 7. Couarru. pract. quaſt. c. 30. n. 1. Aluar. Valaſc. de iur. emphyt. q. 27. n. 7. 23. & ſeqq. Andr. Gail. 2. obſ. 23. in pr. & n. 13. V. ſecus. Groen. ad ipſum in not. concluſ. 23 n. 1. Nicolaus Boërius deciſ. 249. n. 4. 5. 10. & 11. Soarez. commun. opin. lit. C. n. 219. Frideric. Martini de cenſib. c. 8. n. 234. Thom. Maulius de locat. & conduct. tit. 6. Gothof. ad L. 8. C. de locat.* Ego in patrocinio debit: *decad. 3. q. 8. n. 4.* fuſius in conflictu locatoris & conductoris *Zorer. quaſt. 1. n. 142. Renat. n. 7.* vbi plures allegat. Vnde † etiam dicunt, ſi is, 82.
qui à ciuitate conduxit pedagia, ob bellum ciuitati illatum impediatur, remiſſionem penſionis petere poſſit, Zanger *de except. p. 3. c. 23. n. 10. Dn. Aſſum. argt. 16. in f.* Ergo etiam † cenſito ob calami- 83.
tatem belli, penſio eſt minuenda, vel remittenda. Sequela probatur: quia contractus recens inuenti ſequuntur formam illorum, quibus maximè ſunt ſimiles, *per L. 1. §. ſi quis ſeruum ff. depoſiti Oldendorp. in claſſ. forenſ. act. rub. de act. emphyt. in defenſ. res n. 7.* & cenſus penſioni ſiue mercedi rei locatæ comparantur, *per L. ſi nauis 62. Vbi Gothof. ff. de rei Vendic. Heig. 2. q. 1. n. 65. Zorer. q. 1. n. 160.*

Ratio vigeſima † quinta: ſi emphyteuta belli incommoditati- 84.
bus impeditus agros non potuit colere, dominus directus debet ei

canonem remittere (quemadmodum ad longum oſtendit Iaſon. *L. 1. Cod. de iure emphyt. Natta conſil 49. n. 29. & conſil. 194. n. 6. Gail. 2. obſ. 23. n. 23. Schraderus, Oldendorpius, Ioan. Baptiſta Villalobos, Iulius Clarus à me allegati in patrocinio debit: q. 9. decad. 2. n.* 103. & plures alij allegandi in patrocinio colonorum, ſicut & citati à Renato *n. 7. lit. C.* Aſſum *f. 43. arg. 17.* Thoma Maulio *loc. cit. n. 63.* vbi di-
85. cit hanc communem opinionem non eſſe deſerendam) cum † tamen creditor maius jus, dominij ſcilicet directi, non nudum tantum titulum, & emphyteuta vtile dominium in rebus emphyteuticis habeat, *Schneid. ad §. ſingulorum num. 4. cum ſeqq inſt. de rer. diuiſ. VVeſenb. in parat. n. 4. ff. de acquir. rer. dom* vt ita videatur ipſi dam-
86. num & periculum adſcribendum, præterea † canon emphyteuticus ſoluendus ſit non ob fructus perceptos, ſed in recognitionem dominij, *L. quicunque & ibi Bart. C. de fund patrim. L. 11. §. quia verò Leonis authent. de non alien. aut. permut. reb. Eccleſ. Ego in patrocinio loc. cit. n.* 104. Ergo non obſtante, quod cenſus non ſoluatur ob fructus, nihilominus erit remittendus.

87. Ratio † vigeſima ſexta à natura cenſus petita, eſt iſta: venditor cenſus caſum fortuitum præſtare non tenetur, neque ad hoc juxta bullam Pij V. pactione aliqua obligari poteſt. E. ſi quod periculum & damnum, vel in re cenſuali, vel in fructibus acciderit, id emptori ſiue cenſitori, non cenſito imputandum erit.

88. Ratio † vigeſima ſeptima: ſi his temporibus calamitoſis cenſitus deberet cenſus ſoluere, res cenſualis, quæ adhuc ipſius eſt, alteri quam domino omnem vtilitatem afferret, imò ſubinde contingeret, vt fruſtra quis laborem in colendis agris impenderet, quod durum planè & inhumanum videtur: *per text. in §. 1. in f. inſtit. per quas perſ.* vbi Imp. Iuſtinianus dicit, ſi cui † aliquid ſuis laboribus
89. acceſſerit, hoc in alium perueniens luctuoſum eſt procedere. Longè durius eſſe videtur, vt ſi fructus prædij cenſualis non ſufficiant, adhuc reliqua debitor ex ſua induſtria, vel ex rebus aliunde quæſitis ſupplere teneatur.

90. Ratio † vigeſima octaua: cenſus licitus debet fundari ſuper fructibus alicuius fundi; atqui hoc tempore fundi & prædia tam malè

ſunt

ſunt affecta, vt vel prorſus ſint perempta, vel ſaltem inculta & ſterilia effecta. E. in priori caſu omninò nulli, in poſteriori pro illis ſaltem annis, quibus fructibus deſtituta ſunt, vel erunt, cenſus non præſtabuntur, vide Renat. *n.* 1. *&* 5.

Raito † vigeſima nona: Vaſallus tenetur domino præſtare ſeruitia. *c.1.§. Vlt. ex quib. cauſ. c. domino guerram. hic fin. lex.* ita quidem, vt obligatio præſtandi deſcendat ac dependeat ex contractu feudali inter dominum & vaſallum inito, *c.1. §. Vlt. ex quib. cauſ. feud. amit.* non obſtante tamen, quod vaſallus ſit debitor ex contractu, quod feudum ſit beneficium, quod vaſallus illud gratis habeat, ac proinde ſeruitia, (etiam pro modico feudo) præſtare debeat, *Roſenſenthal. conclus. 7. c. 8. n. 36. Andr. Knol. de ſeruit. feudal. p. 3. n.* 103. *per text. c. 1. §. mutus Epiſcopi vel Abbat.* ea ſunt commenſuranda qualitati prædiorum, ita vt is qui modicum feudum habet, non tantum teneatur præſtare ſeruitium, quantum poſſeſſor ampli, ſiue magni feudi, *e cum plures in cap extraord.* Vnde fit, vt † amiſsâ parte feudi vaſallus pro rata illius partis à ſeruitio liberetur. *per text. in c. 1. de Vaſallo qui contra conſtit. Lothar.* vt ſi feudum diminuatur in quantitate, & reditibus annuis, pro rata decrementi minuatur quoque ſeruitium, *Roſenthal de feud. c. 10. conclus. 44. n. 49. Knol. p. 4. num.* 199. Si ergo hoc receptum eſt in feudo, quod gratis datur, quantò magis in cenſu, qui pecuniâ comparatur? 91. 92.

Ratio trigeſima: in quibus caſibus æquum eſt cenſus publicos remitti, aut alleuiari, in ijſdem æquum etiam erit cenſus priuatos remitti (nam argumentum à cenſibus publicis ad priuatos valere putat, & proinde format patronus creditorum *f. 89. f. 92.*) atqui ſi prædium † ruſticum ſit factum ſterile, vel ſolitos fructus non ferat, debent tributa & cenſus minui, *Renat. n. 167.* E. etiam tunc ſi prædium cenſuale ſolitos fructus non ferat, debent cenſus remitti. 93. 94.

Trigeſima prima: † Doctores in terminis tradunt, ſi reditus ex fructibus ſit conſtitutus, atque anno aliquo eueniat poſſeſſorem fundi fruſtrari omni fructu, quod reditum quoque illius anni præſtare non teneatur. Verbi gratia: ſi ob hoſtium incurſiones, aliamue vim maiorem, aut prædij ſterilitatem ex fundo nihil vtilitatis 95.

peruenerit, obtinuit, ad redituum præſtationem poſſeſſorem fundi non teneri, *Hoſtienſis in tit. de cenſibus.* §. *in quo cenſu,* quem citat & ſe-
96. quitur Paulus Buſius *in tract. de ann. redit. lib. 2. c. 9. n. 3.* vbi † tradit, quod exceptio in factum fructuum non perceptorum, aut penſionis non receptæ, impediat pro tempore præſtationem. Rationem autem quare *pro tempore n. 2.* præmittit iſtam: quia hæ, & ſimiles aliæ exceptiones, quæ præſtationem pro tempore anni vnius vel plurium impediunt (vti ſunt exceptio pacti, tranſactionis, nouationis, &c. *id ibid. n. 8.*) ipſi quidem juri redituum non aduerſantur, ſed ex certâ causâ reſultant, quâ fit, vt debitor cum effectu ad reditum, quo idem petitur tempore, ſoluendum non teneatur. Idem
97. † ibidem *num. 7.* teſtatur plurimorum locorum conſuetudine probatum eſſe, vt reditus non aliter ſoluatur integer, quam ſi is ex fructibus, aut penſione redigi poſſit, & in hoc differre à penſione rei locatæ, quæ ob fructuum paucitatem fieri non ſoleat, *L. 15. §. 5. ff. locat.* quia modicum damnum coloni eſt, *L. 25. §. vis maior ff. eod.*
98. Et quamuis *num. 6.* dicat, † hanc exceptionẽ fructuum non perceptorum ceſſare, ſi reditus non ex fructibus aut penſione ſit conſtitutus, ſed ſimpliciter ſit promiſſus, prædio ſolummodo pignori obligato: tamen ſupra *p. 1.* ad longum oſtendi, quod cenſus apud nos non ita vendi, promitti & conſtitui ſoleant, vt prædium pignoris vel hypothecæ tantùm loco apponatur, ſed ita plerumque, vt cenſus ipſe ex, in, vel de prædio, atque eius fructibus & prouentibus
99. ſit præſtandus. Deinde non † apparet aliqua ſolida differentiæ ratio inter cenſus pecuniarios, & inter cenſus fructuarios. Nam ſicuti cenſu, & penſione pecuniaria ex certo prædio promiſſa, cenſitor non eſt adſtrictus ad fructus & prouentus ipſius prædij cenſualis, & debitor cenſus non ſe obligat ad ſoluendum cenſum ex fructibus fundi ſolùm, ſed ad reddendum ſingulis annis cenſum vndecunque voluerit, vide Felicianum de Solis *l. 1. c. 4. n. 3. & 5. v. ex quo v. non obſtat & c. 7. n. 15. verſ. verum in fine.* Dn. Doct. Paſcha *theſ. 35.* Renat. *n. 55. & 61. litt. ee. f. 38. inf.* Zorer. *q. 1. n. 104.* vide quæ ſcripſi ſupra *p. 1. q. 4. n. 103. q. 11. n. 93. f. 128. q. 12. n. 120. cum ſeqq.*
100. ita quoque ſe † res habet in cenſu frumentario, qui nihilominus

debeatur

debetur, & ſi locus cenſui ſubiectus talem fructum non ferat, poſt Nauarr. *de Vſur. n. 79.* Eman. Sa, *in aphoriſm. confeſſ. V. cenſus num. 7.* vide quæ ſcripſi *ſup. p. 3. q. 2. n. 106.* E. ſicuti in cenſu frumentario fructibus non natis competit exceptio in factum, ita quoque eadem exceptio dabitur in cenſu pecuniario.

Ratio † trigeſima ſecunda: Etiamſi cenſus non in vniuerſum omnes remittendi eſſent, ſi tamen Princeps aliquis in ſpecie de ſua Camera, von ſeinen Cammer gefällen ſoluere promiſſet, vel ex certo quodam officio quæſturæ auß einem gewiſſen Renntampt/ in eo ſaltem ſpeciali caſu, videntur cenſus remittendi, ſi Camera non ſit idonea, ſed prorſus exhauſta, idque per text. juris feudalis *de notis feudorum in pr.* vbi habetur, in feudo, quod de Cauena ſeu Camera dicitur, non debere dari, niſi cum ſit in Camera, vel Cauenà, vnde ſolui poſſit. 101.

Ratio † trigeſima tertia: ſi quis læditur vltra dimidium juſti, vel quando apparet vera & enormis læſio vltra dimidium accepti, tunc contractus retractari poteſt per remedium *L. 2. C. de reſcind. Vend.* atqui debitor cenſus annui, qui intra viginti annos (quo temporis ſpatio & annorum numero annui reditus. 5. pro centum pecuniam, qua ſunt æſtimati, exæquant) vix tertiam aut quartam partem illius recipit, quod pro illo dare debet, læditur vltra dimidium juſti, quod ſic probatur: quia in quæſtione † læſionis conſiderandum eſt datum atque acceptum, & tunc læſus enormiter dicitur, quando dedit, cuius dimidium non accepit: atqui debitor cenſitus ſæpe ſoluere debet, 100. florenorum penſionem, & vix percipit fructus 20. fl. E. ipſi competit dictum remedium juris. Laudatur enim † lex, quod in remedijs concedendis non ſolet eſſe parca, & defectiua, *Hieronymus Panzſchmannus lib. 1. quæſt. 17. num. 132.* Imprimis verò, vbi enormiſſima læſio emergit, jura læſum non deſerunt. Vnde traditur, quod vbi à remedio *L. 2. Cod. de reſc. Vend.* tam jure communi, quam Regio, ex aliqua cauſa receditur, id non intelligatur, ſi læſio enormis & enormiſſima ſit, *Blaſius FloreZ in addit. ad deciſiones Antonij Gamma, deciſ. 66. num. 3. Verſ. imò Vbi receditur.* Ita Nobilis & Conſultiſſimus Dominus Ioannes Georgius Bohs in conſultat cenſuali *p. 2. n. 60.* 102. 103. 104.

Ratio

Ratio trigeſima quarta, vel potius continuatio ſuperioris eſt
105. hæc: Contractus † iſte, ex quo cenſus debentur, vel eſt bonæ fidei,
vel ſtricti juris. Si bonæ fidei, tunc nullum dubium eſt, quin di-
106. ctum remedium *L. 1.* locum habeat: ſi † ſtricti juris, tunc commu-
niter quidem à Doctoribus receptum eſt, quod propter læſionem
ſaltem exceptio competat reo aduerſus actorem. Aduerto, in-
quit Pinellus, quod Bartolus & alij hic, & in *d. L. ſi quis cum aliter*
ff. de Verbor. oblig. æquiparant omnes contractus bonæ fidei & ſtri-
cti juris, quoad excipiendum, quamdiu ſcilicet res non traditur,
vel pretium non ſoluitur: reſoluentes communiter, conuentum
poſſe ſemper excipere ex cauſa tantæ læſionis, vt etiam tradit Ale-
xander *Conſil. 89. num. 11. lib. 2.* ita Pinellus *ad L. 2. C. de reſcind. Vend.*
107. *p. 1. c. 3. n. 6.* Imò † probat Pinellus, quod etiam in contractu ſtricti
juris, actio ex hac lege detur: idque non omninò extra ea, de qui-
bus inter partes conuenit: quum ex hac l. actum cenſeatur inter
contrahentes, vt alter ſaltem non minus accipiat, quam dimidium
eius, quod dedit *d. c. 3. num. 9.* ita Dn. Bohs *n. 63. & ſeqq.*
108. Ratio † trigeſima quinta: quoties in diem, vel ſub conditione
aliquid promittitur, v. g. oleum, vinum, aut ſimile quid, æſtima-
tionem eius eo tempore ſpectari oportet, quo dies obligationis ve-
nit, tunc enim ab eo peti poteſt, *L. quoties 59. ff. de V. O.* & eius tem-
poris fit æſtimatio, cum peti poteſt, *L. 60. ff. eodem,* atqui penſiones
annuæ non niſi ſingulis annis peti poſſunt. E. ſingulorum anno-
rum æſtimatio ineunda, & non præciſè tempus contractus ſpe-
ctandum.
109. Ratio † trigeſima quinta prioribus ſubnixa eſt hæc: Quam-
uis contractus à principio non contineret læſionem, nihilomi-
nus in actibus ſucceſſiuis, reſpicientibus etiam futura tempora, ſi
deinceps ob temporum mutationem læſionem continere cœperit,
ſufficit probatio læſionis ſecundum qualitatem præſentis, non au-
tem præteriti temporis, *per text. in c. quanto de cenſibus & exact.* vbi
110. monaſterium Bellævillæ † à ſui primordio ex voluntate fundatoris
fratribus Sancti Irenæi procurationem vnam ſingulis annis perſol-
uit, & propter fratrum & ſeruientium paucitatem talis procuratio
non

non grauabat. Sed poſtea adeo creuit eorum numerus, quod ad procurationem vix ſufficerent quatuor marchæ, cum vna marcha ſolui conſueuiſſet. Reſpondet Pontifex:Indulgemus igitur,ne vltra "
primam menſuram in procuratione ipſa ſitis vlterius prædictis fra- "
tribus obligati,ſed expenſis,quæ conſueuerunt ſufficere, ſint con- "
tenti,niſi facultates Eccleſiæ in tantum excreuerint,quod ſine gra- "
uamine ampliato fratrum numero,ad ſoluendum debitum procu- "
rationis,extendi poſſit quantitas expenſarum, & per eum text. te- "
nent ibi Anton. Abb. & alij, quod † vbi reditus à principio fuit im- 111.
poſitus,ſi proceſſu temporis continet iniquitatem,prouideri debeat iudicis officio,vt tollatur iniquitas,Ita Gaſpar Roderic *de annuis reditibus q.15.n.95. adde Maſcardum dict. concluſ 963.n.8.* Cum itaq; † præ- 112.
ſtatio cenſuum habeat tractum ſucceſſiuum, & reſpiciat non tantum præſens,ſed etiam futura tempora,ideo non præciſè ad tempus contractus vel obligationis reſpiciendum,ſed etiam poſtea ſubſecutum,futurum & emergens attendendum, & iuxta illud læſio æſtimanda erit. Cum hoc concordat Pinellus *ad L.2. C. de reſcind. vendit.* vbi *p.3.c.vlt.n.16.* docet: ſi traditio † rei, vel executio negotij (hoc lo- 113.
co ſolutio penſionum) conferatur in futurum, non attenderetur tempus conuentionis,ſed executionis. Vnde idem ipſe alibi: quamuis,inquit,illi ipſi remedio l. 2. iure communi 30. apud Luſitanos 15. apud Gallos 10. apud Hiſpanos 4 anni ſint præfixi, aliud tamen eſſe, quando læſio habet cauſam ſucceſſiuam, quæ ſingulis annis temporibuſq; refricatur, *p 2 c.1.n.26. & 27.* ita Dn: Bohs *n.76.*

Ratio trigeſima † ſeptima: quod etiam in obligationibus ex 114.
cauſa oneroſa,quæ tractum ſucceſſiuum habent, remedium, *l.2. C. de reſcind. vend.* locum ſibi vindicet, apparet inde, quod in locatione & conductione, propter ſterilitatem, læſio quæ profectò tempore contractus non eſt, propter bonam fidem æſtimetur, juxta modum *L. 2. C de reſcind. vend. Bart. in L. licet. C. de locato,* quæ Bartoli ſententia approbata eſt, teſte Franciſco Viuio *verbo conductor: in fine.* & quod in locatione conductione *d. L.2. C. de reſc. vend.* locum habeat, teſtatur Antonius Gamma *deciſ. 19. Ioannes Gutirez. Practicar. quaſt. lib.2. quaſt. 138.* ita Dominus Bohs *n.72.* vbi *n.74.* ſic pergit. Cum

115. igitur † aliàs inſtitutiones noſtri juris velint, quod locatio conductio, & emptio venditio ſint contractus inuicem valde propinqui, &proximi,ijſdemq; juris regulis conſiſtant. *inſtit. de locat. in princ.* propinquitas illa tanto maior erit, ſi talis emptio ſit, vbi pretium rei non ſimul ſoluitur, ſed annua penſio præſtatur.

116. Ratio trigeſima † octaua: cenſus reſeruatiuus, & reditus emphyteuticus habent vtique tractum ſucceſſiuum, & deſcendunt ex cauſa oneroſa, & tamen ſi quis ſoluat eum pro fundo, qui tempore contractus ſingulis annis ferebat 100. menſuras tritici, & fuit pro 40. in emphyteuſim, vel cenſum perpetuum conceſſus: poſtea tractu temporis non reddit 30. menſuras annuas, quæri ſolet, an teneatur emphyteuta, aut cenſuarius, ad integræ penſionis ſolutionem? an verò reformandus,& moderandus ſit contractus? Et
117. quamuis † videatur negatiuè reſpondendum, quia juſtitia contractus ſecundum tempus conuentionis metienda, & æſtimanda eſt, *l. ſi voluntate. C. de reſcind. vend.* ſed tempore conuentionis nulla datur iniquitas, aut iniuſtitia: quia fructus fundi excedunt penſionem in duplo: ergo contractus, nec reformari, nec reſcindi debet.
118. Nihilominus † in contrarium facit, quod reductio contractus ad æqualitatē fieri debeat, quando tractu temporis efficitur iniquus, vel res in infinitum creſcit, ita in terminis Gaſpar Rodericus *in tract. de annuis & menſtruis reditibus lib. 2. q. 15. n. 95.*

119. Ratio trigeſima † nona: ſi emphyteuta fuerit vltra dimidium juſtæ æſtimationis deceptus, locum habet remedium *L. 2. C. de reſcind. vend.* vt reſcindatur contractus emphyteuticus, *Bart. in L. item ſi in pretio §. quemadmodum ff. locati. Oldendorp. rub. de act. emphyt. in affinib. remed. n. 7.* vbi Rationem hanc aſſignat: Nam contractus
120. recens † inuenti ſequuntur formam illorum, quibus maximè ſunt ſimiles, *L. 1. §. ſi quis ſeruum ff. depoſiti,* ſed contractus emphyteuticus ſimilis eſt locationi, in qua tale remedium habet locum. E. & in emphyteuſi rectè exercetur. vide Aluar. Valaſc. *de iure emphyt. q. 11.*
121. *n. 19. § verum in f.* ſi † in emphyteuſi, vtique etiam in cenſu: quia in emphyteuſi æquè parum habetur ratio fructuum, quam in cenſu, canon enim ſoluitur non loco mercedis in recompenſationem fructuū, ſed in recognitionē dominij directi, quod per ſe notum eſt,

Ratio

Ratio quadrageſima: Doctores in terminis tradunt, quod etiam in emptione cenſus propter deceptionem vltra dimidium locus ſit remedio *L. 2. C. de reſcind. Vend.* vide Couarruu. *Var. reſol. l. 3. c. 7. n. 3. §. ne in hac ſpecie.* Andream Gail. 2. *obſ.* 8. *n.* 4. vbi dicit, cauendum eſſe, ne in emptione redituum ad vitam interueniat deceptio vltra dimidium juſti pretij, nam in tali caſu in foro conſcientiæ ad reſtitutionem teneri. Sic † reſcribit Aluarus Valaſcus *de iur. emphyt. q.* 32. *n.* 12. ſi pactum cenſui adijciatur, ne liceat venditori, ſiue debitori cenſus, omnia bona ſua cenſui ſubiecta alienare, niſi requiſito prius emptore, & eius præmiſſa licentiâ, & quod alioquin caducitatem incurrat: aut ſi per triennium in ſolutione ceſſent, vt ſimiliter bona committantur; hiſce pactionibus adiectis improbum eſſe hunc contractum, non quod fœneratitius ſit, ſed quia nimium iniquus propter iniuſtitiam pretij, ſi ad valorem prædictarum conditionum non aſcendat, & vltra dimidium juſti læſio detur. 122. 123.

Ratio † quadrageſima prima: Etſi aliqui ex Doctoribus negent remedium, *L. 2 C. de reſcind. Vend.* locum habere in contractu cenſuali, & ſimilibus alijs haud abſimilibus vſurarijs, hoc tamen ſtatuunt non in odium venditoris, vel debitoris, ſed potius in eius fauorem, ita videlicet, vt conqueri poſſit, etiamſi non vltra, ſed etiam infra dimidium juſti, & vel modice tantum ſit læſus. Per rationem: † quia vbi lex taxat pretium, nullus exceſſus admittitur, & ideo non poteſt reditus minoris emi, quam legis taxa, Rodericus *de ann. redit. lib.* 1. *q.* 11. *n. f.* vbi *num.* 35. in effectu tradit, ſi quis dediſſet alteri 40. florenos pro cenſu 5. annuorum, non poſſe dicere, ſe paratum eſſe ſupplere, quod deeſt dimidio juſti, & adhuc ſuperaddere 10. fl. vt fruatur reditu conceſſo, ſed omnino reduci debere ad 100. fl. Cenſus enim certos limites habet, quos nec tantillum excedere licet, idem † *d. quæſt.* 11. *in pr.* qui licet neget venditori & debitori cenſus remedium *L. 2. C. de reſc. Vend.* competere: tamen longè pinguius *n.* 36. *inf. & q.* 7. *per tot.* tribuit, vt videlicet etiam propter modicam læſionem reductionem petere poſſit. 124. 125. 126.

Ratio † quadrageſima ſecunda: in multis alijs caſibus redu- 127.

ctio contractus ad æqualitatem fieri debet, quando tractu temporis efficitur iniquus, *L. cum quidam 17. in pr. ff. de Vſuris*, vbi læſus præſidem prouinciæ adire jubetur, qui ſtipulationem, de cuius iniqui-
128. tate quæſtus eſt, ad modum juſtæ exactionis redigat. Ex † quo Baldus *ibidem n. 2.* deducit, quando contractus excedit modum, debeat reduci ad debitum modum. Exemplum habuimus ſupra *in ratione 37.* cui addit Rodericus *l. 2. q. 15. num. 95.* aliquod aliud, de-
129. ſumptum ex Theſauro *deciſ. 226.* in colono, † qui promiſerat ſe perpetuò ſoluturum centum florenos monetæ currentis tempore ſolutionis, & cum creuiſſet aureus propter deteriorationem monetæ in longè maiorem æſtimationem, quam erat tempore contractus, dicebat colonus, ſe non teneri ſoluere totum id, quod per augmentum monetæ ſoluere promiſerat, ſed reducendam rem ad æquita-
130. tem. Pro quo etiam allegat † Pilei quæſtionem 48. de furnario, qui promiſit coquere panem pro tota familia pro certa penſione annua, & auctà deinde plurimùm familiâ, non tenetur niſi juxta modum, quo erat tempore contractus, vt latè per Iaſon: *L. quo mi-*
131. *nus num. 136. cum ſeq. ff. de fluminibus*, & ſubdit Theſaurus, quod † licet ex parte locatoris diceretur non eſſe recedendum à conuentione, quia fuerat penſio ſoluta per multum tempus, ita quod videbatur præſcriptum fauore locatoris: tamen reſponſum fuiſſe, non eſſe tantum tribuendum iniquitati præſcriptionis, vt cum damno
132. coloni locator locupletaretur. Simile † quid refert Decius *conſ. 335.* vbi conuenit inter ciuitatem, & eius villas, quod ciuitas ſolueret tertiam partem onerum, & collectarum, & villæ alias duas partes, & ita per multum tempus fuit obſeruatum, ſed currente tempore diminutus eſt ciuium numerus, ita quod ſi tertiam partem collectarum ſoluerent, reſultaret iniquitas, & maximum ciuium detrimentum, reduci debet conuentio ad æqualitatem ſecundum præ-
133. ſentem ſtatum; quod in ſimili judicauit † ſenatus Pedem: in ſolutione gabellarum, vt per Theſaurum *deciſ. 214.* & in reductione emphyteutici reditus idem fuit deciſum, vt per eundem Theſaurum *d. deciſ. 120.* Plura ſimilia vide apud Hieron. Gigantem *de penſ. Eccle-*
134. *ſiaſt. q. 66. n. 1. & ſeqq. Decium conſil. 335.* Quæ † reductio cum in

alijs

alijs exemplis locum habeat, etiam in noſtro locum habere, atque cenſitus ſiue debitor præſtationem annuam ita ſoluere vniformiter debebit, niſi ex rei vel temporis varietate reſultaret iniquitas penſionis.

Ratio † quadrageſima tertia: etiamſi tunc, quando creditor cenſus acceptis mille florenis vendidit ex vinea ſua cenſum 50. fl. forte non ſit iniquum, vt eum irremiſſibiliter ſoluat, licet vinea fructus 50. florenorum non amplius ferat, eò quod mille florenos acceptos ſaltem in vtilitatem ſuam conuertere, & hodie tantundem vtilitatis, quantum olim facere potuerit: tamen ſi vinea iſta cenſui ſuppoſita tranſeat in manum tertij, & alicui vendita ſit mille florenis, hoc pacto, vt cenſitori ſingulis annis 50. fl. pendat, hoc in caſu planè iniquum, & magna inæqualitas videtur, vt 50. fl præſtet, ſi tot fructus non percipiat. 135.

Ratio † quadrageſima quarta: ſi in emphyteuſi penſio maior eſt, quam fructus, ita vt vtilitas emphyteuſis non attingat medietatem penſionis, tunc talis penſio ad æqualitatem eſt reducenda, & quidem longè magis, quam in ſimplici locatione & conductione, quæ tantùm ad tempus durat, & conductorem minùs grauat, emphyteutam autem omninò proſternere poſſet, eò quod emphyteuſis ſit perpetua, *Anton. Theſaur. deciſ.* 120. (quamuis † in eo, quo minus grauatur conductor in tempore, tantò plus grauetur in quantitate penſionis, *Roderic lib. 2. q. 22. n. 60.*) Ergo ſimiliter reducenda erit ad æqualitatem penſio cenſitica, Dominus Bohs *loc. cit n.* 80. vbi ſequelam *n.* 79. ſic probat: quia † analogia Iuris hoc vult, vt in ea, quæ ſub eodem genere comprehenduntur, eiuſdem generis propria Iura influant, & quod ſimilium, quatenus ratio eadem, eatenus etiam idem jus eſſe debeat. 136. 137. 138.

Ratio † quadrageſima quinta deſumitur à cauſa obligationis deficiente, & ex *L. palam eſt. 2. § circa primam. 3. in fin.* ibi. Et ſi certa fuit cauſa ſtipulationis, quæ tamen, aut non eſt ſecuta, aut finita eſt, dicendum erit nocere exceptionem *ff. de doli mali except: item l.* 1. §. 1. 2. 3. *& l.* 3. *ff. de condictione ſine cauſa*, qui textus expreſsè volunt, quod ſi certa fuit cauſa ſtipulationis, quæ non eſt ſecuta, aut deſijt, 139.

aut ad non cauſſam redijt, quod tum effectus ſtipulationis ceſſet. Et
140. quod Iuris† eſt in toto, quo ad totum, idem Iuris eſt in parte, quo ad partem, nempe pro quot annis tollitur perceptio, pro tot etiam ſolutio tollatur. Et hæc ſententia, de cauſſa obligationis, & quod eâ ceſſante, definente, ad non cauſſam redeunte, ſtipulatio finiatur, & inde tum actio, ſiue condictio, tum exceptio naſcatur, eſt commu-
141. nis: atqui † cenſus annui fuerunt promiſſi ob perceptionem fructuum, E. deficientibus fructibus deficit cauſa ſtipulationis, & obligationis penſionum, illa quantitate determinatarum, & fructibus antea computatis exæquatarum. Ita Dominus Bohs in caſu quodam ſpeciali, *loc. cit. n.* 83. *&* 84.

142. Ratio† quadrageſima ſexta deſumitur ex tacita conditione, rebus ita ſtantibus, vel in eodem ſtatu permanentibus. Nam omnis conuentio, omnis promiſſio, omnis contractus, habeat tacitam iſtã conditionem: rebus ſic ſtantibus, *L. cum quis. 38. in pr. ff. de ſolut. argum. c. cum inter 2. ext. de renunc. l. quod ſeruus Vbi Iaſ. col. 2 V. circa tertium, n. 8. 9. 10. 11. 12. ff. de condict. cauſ. dat.* vbi plures huius regulæ ampliationes adducit. *Gail. 1. de PP. c. 4. n. ſ id 2. obſ. 23. n. 9.* Tiraq. in *L. ſi Vnquam de reuoc. donat. in pr. n. 162. cum ſeqq Vbi 169.* ſubiungit, nihil adeo eſſe præciſum, firmum, & immobile, quin ſemper intelligatur rebus ſic habentibus. *gl. finalis in c. ne quis arbitretur 14. cauſ 22. q. 2.* vbi ſemper, inquit, ſubintelligitur hæc conditio: ſi res in eodem ſtatu manſerit, *Iacob Schultes. p. 2. quæſt. pract. 70 n. 13. &* 14. vbi *n. 479.* perpetuum eſſe dicit omnibus actibus, (etiam iuratis) vti ſemper cum hac intelligantur conditione, ſi res in eodem, quo nunc eſt, dum geritur, ſtatu permanſerit. Idem Schultes *in addit. ad Modeſtin: Piſtor: q. 149. p. 4. n. 20.* nihil ait, quicquam reperiri, quod non à regulis recedat ſuis, quoties ad nouam aliquam cauſam reditur.

143. Hanc† ipſam doctrinam pulchrè & doctè more ſuo deducit Nobiliſs. Dn. Bohs *dict. conſult. n. 94. & ſeqq.* vbi exempla adducit in ſocietate, *L. Vel quod ea re 15. ff. pro ſocio*, vbi non manent obligati ſocietatis contractu, ſi ea re frui non liceat, cuius gratia negotiatio
144. ſuſcepta eſt: ſimiliter † in locatione *L. quare 14. §. inter locatorem ff. locati*, vbi non tenetur ſtare promiſſis locator, qui non percipit percipienda,

cipienda. Aliud in † ſtipulatione, *L. qui ſeruum 96. ff. de V. O. L. cum quis* 145.
38. *in pr. ff de ſolut.* Exemplum aliud in emphyteuſi ponit Iacobus Venetus *p 2. de annuis redditibus q* 33. vbi ex regula iſta infert: quod ſi
ſucceſſu temporis † res emphyteutica efficeretur inutilis emphy- 146.
teutæ, vt pote quod damnificaretur emphyteuta, tunc eum liberari à præſtatione, Lucas de Penna, *in L. ſancimus la 1. ad f. C. de conſ. l.* 12. E pari ratione, ſi agri cenſuales non manſerint in eodem ſtatu, quo tempore contractus erant, & ſi damnificatus fuerit cenſitus, liberabitur à præſtatione cenſuum.

Hiſce argumentis † & rationibus moti concludunt Doctores 147.
moderni, cenſus calamitoſis iſtis temporibus non debere exigi, vide Dominum Aſſum *in zelo neceſſitatis &c. per tot.* Dominum Zorerum *loc ſup in princ cit. item q. 8. n. 602. & q. 14. n. 1220.* eundem *n. 601.* vbi putat, etiam extantias bonorum, ante incurſionem hoſtilem comparatorum, poſtea autem deuaſtatorum, vulgò die nachfriſten æquitate inſpectâ remittendas eſſe. Plura adhuc argumenta mutuari licet ex *p. 1. q. 11. &* 12. quibus adſtruebatur, prædijs deſtructis, vel ſterilibus effectis nullos amplius cenſus deberi.

Verum † creditores, eorumque patroni nec multitudinem, nec 148.
robur harum rationum curant, ſed ad ſingulas reſponderi poſſe putant.

RESPONSA.

AD primam † quidem, negando cenſus idem eſſe, quod intereſſe 149.
lucri ceſſantis, vel damni emergentis, quemadmodum ex ijs, quæ in *p. 1. q. 1.* à me dicta fuerunt, & exinde facile colligi poteſt, quod debeantur indiſtinctè, ſiue creditoris interſit, ſiue non. Et quia † 150.
cenſus non propter moram, ſed propter conuentionem, & contractum emptionis ab initio initum debentur, parùm de eo ſolicitus eſt cenſitor, ſiue creditor, quâ de cauſa cenſitus moram ducat.

Aliter † Reſpondet Renatus, *n. 91.* quod obligationes hodi- 151.
ernæ, quibus cenſus non *ex* vel *ſuper* aliquo ſpecifico fundo venduntur, ſed ſub generali obligatione omnium bonorum promittuntur, magis rationem cenſus perſonalis, quam mutui habeant, ita vt

152. non mora debitoris, ſed promiſſio eius attendenda ſit. Poſito † autem, quod pro mutuo habendæ eſſent, tamen in Imperio etiam ex pecunia mutuo data, & vbi nullus alius, quam ſolius mutui contractus, vel titulus ſubeſt, licet nulla debitoris mora intercurrat, 5. pro centum vſurarum nomine licitè accipiantur, & quod mutuans vſuras moderatas, bene paciſci, & vigore pacti ex conuentione, non autem ob moram debitoris tantùm petere poſſit.

153. Verùm † prima pars huius reſponſi anxiam dubitationem re-
154. cipit, per tradita *ſup p.1.q.1.n.85.cum ſeqq.* Altera † autem meo iudicio à veritate Catholicâ aberrat; neque enim facile aliquis Theologorum noſtrorum concedit, in mutuo aliquid vſurarum nomine poſſe peti, vel accipi, ſed bene nomine intereſſe, quando videlicet is, qui mutuum dedit, veriſimiliter tantum fuiſſet lucraturus, ſi pecunijs
155. ipſe vſus eſſet, quod ipſum † intereſſe aliqui ex Neotericis vſuras
156. compenſatorias vocant, *VVeſenb. n. 7. ff de vſur.* An autem † ab initio ſtatim, cum nondum conſtat, an, quid, & quantum damni acceſſurum, vel lucri deceſſurum ſit, ratione intereſſe paciſci liceat, pauci ſunt ex Catholicis, qui aſſeuerant. Vide etiam Weſenb. *conſ.*
157. 50. vbi plura de hoc, & inprimis illud *n* 32. *&* 34. docet, quod † vſuræ compenſatoriæ ne quidem poſt moram debeantur, niſi doceatur creditoris intereſſe. Nam quoties creditoris nihil intereſt, toties improbè agit, ſi ante vel poſt moram lucrum aucupetur, idem We-
158. ſenb. *n* 9. *ff. de vſuris.* Verum † impedimentum juſtum, & paupertas excuſet à præſtatione lucri ceſſantis, vide apud Gaſp. Roderic. *lib. 3. de ann. redditib q. 5. n. 35. v. declara ſexto*, vbi poſt Rebuf. *L. un. C. de eo quod inter eſt gl. fin. n. 32. & ſeq.* affirmat.

159. Ad ſecundam † Reſpondetur, ſicut ad præcedentē, quod cenſus,
160. de quibus hic loquimur, non debeantur propter moram (ſicuti † vſuræ punitoriæ, quæ propter moram non ſoluentium infligi ſolent, *L. cum quidam 37. §. ſi pupillo. 3. in fine ff. de vſur. VVeſenb. n. 5. eod. Oldendorp. claſſ. 4. act. 23. q. 7. §. vſura*) ſed ex contractu & conuen-
161. tione. Deinde in facto † poſitum eſt, vtrum modernis debitoribus fruſtratio, aut improba dilatio imputari poſſit, incertum enim eſt, an ita ſint exhauſti & depauperati, vt ſatisfacere nihil poſſint, vide

Monoch.

Menoch. 2. *de arbit. ind. quaſt. cent* 3. *caſ.* 210. vbi dicit, arbitrio † 161.
Judicis relinqui, quando mora dicatur commiſſa, quæ neque conſtitutione vllâ, neque juris auctorum quæſtione decidi poſſit, ac ſit magis facti, quam juris, ideoque prudens judex poſtquam intelligit, moram eſſe commiſſam, intuebitur, an debitor aliquâ exceptione ſeipſum defendere poſſit. Tertiò: † licet hoc maximè 163.
probetur, tamen dicunt creditores, depauperationem talē ad ſummum dilationem, & beneficium competentiæ tribuere, (per notata in patrocin. *decad.* 3. *q.* 2.) minimè verò cenſuum remiſſionem.

Ad rationem tertiam Reſpondeo: ſi cenſus † deberentur 164.
tantum ex morâ, & per debitorem non ſtaret, quò minus ſolueret, facilè eum à ſolutione cenſuum excuſarem: ſed quia ex contractu & conuentione debentur, impedimentum illud prorſus à ſolutione cenſuum liberare haud meretur. An † autem tunc, quando cenſus 165.
publicus imponitur, & ſimul etiam cenſus priuatus exigitur, debitore vtrumque ſoluere non valente, non ille huic præferendus ſit, paulò poſt dicetur. *in reſponſ. ad* 12.

Ad quartam † Reſpondetur primò: caſus fortuitos à mora excu- 166.
ſare, ſi impediant præſtare id, ad quod quis tenetur, v. g. ſi in ius vocatus inundatione, hoſtium incurſu, vel ſimili infortunio, & caſu fortuito vadimonium præſtare impediatur, à mora & contumacia excuſatur. Similiter † bellum, ſpoliatio & ſimiles caſus debito- 167.
rem à mora ſoluendi excuſarent, ſi omnia ſolutionis media adimerent. Vtrum autem hoc fuerit factum omnibus debitoribus in præſenti bello, adhuc ſub judice lis, & inter partes controuerſia eſt. Deinde † Reſpondetur: Doctores potius in caſu inverſo loqui, vi- 168.
delicet, quod debitor moroſus ſuperueniente caſu teneatur de caſu, ſiue quod periculum caſus fortuiti eueniens poſt moram debitori ſit imputandum, quemadmodum ad longum videre eſt apud Matthæum de Afflict. *decis. Neap.* 150. *n.* 5. *& ſeqq.*

Ad rationem quintam inprimis Reſpondetur: vtrum † poſſi- 169.
bile ſit debitori cenſus ſoluere, id in facto conſiſtere, ac proinde impoſſibilitatem probandam eſſe, *Zoror. q.* 14. *n.* 1231. Deinde † re- 170.
ſpondetur, licet impotentia multos operetur effectus, tamen quia

non eſt modus tollēdæ obligationis, ſed ſi ſine culpa debitoris accidit, cauſa differendæ tantum ſolutionis, donec debitor ad pinguiorem fortunam reuertatur, *c. Odoardus ext. de ſolut.* ideo hoc argumento plus non euinci, quam quod † debitori dilatio concedenda, & executio vſque ad meliora tempora ſit ſuſpendenda, id quod Dominus Aſſum potiſſimum probare intendit. Plenius reſponſum ſtatim ſubſequetur.

171. Ad rationem † ſextam Reſpondent: quod difficultas ſoluendi obligationem non tollat, *per L. 2. §. ex ijs ff. de V. O. Freudenb. concluſ.*
172. *81. n. 9.* & licet impoſſibilitas † excuſet debitorem ſpeciei, ſi illam acquirere non poteſt, is tamen qui quantitatem debet, nullam impoſſibilitatem ſoluendi prætendere poteſt, quamdiu bona poſſidet, quæ vendi, & in pecuniam conuerti poſſunt, *Renat. num. 97.*
173. communiter enim interpretes tradunt †, quod difficultas & paupertas aliquem non excuſent à mora, ſi quantitas ſolui debet, *Berlich. tom. 2. concluſ. 46. n. 22.* cum itaque moderni debitores adhuc poſſideant bona ſua, præſertim immobilia, non apparet, quomodo
174. ſe à ſolutione liberare poſſint. Accedit † quod difficultatem fruſtra alleget, qui ipſe cauſam difficultati præbuit, *per L. 2. §. ſi quis tamen ff. ſi quis caution Cranett. p. 4. conſ. 716. n. 17.* atqui creditores ipſi, quibus non difficile fuiſſet, vnius vel alterius anni cenſum ſoluere, per moram ſuam & cumulationem cenſuum difficultatem iſtam plerumque pepererunt. E. &c.

175. Ego hoc loco † iterum in facto poſitum, ac proinde probandum eſſe puto, vtrum debitor difficultatem vel impoſſibilitatem iſtam pepererit, nec ne; quod ſi probari poſſet, executionem vix
176. euaderet, ſibi enim imputare † debet, quod ſibi ipſi neceſſitatem, difficultatem, vel impoſſibilitatem iniecerit, *argt. L. 7. §. 1. in f. ff. qui ſatiſd. cog text. in L. 2. §. ſi quis tamen 8. ff. ſi quis cautionib.* Si
177. autem † facto alieno, caſu, vel infortunio has anguſtias incurriſſet, meritò rigor juſtitiæ nonnihil temperari, & executionis proceſſus ſuſpendi deberet, *Nouella Electoralis conſtitutio Bauarica de anno 1635.*
178. *patrocinio meo annexa, poſt princip.* Deinde † puto, quod difficultas ſoluendi cenſus tam magna, vt ſi debitor eos præſtare, & bona ſua

vendere deberet, ſtatu ſuo excideret, vel dignitatis & honoris ſui
jacturam, vel granius detrimentum pateretur, quam eſſet credito-
ris commodum, ſi cenſus perciperet, perinde atque impoſſibilitas
æſtimanda ſit, *vide quæ ſcripſi in patrocinio. decad. 2. quæſt. 9. per totum.* 179.
Nam † inter impoſſibilia etiam id numeratur, quod ſaluâ dignita-
te fieri non poteſt. Imò nihil magis impoſſibile eſt, quam quod di-
gnitati & honeſtati repugnat, *poſt Ioan. Gæddæum ad L. nepos Proculo
125. n. 2. ff. de V. S. Ioan Iacob. Leonhard. inter conſilia Brunis conſil. 117.
n. 173.* Clariſſimus Dominus Bohs in conſult. cenſuali *c. 2. n. 103.*

Ad Rationem ſeptimam & octauam Reſpondetur primò: quod
illa paupertas, † niſi notoria ſit, imprimis ab allegante ſit probanda, 180.
*Gail. 1. obſ. 142. n. 5. Couuar. 2. Variar reſo. c. 6. Vide quæ ſcripſi decad. 2. pa-
trocin. q. 4. per tot.* Poſito deinde † quod probata, vel euidens ſit, Reſp: 181.
ſecundo: licet debitor, qui ob impotentiam, neceſſitatem, pauper-
tatem, & inopiam ſoluere non poteſt, excuſetur à mora, non tamen
ſequitur, quod hic maximè diſputatur, quod obligatio eius pro-
pterea euaneſcat, & quod omninò liberetur. Nam † ſi poſtea ad 182.
pinguiorem fortunam peruenerit, id præſtare cogetur, quod pro
tempore præſenti ſoluere nequit, *Renat. n. 94.* ſicut enim *decad. 3.
quæſt. 7. n. 153.* ſcripſi, beneficium † competentiæ debitores calamito- 183.
ſos non omnino à debito liberare, ſed ipſis eò vſque tantum exce-
ptionem tribuere, donec ad pinguiorem fortunam peruenerint, *vid.
etiam decad. 3. q. 1 n. 130. & n. 131.* & ſicuti *decad. 2. q. 8 n. 84.* notaui, quod
per ceſſionem † bonorum obligatio non extinguatur, ſed effectus 184.
tantùm, & executio durante inopiâ impediatur, ita vt debitor ad
pinguiorem fortunam reuerſus ſoluere debeat, quod poteſt, *Greg.
Tholoſ. in Syntagm. iur p. 3 l. 22. c 13. n. 1.* adeo quidem, vt etiam † tenea- 185.
tur præſtare cautionem de ſoluendo in futurum, *decad. 2. q. 2. n. 16.
cum ſeqq. decad. 3. q. 1 n. 124. & 125. q. 1. decad. 3. n. 131.* eò quod iſta bene-
ficia obligationis ſubſtantiam † non tollant, ſed executionis tantum 186.
actum ſuſpendant, *Brun. q. 2 princip. de ceſſ bon. n. 11.* & quoad tempus
à creditorum exactionibus liberent; *id. quæſt. 15 quart. quæſt princip.
n. 3. Harp. ad §. Vlt. n. 21. inſt de action. Angel Aretin. n. 3. ibid.* Ita quoq;
in propoſito noſtro † paupertas per ſe neque obligationem, neque 187.

actionis exercitium tollit, Zorer. *q.1.n.f.* & pauper, qui iam ſoluendo non eſt, obligatus manet ad ſoluendum poſt hac, cum poterit. Neque enim † debitor prætextu perpeſſi infortunij exlex eſſe
188. cenſetur, neque omninò à ſolutione liberandus venit, debitumque propter paupertatem prorſus inſolubile & irrepoſcibile efficitur, Es muß der ſchuldner nit gleich Käyſers oder ſemper frey der bezahlung ſeyn/Freudenb. *de reſcript. morator. concluſ.* 21.*n.*7.& 8. vbi *n.*10.
189. addit: quod nec † inopia debitoris, quiſquis ille ſit, vnquam extinguat actionem ipſo Iure, ſed tantum inanem, & inefficacem eam
190. conſtituat. Adde † quæ habentur in deciſionib. Rotæ Genuens, *deciſ.99.inf.* vbi diſtinguitur id, quod dicitur, quod contra pauperem ac impotentem non currat intereſſe, procedere in intereſſe lucri ceſſantis, ſecus in damni emergentis.

191. Ad nonam † Reſpondetur, quod inter arma ſileant leges, non hunc ſenſum habere, quaſi tempore belli ea, quæ à legibus bene cõſtituta & prouiſa ſunt, præſertim circa contractus & conuentiones, nullam prorſus vim & effectum debeant ſortiri: ſed potius illum, quod tunc ſit merum quaſi iuſtitium, tribunalia clauſa, admini-
192. ſtratio & executio iuſtitiæ ſuſpenſa: Vel etiam † adagium iſtud applicari poteſt ad leges criminales, quod videlicet tempore belli non modò lex Iulia, ſed & Cornelia & Carolina dormiat, varij generis maleficia, furta, violentiæ, rapinæ, cædes, latrocinia, adulteria, compreſſiones virginum, incendia, deuaſtationes ſegetum, & ſimilia alia facinora, & atrociſſima delicta impunè committantur, & à nemine mortalium vindicentur. Idque de facto, non de Iure. Nam
193. quod † obligationes ex contractibus deſcendentes, etiam belli tempore ſaluæ maneant, oſtendi *decad.1.q.1.patrocinij n.*33.*& ſeq.* hoc argumento: ſi bellum & calamitates bellicæ diſſoluerent obligationẽ antea contractam, fortius eam impedirent contrahendam, *argum.* §
194. *idem iuris.* 2. *Vbi Myns. inſt. de inut. ſtipul.* iuxta regulam: quæ † dirimunt facta, multò magis impediunt facienda, *Dd. ad l. interſtipulantem.* 83. §. *Sacram* 5. *ff. de V. O.* Nemo autem dicit, calamitates pręſentes impedire, quò minus contractus celebrentur, & obligationes contrahantur, neque eas pro hic & nunc initas poſſe, vel in futurum

debere

debere ſuſtineri: nemo E rectè dixerit, antiquas hac ratione tolli;
cum facilius aliquid impediatur ab initio, quam tollatur ex poſt fa-
cto, *L. patrem furioſi ff de his qui ſui.*

Ad decimam Reſpondent: † quod de Principum præiudicio 195.
dictum, id non principaliter, ſed acceſſoriè tantum, & in conſe-
quentiam venire: atqui Iuris eſt, quod ratio præiudicij in illo non
habeatur, quod in conſequentiam contingit, *per L. 1. ff. de auth. tut §.
legatarijs inſt. de teſtam. Crauett. p. 4. conſ. 717. n. 25. p 5. conſ 454. n 5. &
conſ. 469. n. 3. Zaſ. in parat. de Vſu & habit. n 9.* Deinde licet † bona 196.
cenſualia debitori ſubtrahantur, & creditori adiudicentur, tamen
& ille non minus culturam adhibere, & vectigalia aliaque conſue-
ta onera Principi ſoluere poteſt. Tertiò † adhuc dubium & incer- 197.
tum eſt, quod ipſis neceſſaria ſuſtentationis remedia, & principi
debita ſubſidia ſubtrahantur, certum autem debitum propter in-
certum euentum non debet relinqui.

Ad vndecimam: Reſponderi † poteſt, ex eo potius ſequi, quod 198.
cenſus ſolui non poſſint, quam quod ſolui non debeant, adeoque
quod cenſitis debitoribus media ſolutionis deſint, quod quia in fa-
cto conſiſtit, & cuilibet ex debitoribus probandum incumbit, ideo
non vniuerſaliter ad omnes extendi, nec omnimoda cenſuum re-
miſſio inferri, ſed hoc bene à contrario concludi poteſt, quod illi
ſaltem, quibus poſt ſolutas contributiones militares remedia ſolu-
tionis ſuperſunt, vel cum tempore iterum accedent, adhuc ad cen-
ſus ſoluendos obligati ſint, & maneant.

Ad duodecimam Reſpondent creditores, † quod oporteat 199.
vnum facere, & alterum non omittere, publica onera ſufferre, &
priuata debita nihilominus ſoluere. Hoc † quidem apud me du- 200.
bio caret, quod ſi neceſſitas publica penſitationem poſtulet, & ali-
quis vtrumque, publicum nimirum & priuatum cenſum ſimul ſol-
uere non poſſit, quod vtique publica vtilitas priuatæ ſit præferen-
da, *argt. auth. res quæ C. commun. de legat. & fideicommiſſ. argt. L. 21. in pr.
ff. ad municipal. argt. §. 2. inſt. de excuſ. tut.* & contributiones præ
cenſibus ſoluendæ, quia jus publicum priuatorum juri præponde-
rare & præualere debet, *Dd. ad L. 5. C. de off. rect. prouinc.* quod enim
communiter prodeſt, hoc priuatæ vtilitati præferendum eſt, *L. 1. §.*

hac autem 14. C. de cadnc. toll. Vid VVeſenb. n. 1. in f. C. ſi contra ius vel
201. *vtil. public.* Interim † tamen, quia ita habenda eſt ratio publicæ vtilitatis, vt quam minimo diſpendio priuati id fiat, *Dd. ad. L. ſicut ſimpliciter 9. ff. de ſeruit.* meo judicio id tantum ſequitur, quò Dominus Aſſum collimare videtur, quod pro hic & nunc contra debitores cenſiticos ob non factam ſolutionem non poſſint arctiores proceſſus decerni, pœna mandatis inferi ſolita ipſis infligi, non verò illud, quod publicæ penſitationes priuata debita prorſus tollant, ſed ſolutionem tamdiu differant, donec neceſſitas publica ceſſet, meliora tempora redeant, & media ſolutionis cenſito debitori iterum ſuppetant. Vt ita debitor adhuc obnoxius ſolutioni maneat, juxta regulam: quod differtur non aufertur *gl. in L. libertas 2. inſt. de ſing. reb. per fideicom. relict.*

202. Ad Rationem decimam tertiam reſponderi poteſt: illud bene probare, quod patriæ omni modo ſuccurrendum, quod onera publica, & militaria æquo animo ſufferenda, quod pro auertendis hoſtibus, in commune aliquid contribuendum, (niſi enim hoc fiat, ipſi ſuperuenient, & quicquid poterunt, ſecum auferent, quemadmodum hiſce annis ſæpius experti fuimus) & quod penſitationes iſtæ meritò præ cenſibus, præque omnibus priuatis debitis ſint ſol-
203. uendæ. Sicut † enim aliàs dici ſolet, quod patriæ potius, quam parentibus parendum ſit, ſi vtriq; nō poſſumus, *Dd. ad l. poſtliminium 19. §. filius. 7. ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ.* ita quoque patriæ potius quam priuatis debitoribus ſatisfacere tenemur, ſi vtriſque non
204. poſſumus. Sed † ſicut tunc, ſi poſſibile eſſet, vtriſque, & parentibus & patriæ parere, nemo filium ab obedientia & obſequio abſolueret: ita quoque ſi priuati & publici cenſus ſimul præſtari poſſent, nemo debitorem à cenſibus ſoluendis liberum pronunciaret. Et
205. † ſicuti tunc, cum filius neceſſitate inſtante patriæ potius, quàm parentibus ſucurrere debet, non tamen propterea à patriâ poteſtate, & ab obſequio inpoſtorum præſtando liberatur: ita quoque debitor non omninò ab obligatione ſua, & à cenſibus omni tempore ſoluendis abſoluitur.

Ad rationem decimam quartam Reſponderi poteſt, ſicut ad præcedentem (nam in idem cum illa incidit) inſuper hæc diſtinctio

ſuper-

ſuperaddi: vel † diuites ſunt cenſiti debitores, aut ſaltem media ſo- 206.
lutionis habent, vel non habent. Si habent, tunc non ſunt in-compatibilia onera publica, & debita priuata (melioribus ſiqui-dem & pacatis etiam temporibus plerumque ambo ſimul præſtan-tur) ſi non habent, tunc præferenda publica, differenda, non ta-men auferenda debita priuata.

Ad Rationem † decimam quintam Reſp: illud non obligatio- 207.
nem tollere, ſed executionem tantum, quoad illos debitores, qui ſoluendo non ſunt differre, ac rigoroſum proceſſum remorari. Quod cum æquum & iuſtum viſum fuerit, Sereniſſimo, Principi ac Domino, Domino Maximiliano Comiti Palatino Rheni vtriuſque Bauariæ Duci, S. Romani Imperij: Archidapifero & Electori, Principi ac Domino meo clementiſſimo, *in Nouell. conſtit. 11. April. Anno 1635. emiſſa, atque patrocinio meo debitorum decad. 4. in fine annexa,* non de-bet vel poteſt mihi, qui rigorem illum per integras quatuor deca-des prædicti patrocinij mei temperare laboraui, iniuſtum vel ini-quum videri: puto etiam † debitores illos, qui mandatis arctioribus 208.
ad ſolutionem cenſuum aſtringuntur, poſſe in iudicio comparere, ſuam impoſſibilitatem, neceſſitatem & paupertatem allegare, do-cere, & facile hac ratione comminatam pœnam (quæ abſque do-lo vel contumacia, incurri non ſolet) ſubterfugere. Cum tale man-datum clauſulam illam annexam habeat, vt pars rea legitimas & iu-ſtas cauſas, ob quas comminata declaratio in pœnam fieri non de-beat, afferre poſſit. *Vide Dn: Aſſum f. 46. argum. 21.*

Ad Rationem † decimam ſextam Reſp. ſi probari poſſet minor 209.
propoſitio, concluſionem mihi malam non videri, non quidem ad liberationem inducendam, ſed dilationem ſaltem conceden-dam.

Ad rationem † decimam ſeptimam Reſpondet Renatus *f. 73. n.* 210.
133. quod debitorum & cenſitorum plurimi adhuc habeant vel pe-cunias ſufficientes, argentum factum & infectum, vaſa pretioſa, mo-bilia, vel prædia, quæ ſi vellent in pecuniam redigere, vel ex multis prædijs, vnum tantum, & fortaſſis illud ipſum, quod vel ipſimet, vel anteceſſores ipſorũ, ex pecunijs creditorũ cõpararunt, vendere,

vel

211. vel in ſolutum dare, facile poſſent creditoribus ſatisfacere. Ego† hac in parte iudicare non poſſum, quid & quantum vnuſquiſque ſaluum habeat, illud enim totum in facto conſiſtit. Neque fui tam curioſus ſcrutator; vt arcas & crumenas debitorum inſpicerem, vel prædia oculis ſubijcerem, & in rem præſentem venirem. Hoc tamen
212. †pro creditoribus dico, quod ex pecorum abactione, & agrorum ſterilitate, ad paupertatem, non omninò neceſſarium, ſed tantum
213. probabile ducatur argumentum. Experientia † enim ſuperioribus annis docuit, quod ibi, vbi agri multis annis iacebant neglecti, vbi vaccarum vix tanta amplius copia, vt infantes & lactentes neceſſaria ſubſidia haberent, nihilominus diabolici accipitres & prædones ſæpe magnos pecuniæ theſauros effoderint, & quandoque carnifi-
214. ficibus crudeliores tormentis varijs eruerint. Eſto† deinde, quod antiquitus, & in primordio mundi omnes ferè diuitiæ in pecoribus poſitæ fuerint, tamen ſicut tempora mutantur, ſic nos mutamur in illis. Vnde multas hodie ciuitates valde opulentas reperire eſt, vbi exigua vaccarum, imò & agrorum copia; mercatores, opifices, & omnis generis homines plurimos, quibus nihil cum pecorum fœtura, nihil cum agricultura commune eſt, qui ſi vellent, facile mer-
215. ces ſuas, imò & ſupellectilem† in pecuniam, in quam omnes res hodie conuerti ſolent, *L.2.§.& neminem 1.C. de conſtit. pec.* redigere poſ-
216. ſent. Quod tamen non† ita intellectum velim, vt debitoribus calamitate belli depauperatis non ſalua ſint, vel remanere debeant ea, quæ ad congruam ipſorum ſuſtentationem, ad victum & amictum, imò & decorem ſtatus ſui, iuſtè acquiſiti conſeruandum neceſſaria iudici videbuntur, per ea quæ ſcripſi in patrocinio debitorum, *decad.3.q.3.& 4.*
217. Ad decimam octauam Reſp: Vtrum debitor † ſit inops vel locuples, id in facto conſiſtere, atque inprimis conſtare debere. Poſitâ
218. autem inopiâ† Reſpondent alij ſecundo: quod debitor conuentus, ſi nolit, vel non poſſit ſoluere, detrudatur in carcerem, niſi cedat
219. bonis, *L.1.C.qui bon.ced.* Mitius† reſpondet Tertiò Dn: Doct: Paſcha *theſi 34.* quod obligatio per inopiam non tollatur, cum caſu, quo ad pinguiorem fortunam perueniт debitor, conueniri, & ſententia execu-

executioni mandari poſſit, ſic ergo † tacitè concedit, cenſito dila- 220.
tionem indulgendam eſſe, *de qua inf. q. 4.*

Ad decimam nonam Reſpondent creditores, quod Imp. quin- 221.
quennale concedendo non remiſſionem crediti tribuat, ſed tantùm
dilationem, & quod debitores nihilominus obligati maneant ad
debita ſua, conſequenter & cenſus elapſo quinquennio ſoluendos.
Deinde † dicunt etiam ſe communi infortunio tactos & miſerè af- 222.
fectos, ac proinde non minus miſericordiâ ſimul & juſtitiâ dignos
eſſe. Proinde ita fauendum vni, vt alteri non fiat iniuria, *arg. L.
impuberi 40. & L. cum filiusf. 28. ff. de teſtam. mil.* & nemini cum al-
terius detrimento conſulendum, *arg. L. nec auus 4. C. de emancip.
lib. c. primum. 8. cauſ. 22. q. 2.* Sed quia hoc argumentum infra *q. 5.*
iterum redibit, hic & nunc judicare ſuperſedeo, & lectorem illuc
remitto.

Ad rationem vigeſimam Reſpondeo, conceſſo beneficio com- 223.
petentiæ non ſequi, debitores calamitate belli depauperatos ab ob-
ligatione cenſuum liberos eſſe. Nam *decad. 3. q. 1. patrocinij mei n. 122.*
expreſsè oſtendi, quod perſonæ habentes beneficium competentiæ
non propterea liberentur à reſiduo debito, ſed maneant obligatæ,
ita quod ſi † perueniant poſtea ad pinguiorem fortunam, iterum 224.
ſoluere teneantur. Similiter *decad. 4. in continuat. & partit.* notaui,
nullum dubium eſſe, quin ſuo tempore, cum patrimonium debito-
rum incrementum ceperit, creditores ſuperuenire, & debitores
exigere queant, *arg. L. cura extruendi. §. 1. ff. de muner. & honor. vid.
Nouell. Conſtit. Bauar. de anno 35. ibi* es hette ſich dann/ vide etiam
decad. 3. q. 7. n. 153. vbi ſcripſi, beneficium competentiæ debitori-
bus calamitoſis eò vſque tantùm competere, donec ad pinguiorem
fortunam peruenerint, atque ob id exceptionem † competentiæ 225.
magis temporalem, quam perpetuam eſſe, *ibid. & quaſt. 1. num. 130.
Oldendorp. in locis comm. actionu diviſ. 14. poſtpoſit. 14. §. hanc tamen.*
Imò ampliùs debitorem calamitoſum † cautionem præſtare debere 226.
de ſoluendo, ſi ad facultates iterum redierit, aliàs neque beneficio
Nou. 135. gaudere, vel à ceſſione bonorum liberum eſſe, *decad. 2. q.
2. n. 16. cum ſeqq.* neque competentiæ exceptione ſe tueri, *decad. 3.*

q.1.n.124. & *125.* neq; alio ſimili & lamentabili priuilegio, miſeris
debitoribus conceſſo, frui & potiri poſſe, *decad. 1. q. 2. n. 22. & ſeq.*
Matth. Brun. de ceſſ. bon. q 7. princip. per tot. gl. in c. Odoardus. 3. ext.
127. *de ſolut.* Quorum † omnium ratio fuit aſſignata. *q. 1. decad. 3. n. 131.*
quia hæc beneficia obligationis ſubſtantiã non tollunt, ſed execu-
tionis actum tantùm ſuſpendunt, *Brun. q. 2. princip n. 11.* & quoad
tempus à creditorum exactionibus liberant. *id quaſt.15. quart. quaſt.*
princip. n. 3. Harp. ad §. Vlt. n. 21. Angel. Aretin. ibid. num. 3. inſtit. de
action.
128. Ergo † planè abſurda eſt conſequentia, quam *num.* 19. Renatus
ea tantum de cauſa fecit, vt haberet occaſionem extra propoſitum
& inſtitutum ſuum excurrendi (vt ipſe *num.* 144. fatetur, & tamen
129. ſibi † ipſi contrarius *num.* 129. expreſsè conteſtatur, hunc ſuum
diſcurſum & conſilium eò principaliter tendere, an tunc beneficio
competentiæ locus ſit, quando creditor pari calamitate, & neceſ-
ſitate conflictatur, cum tamen ſcopum ſcriptionis ſuæ longè alium
frontiſpicio præmiſerit) extra aleas ſaltandi, & vltra crepidam
aſcendendi *Vide f. 97. poſt med.* & quæ in patrocinio debitorum
130. *decad. 3. q. 6.* ſcripſi, ſiniſtré † interpretandi, cauillandi, & alla-
trandi magis, quam refutandi, cui quia terminos modeſtiæ *f. 71.*
in Verbis liebkoſenden *patronis, eod. fol. in f ibi* gleich ſo vngerăumbt/
f. 72. ibi vnd iſt d. rowegen *& ſeqq. f. 74 num. 133. f 80. circ. med. f. 81.*
ſ. dieweilen *f* 84. *in princip.* alijſque in locis nimium exceſſit, in
tertia editione patrocinij, ſi otium habuero, debitis & meritis mo-
dis reſpondebo.
131. Ad † vigeſimam primam Reſpondetur, magnam eſſe differen-
tiam inter præſcriptionem & cenſum Curſus præſcriptionis tem-
pore belli ideo ſiſtitur, quia hoſtilitas & bellum impedit agendi fa-
cultatem, conſequenter & præſcriptionem, juxta regulam: non
132. † valenti agere non currit præſcriptio, *L. 1. §. V.t. C. de annal. except.*
133. *Cuiac. in L. pignor 13. ff. de Vſucap. & Vſurp.* Nam cum † vſucapiones
in pœnam negligentium res ſuas, & quodammodo pro derelicto
habentium ſint introductæ *c. præſcriptionem 16. q. 3. argt. L. 2. C. de*
quad. præſcript. auth. res qua C. comm. de leg. & quia permiſſu quaſi &
voluntate domini vſucapio intelligitur compleri, *L. alienatum 28.*
ff. V. S.

ff. v. s. tempore autem belli, † quo agere aliquis non valet, nullæ 234.
negligentia domino imputari poteſt, meritò receptum eſt, vt impedimento eiuſmodi durante dormiat vſucapio, *VVeſenb. in parat. n. 14. ff de vſurp. & vſucap.* Cenſus autem currit ex conuentione, quam hoſtilitas & bellum non tollit.

Ad rationem vigeſimam ſecundam Reſpond: licet † lex ſit ex- 235.
tendenda ad omnes alios caſus, ex ſimilitudine facti vel rationis, *argt. L: non ſolum 10. §. ſimiliter 6. ibi: quam rectè adaptaui omnibus ſimilibus capitulis ff. de excuſ.* tamen inter caſum *L. curabit* 5. & noſtrum propoſitum magnam eſſe rationis differentiam. Nam ibi Iulianus
IC. ſexpreſsè voluit, ideo † vſuras pretij non ſoluti accipi, & 236.
peti poſſe, quia cum re fruatur emptor, æquiſſimum eſt, eum vſuras pretij perdere *L. Iulianus 13. § veniunt autem 20. ff. de action. empti. & §. poſſeſſionem 21. ib hoc enim ſolum ſpectare debemus, an habeat facultatem fructus percipiendi.* Ex quibus † deprehenditur, quod cum vſuræ in 237.
illo caſu propter fructus perceptos præſtentur (& quia iniquum eſt emptorem prædio ſimul & precio frui) non malè ſequi, quod fructibus non perceptis nullæ vſuræ debeantur. Quandoquidem autem † in cenſibus non habetur ratio fructuum, & cen- 238.
ſus propter fructus non præſtantur, inde rectè ſequitur, attendi minimè debere, qui & quanti fructus ex prædio cenſuali percipiantur, vide quæ ſcripſi *p. 1 q. 11. n. 93.* Niſi fortè in † ſpeciali quodam 239.
caſu, de quo Felicianus de Solis *lib. 1. de cenſib. c. 10 n. 16.* videlicet, cum quis alteri fundum ita vendit, vt donec pretium ſoluat, penſio annua nomine cenſus redimibilis, ſuper eodem fundo conſtituti, venditori prǽſtetur, in compenſationē fructuum, ex eo fundo percipiendorum, tunc enim quia cenſus propriè non eſt, ſed vera emptio & venditio fundi, cum pacto *L. curabit C. de actionib empti & venditi* idem omninò, quod in ſuperiori caſu, locum habere poteſt, vt videlicet fructibus non perceptis, ceſſet præſtatio cenſuum, eo ipſo, quia tunc nulla neceſſaria eſt compenſatio, vide de hoc etiam Couarr. *lib 3. var. reſol. c. 11. n. 4.*

Ad Rationem vigeſimam tertiam pro debitoribus † allatam 240.
Reſpondetur: interitum prædij cenſualis non ſemper & indiſtinctè

241. debitorem cenſitum liberare. Nam ſi res † cenſui ſubiecta pereat, culpâ vel dolo venditoris cenſiti, tunc à præſtatione cenſuum non liberatur, *vide ſup. p. 1. q. 11. n. 15. & ſeqq.* neque tunc, ſi pactum aſſecurationis intercesſit, & debitor caſum in ſe ſuſcepit, *n. 25. & ſeqq.* vel ſi cenſus conſtitutus tantum perſonalis *num. 29. & ſeqq.* aut res hypotheceæ ſolummodo loco pro maiori ſecuritate appoſita fuit.
242. *n. 33. & ſeqq.* ſed tunc† tantum, quando cenſus merè realis ſpecialiter vni vel pluribus fundis ſubiectis, impoſitus fuerit, atque illi non modò pro parte, *n. 86. & ſeqq.* ſed in totum & prorſus perierint,
243. *n. 50 & ſeqq.* An autem prædia† pro deperditis ſint habenda, quando ſterileſcunt, & nullos vel exiguos fructus vno vel altero anno ferunt, id ad longum examinaui *ſup p. 1 q. 12. per totum,* an tunc, quan-
244. do† in manus hoſtium veniunt, id in ſequenti quæſt. ex inſtituto tractabo.
245. Ad rationem †vigeſimam quartam reſponſum fuit ſup. *p. 1 q. 12. n. 124.* ex Friderico Martini. *c. 8. n. 234.* vbi vide, ſimiliter & Renatum
246. *n. 82. & 83.* vbi† dicit: fructuum præſtationem ex certo fundo habere quidem tacitam iſtam conditionem: ſi fructus naſcantur, quando penſio iuxta proportionem fructuum conſtituitur, quemadmodum in colono, aut conductore fieri ſolet, vbi penſio iuxta quantitatem agri, & pro modo fructuum determinatur: aliud in cenſibus pecu-
247. niâ emptis: quia † æquitas & æqualitas contractus cenſualis non conſiſtit in ęquabili proportione inter fructus & cenſum, ſed magis inter pecuniam ſeu ſortem, & penſionem ſeu cenſum. Etenim cenſus ſoluuntur non pro quantitate fructuum ex bonis cenſualibus collectorum, (illi enim ſæpiſſimè excedunt ſummam cenſuum) ſed pro quantitate pretij, ſeu ſummæ capitalis. Aliter† Reſpondet Zo-
248. erus, *n. 149.* vbi dicit, inter† debitorem cenſus, & conductorem ſiue colonum agrorum, hanc eſſe differentiam: quod debitor acceptæ pecuniæ dominus fiat, ac proinde hic, & non creditor contingentem caſum præſtare debeat: conductor autem rei conductæ non fit dominus, proinde præſtare non tenetur caſus fortuitos belli, & alterius infortunij, cum res ſemper ſit ſubiecta periculo domini, *l. ſi ſeruus, 61. §. locani, ff. de furt.* dominium autem ad locatorem

ſpectat

ſpectat, non ad conductorem. Si dicas, conductorem † eſſe dominū 249.
ſaltem fructuum. Reſpondet Gail. 2. obſ. 23. n. 13. id verum eſſe in fructibus à fundo ſeparatis, & per colonum perceptis, qui ſi caſu quodam amittantur, vel pereant, colonus ſemel fructuum dominus factus exonerationem, vel remiſſionem penſionis jure obtinere nequit, cum res pereat ſuo domino, §. *cum autem emptio. inſt. de empt. & vend.* ſecus eſt in fructibus † nondum perceptis, ſed adhuc pendentibus, & in herbis exiſtentibus. quia cum ſint pars fundi, *l. f. §. fructus. 6 ibi vnam quandam rem fuiſſe ff. qua in fraud. cred. L. fructus pendentes 44. ff. de rei vendic.* & proprietas fundi ad locatorem ſpectet: meritò ſterilitas colono, qui ex re aliená nullum fructum percipit, & penſionem pro vſu rei, & in compenſationem fructuum præſtat, remiſſionem penſionis tribuit. Hoc reſponſum † in ſe quidem verum eſt, & à nemine negandum, quod pecunia, ſiue pretium emptionis cenſus, venditoris fiat, ita vt ſi poſtea illud quocunque caſu fortuito amittat, periculum interitus ad ipſum ſpectet, & cenſum nihilominus ſoluere debeat. Sed quia aliud † eſt periculum pretij & pecuniæ acceptæ, aliud periculum fundi & fructuum, de quibus annua penſio & cenſus præſtandus venit, (quod & ipſum haud dubiè ad cenſitum debitorem, tanquam ad dominum rei cenſualis ſpectat) aliud periculum cenſus, ideo de hoc ſolo quæſtio eſt: an perempto † fundo cenſuali, vel fructibus, non ſimul in conſequentiam perimatur ius cenſus, præſertim realis, quam ſupra *p. 1. q. 11. & 12.* latius examinaui, & *ſup. n.* tetigi Quemadmodum † in ſimili, ſi cui fuit vſusfructus in fundo conſtitutus, periculum fundi vtique ad dominum prædij ſpectat, an autem fundo perempto non ſimul intereat vſusfructus, longè alia quæſtio eſt, deciſa *in pr. inſt. de vſufr.* ibi: eſt autem jus in corpore, quo ſublato, & ipſum tolli neceſſe eſt.

250.

251.

252.

253.

254.

Tertio † Reſponderi poteſt, ſi argumentum ab annua penſione ad cenſum valeret, tunc ſequeretur, quod ſicut in locatione & conductione ſterilitas anni præſentis cum vbertate præcedentium & ſequentium annorum eſt compenſanda, *L. ſi vno ff. locati L. licet C. de locato*, ita idem quoque in cenſu fieri deberet. 255.

Sed † quia Doctores ſæpe argumentum à locatione ad cenſum 256.

 ducunt

ducunt, quemadmodum apud Couarr. *var. reſol. lib. 3. cap. 9. n. 10.* Renatum *n. 55 f. 33.* videre licet, ideo non debet præſens iſta debitorum ratio pro friuola & prorſus inualida reputari. Vide etiam argumentum à conductore ad cenſitum ductum, apud Nicol. Boerium *deciſ.*
157. *319. n. 5. & paſſim*, & Paul. Buſium, *l. 2. de annuis redit. c. 9. n. 7.* vbi † teſtatur in locis Gelriæ & Tranſiluaniæ omnibus fere inſtrumentis conſtitutorum cenſuum clauſulam iſtam inſeri ſolere, nimirum vt reditus ſoluantur, iuxta ius locationis, ſeu emphyteuſeos, **nach pacht oder erb pachtes recht.**

258. Ad rationem † vigeſimam quintam Reſpondet primò Couuarr. *var. reſol. l. 3. c. 10. n. 5.* vbi dicit, cum annui reditus emptio odioſa & ſuſpecta ſit, ſiquidem & olim pluribus viſa fuerit illicita, quemadmodum c. 7. oſtendimus (& ego ſup. *p. 3. c. 1. num. 39. & ſeqq.*) ideo non omninò procedit argumentatio ab emphyteuſi, de qua communis omnium ſententia agit, ad contractum iſtum annui & nummarij reditus. Reſponderi poteſt † ſecundò: contractum emphy-
259. teuticum à contractu cenſuali multum diſcrepare. Ergo argumentum ab vno ad alterum ductum valde eſſe fragile, Nicol. Euerhard. *in locis legalibus loc. 31.* vbi *n. 7.* expreſsè hanc differentiam ponit, ſi contractus ſit emphyteuticus, tunc penſionem remittendam pro rata damni propter bellum ſuperueniens, ſecundum opinionem plurium famoſiſſimorum Doctorum, multùm æquam: ſi autem contractus ſit cenſualis, cenſum ſiue penſionem non eſſe remittendam, cum omne periculum interitus & deteriorationis ſpectare debeat
260. ad emptorem. Sed hæc † reſponſio Euerhardi, qui de cenſu non conſtitutiuo, ſed reſeruatiuo loquitur, (id quod tam ex *c. conſtitutus. 6. ext. de relig. dom.* quam ex verbis ipſius. *n. 2.* manifeſtè colligitur)
261. difficultatem non ſoluit. Nihilominus quia † argumentum à ſimili euaneſcit allatâ diſſimilitudine. *L. inter ſtipulantem. 83. § ſacram. 5. Vi ſed hæc diſſimilia ſunt, & ibi Gothof. ff. de V. O.* & quia fateri debemus, etiam inter cenſum conſtitutiuum & emphyteuſin magnam differentiam eſſe, ideo

262. Reſponderi † poteſt tertiò: quòd à ſeparatis non rectè fiat illatio, *L. Papinianus. 20. in pr. ff. de minor.* ſunt enim emphyteuta & cenſitus

ſitus prorſus ſeparati. Nam colonus † & emphyteuta à Domino nihil 263.
aliud habent, quam prædium, quo ſi non fruantur, meritò reuela-
tionem oneris, & diminutionem penſionis prætendere poſſunt;
venditor autem ſiue debitor cenſus habet pecuniam, quâ frui poteſt
etiam illo tempore, quo fundus, ſuper quo cenſus eſt conſtitutus,
nullos fructus fert. Renat. *n.88. & n.141. f.82.* Sed † hæc reſponſio ita 264.
retorqueri poteſt: debitor cenſus nihil ab emptore habet, niſi pecu-
niâ. E. perditâ pecuniâ nihil amplius præſtare deberet, præſertim
cum ſecundū Domini Renati mentem, *n.132.* (non tamen ſecundū
Iuris diſpoſitionem) pecunia debita non debitoris, ſed creditoris ſit,
caſus autem & periculum ſpectare debeant ad Dominum, *L. pignus
9. C. de pignor act. l. quæ fortuitis 6. C. eod.*

Aliter † Reſpondet Dominus Renatus *n. 84.* quod ea, quæ in ra- 265.
tione fuerunt allata, non ſint indubitatè vera, ſed apud Doctores
controuerſa, quorum plurimi ab ipſo *lit. n. n.* citati exiſtimant, pen-
ſionem emphyteutæ ob bellum, ſterilitatem, aut ſimilem caſum
non remitti, propterea, quod cum emphyteuta vtile dominium ha-
beat, fructus ipſi pereant, in tantum, vt dicant, quod ſi emphyteuſis
pro parte perijt, nihilominus tota penſio debeatur, ſaltem quando
pars ſuperſtes eam ferre poteſt. *Renat. lit. oo.* Hæc reſponſio in ſe qui-
dem, † & de rigore Iuris vera eſt, negari tamen non poteſt, quod 266.
prior illa opinio æquitati ſubnixa, apud pleroſque Doctores cō-
muniter ſit approbata, atque vſu ipſo & conſuetudine, apud illos
Dominos, qui rigori humanitatem præferunt, vſitata & recepta,
vid. Zorer. *n.164.* præſertim cum hodie loco canonis non ſoluatur
tantum modicum aliquid, quemadmodum olim, v.g. vna gallina, vel
aliquot oua in recognitionem directi dominij, ſed plerumque pen-
ſio frumentaria ſatis magna, & portio fructuum non modica. vid.
Dn. Zorer. *q.1. n.161.*

Proinde † mihi argumentum tertium pro debitoribus allatum 267.
æquitate inſpectâ non videtur adeo infirmum. Eſto enim, quod cen-
ſus cum canone non omninò conueniat, & non ſit omnimoda ſimi-
litudo (ſicut in vniuerſa † rerum natura non inuenitur res alteri per 268.
omnia ſimilis, *gl. in L. 2. in pr. §. in creditum ff. ſi cert. pet.*) tamen hoc ad
argu-

argumentum ab vno ad alterum ducendum non eſt adeo neceſſarium, quia ſi locos legales Nicolai Euerhardi euoluamus, ſæpè à diſparatis, & rebus prorſus diſſimilibus digreſſionem fieri videbimus, dummodo in ratione conueniant, *Dd. ad L. f. ff. de calumniat. Mynſ. §. f. G. f. inſt. quib. manum. non lic.* diſcrepantia † enim non ſunt,
269. quæ in ratione conueniunt, vide multa apud Brun. *de ceſſ. bon. q. 2. n. 12.*) ſi enim in nullo diſcreparent, iam non ſimilia, ſed eadē omninò forent. Nullum autem ſimile eſt idem. *Dd. ad L. quod Nerua ff. depoſiti VVeſenb n. 5 ff. de quæſt.* & comparatum comparato quidem ſimile eſt, ſed non idem eſt, *Reincking de regim ſecul. & Eccleſia. 1. claſſ. 4. c. 3. n. 22. Zorer. n. 1192.* quod autem non ſit infrequens apud Docto-
270. res, † vt argumentum ab emphyteuſi ad cenſum trahant, id ſeq. quæſt: pluribus exemplis oſtendam.

271. Sed poſito † etiam, quod argumentum à canone emphyteutico ad cenſum annuum ducere liceret, tamen hoc dubium ſtatim occurreret, an non ſterilitas huius anni ſit compenſanda cum vbertate præcedentium & ſequentium annorum, quemadmodum in em-
272. phyteuſi? *de quo vide Renat. n. 86.* & quia † emphyteuta debet domino directo pro canone omnes fructus in emphyteuſi natos relinquere, licet nihil ipſi in reſiduo maneat, & quicquid de fructibus vltra expenſas ſupereſt, ei tradere; *id. ibid. & n 67.* an non ſimiliter debitor cenſitus omnes fructus, vel omnem pecuniam ex eorum venditione redactam creditori, ſiue emptori cenſus, debeat relinquere, vel ſoluere.

273. Ad vigeſimam ſextam poteſt peti reſponſum ex reſolutione *q. 11. & 12 p. 1.* vbi dixi, quod in locis, vbi bulla Pij V. non eſt recepta, cenſus perſonalis & mixtus non concidat bonis peremptis, neq; etiam cenſus realis bonis tantum infrugiferis effectis, ſed quod nihilominus obligatus maneat venditor, & cenſum ſoluere teneatur. Cum qua conſentiunt Zorer. *q. 14. n. 1254.* Renat. *n. 43. & 70.*

Ad vigeſimam † ſeptimam Reſpondet Renatus *num. 66.* quod
274. durus ſit hic ſermo in auribus magnatum, durius autem in ventre pauperum, famen & inediam pati. Sed quia ſupponit cenſitum diuitem, cenſitorem pauperem, & famelicum eſſe, & tamen æquè

bene:

Bene contrarium fieri poteſt, vt nimirum cenſitus ipſe egeat, cenſitore in facultatibus poſito, ideo aliter Reſpondeti, † & dici poteſt, 275.
quod dura multa videantur, quæ tamen à jure cauta ſunt, *text. in L. proſpexit 12. ff. qui & à quibus. Gail. 2. obſ. 154. n. 1. L. 1. §. 3. & ibi Gothof. ff. de peric. & commod. rei vend.* atqui juris eſſe volunt, vt cenſitus ſatisfacere debeat cenſitori, & ſi nihil ipſi tanquam domino prædij remaneat, quemadmodum ſupra *q. 12. n. 73. & ſeqq.* notaui, & Renat. *num. 67.* plures ad hoc allegat. Deinde † non eſt iniquum vel no- 276.
uum, vt ſi quis ſponte, & propria voluntate ſeruitutem impoſuit prædijs ſuis, illa alteri, quam Domino ſeruiant, *t. t. inſt. & ff. de ſeruit.* imputet enim ſibi, qui talem ſibi ipſi neceſſitatem iniecit. *L. 7. §. f. in f. ff. qui ſatiſd. cog.* Sicut enim neceſſitas non eſt, quæ ex voluntate trahit originem, *arg. L. cum duob. 52. §. f. ff pro ſocio L. adeo. 59. §. f. ff. eod.* ita neque miſeria vel duritia propria voluntate acceſſita.

Ad vigeſimam † octauam Reſponderi poteſt, negando cenſum 277.
ſuper fructibus fundari, quemadmodum *ſup q. 12.* per totum, maximè *n. 120. cum ſeqq.* oſtendi; ſimiliter etiam *q. 11. n. 93.* vbi dixi, quod cenſitus præſtet cenſus non propter fructus, eò quod illos percipiat non ex beneficio cenſitoris, ſed jure ſuo & dominij, & quod cenſus poſſint fundari ſuper re etiam non frugifera. E. attendi non debere, quos & quantos fructus prædium cenſuale ferat. Quid juris ſit, ſi prædium ipſum perierit. *p. 1.* ſuprà *q. 11.* tradidi, quò breuitatis causâ me refero, atque lectorem remitto.

Ad vigeſimam † nonam Reſpondetur: licet ſeruitia feudalia ſint 278.
perſonalia, quatenus vaſallus ex contractu inter dominum & ipſum inito ad illa perſonaliter eſt obligatus, eaq; à perſona perſonæ præſtētur, negari tamē haud poteſt, ea pro feudo, & ratione feudi eiuſque intuitu præſtari, *c. 1. §. Vlt. ex quib. cauſ. feud. amit. c. 1. §. ſimiliter de legib. Conrad. c. 1. an. mut. vel alias imperfect.* quo reſpectu tradunt interpretes, ea eſſe realia, poſt *Roſenthal. c. 8. concluſ. 5. n. 1. & plures alios Rhel. p. 1. n. 122. Vid. eund. n. 136.* vbi dicit, quod vaſallus † non 279.
niſi propter feudum, ſiue ratione reſpectuque feudi ſit ad ſeruiendum obligatus, vide eundem *p. 2. n. 16. §. cumque pro feudo,* vbi tra-

dit, cũ ſeruitia pro feudo & propter feudũ præſtētur, certè hinc ſequi, quantitatem ſeruitiorum ex beneficij magnitudine metiendã, atque congruam inter feuda & ſeruitia, ratione illorum præſtanda, proportionem eſſe oportere, *vid. eund. Khol. loc. cit. n. 72.* vbi dicit;
180. ſeruitia pręſtari intuitu fructuũ feudaliũ, & in compenſationem redituum, quos beneficio ſiue liberalitate dñi quis ex feudo percipit. Cum † itaque cenſus non præſtentur propter prædium cenſuale,
181. (quia illud cenſitus à cenſitore non accepit) neque propter fructus (quia eos non beneficio cenſitoris, ſed jure ſuo & dominij recipit) ideo diuerſa eſt ratio inter cenſum & feudum. Imò † ſi hoc argumentum à feudo & fructibus feudalibus ad cenſum procederet, facile ſic in debitores retorqueri poſſet: propter incrementum feudi augetur ſeruitium, *arg. c. cum plures, ibi pro quantitate beneficij moderanda in cap. extraord. Khol. p. 4. n 199.* Ergo etiam propter auctos fructus prædiorum cenſualium deberet augeri cenſus, quod quia cenſiti debitores non admittunt, neque illud admittere debent, cum oppoſitum operetur in oppoſito, quod operatur propoſitum in propoſito, *L. vlt §. vlt. ff. de leg. 3. L. pen C. de ſolut.*

182. Ad trigeſimam † Reſpondet quidem Renatus *n f. inf.* cum Friderico Martini, hanc eſſe inter vnum & alterum caſum differentiã, quod cenſus publicus præſtetur propter bona, & quod nulla perſonalis obligatio ſubſit: cenſus autem priuati non tantùm propter bona præſtentur, ſed quia debitores ſe perſonaliter obligârint. Sed
183. † contra: ex hoc ſaltem ſequeretur, quod cenſus merè reales nunquam præſtandi eſſent, quoties fructus ſoliti non perciperentur, quia tunc nulla obligatio perſonalis concurrit.

184. Ad trigeſimam primam Reſpondetur: † opinionem iſtam propter auctoritatem Hoſtienſis & Pauli Buſij reddi quidem probabilem, non tamen omninò infallibilem: quia Doctorum dicta non ſunt neceſſaria, ſed tantùm probabilia. *Schneide vv. §. quas in proœm. inſt.* nec obligant judicem, niſi quatenus legibus ſunt conſentanea, *Harp ad pr. tit. de oblig. quæ ex quaſi delict num. 14. vide ad longum Beneckendorf de R. l. 2. memb. 4. p. l. 1. f 62. & ſeqq. n. 2. & ſeqq.* vnde illud:
185. auctoritas † Doctorum non neceſſitat ad deciſionem cauſarum, ſed

ſed aliquam præſumptionem facit, quatenus bona ratione mouen-
tur, *gl. ad L. 3. C de LL. & per text. in L. Diui 17. in pr. ff. de iur. pat.*
Ad trigeſimam † ſecundam Reſpondetur: quod feudum ex 286.
Camera vel Cauena tunc tantum peti, atque exigi poſſit, quando
Camera vel Cauena idonea eſt, hoc eſt, ex ea ſolui poteſt, nihil au-
tem tunc, quando Camera eſt exhauſta, id in primis liberalitati
domini attribuendum, qui ſicuti feudum gratis dedit, ita meritò
donantis priuilegio fruitur, vt exigi non poſſit, niſi in quantum fa-
cere poteſt, vide quæ ſcripſi in patrocinio *decad. 3. q. 1. n. 102.* vbi
ex Schradero *p. 2. c. 3. n. 93. de feud.* notaui, dominum talem cogi
non poſſe, vt ſua immobilia vendat. Itaque differentia eſt inter † 287.
vaſallum hunc, & creditorem cenſitum, quod hic titulo oneroſo,
ille lucratiuo & gratuito præſtationem annuam recipiat, vnde mi-
tius cum Domino feudi, quam cum venditore cenſus agendum, ne
liberalitas ſua ipſi facile ſit damnoſa, *L. donum 28 ff. de R. I.* inciuile
eſt enim illiberaliter & auare cum eo agere, qui verè liberalis fuit,
vide quæ notaui, *d. q. 1. n. 38.* Idque etiam inde † deprehenditur, 288.
quod vaſallus ille creditoribus cæteris non annumeretur. Nam
poſtquam *in princ. tit. 58. de not. feud.* dictum eſt, nihil debere dari,
niſi ſit in Camera, vel Cauena, vnde ſolui poſſit, mox ſubijci-
tur: dominum autem feudi dare poſſe intelligitur, omni ære alieno
deducto. Ex quo ſequitur, quod creditores domini vaſallo præfe-
rantur, vtilitates ſibi debitas ex Camera vel Cauena ipſius domini
exigenti, *Gothof. ibid.* per Rationem: quia creditores certant de
damno vitando, vaſallus de lucro capiendo. Præterea † ſi paritas 289.
eſſet, inter cenſitorem & vaſallum, non ſequeretur cenſus omninò
remittendos, ſed tantùm ſolutionem differendam. Ratio: quia
dict. pr. mox. additur: ſi euacuata ſit cauena ſine culpa promiſſo-
ris, expectandum eſſe, donec iterum de Cauena vel de Camera da-
ri poſſit, qua de re pluribus *inf. q. 3.* Ratio † alia: quia dominus 290.
feudi, qui ſoluere debet de Cauena, vel Camerâ, habet beneficium
cõpetentiæ, ſicuti notaui in patrocinio *decad. 3. q. 1. n. 102.* quod
dilationem quidem ſolutionis, non debiti remiſſionem operatur,
vide quæ ſcripſi in patrocinio *decad. 3. q. 1. n. 131. q. 7. n. 153. & in præ-
fat. decad. 4.*

291. Quod † autem etiam in eo caſu, quo cenſus ex Camera, vel ex certo officio fuerunt promiſſi, non indiſtinctè ſint remittendi, quando Camera eſt exhauſta, id inde deprehendi poteſt, quod illa appoſitio Cameræ plus non operetur, quam appoſitio vel ſuppoſitio certi alicuius prædij: quemadmodum ergo tunc, quando prædium nullus fructus fert, cenſus nihilominus debentur, vti *q. 12. p. 1.* demonſtraui: ita etiam tunc, quando Camera nullos habet reditus,
292. ſunt enim illi ciuiles quaſi Cameræ fructus. Accedit † quod plerunque Camera, officium, vectigal &c. apponatur cenſui non per modum taxationis vel limitationis, ſed demonſtrationis potius causâ, vt ſciat creditor, vel cenſitor, vbi cenſus recipere, & petere debeat, quo in caſu non modò nulla remiſſio, ſed ne quidem dilatio ſperanda, licet maximè Camera, officia, vectigalia, ſint euacuata, vel exhauſta.

293. Ad trigeſimam tertiam Reſpondent † creditores, venditorem cenſus non poſſe dici læſum propterea, quia cenſus annuus 5. florenorum habet certum pretium à jure determinatum, nimirum centum florenos, qui reputantur pro juſto, & pro tali ab ipſa lege imperij agnoſcuntur: niſi itaque præſtatio 5. aureorum annuorum vendatur minoris, quam 50. fl. non poteſt venditor dici vltra dimi-
294. dium juſti pretij læſus. Nam† quod reditus & fructus ex agris cenſualibus percepti intra 20. annos non adæquent pretium, vel ſingulæ præſtationes ſingulorum annorum præſtationes, hoc parum nocet, quia æquilibrium & juſtitia contractus cenſualis non conſiſtit in æqualitate & proportione inter fructus & cenſum, ſed inter pretium, & pecuniam, ſiue ſortem capitalem, & cenſum, vide quæ notaui ſupra *q. 12. n. 55.*

295. Ad trigeſimam quartam Reſpondent † creditores primò, concedendo remedium Legis 2. vel in modum actionis, vel ſaltem exceptionis pro diuerſitate contractuum proponi poſſe, dummodo tamen læſio, quæ non præſumitur. *L. nam & poſtea §. minor ff. de inrei L. Verum. §. item non reſtituitur L. quod ſi minor. §. non ſemper ff. de minor.* prius etiam probetur, *gl. & Dd. in L. 2. C. de reſcind. vend. Natta conſ.*
296. *ſil. 650. n. 9. vol. 4.* atqui † venditor vix aliter lædi poteſt, quam in pretio

pretio, & tamen pretium in dubio præſumitur juſtum, & condignum, *poſt Bald. in L. per diverſas. q. 4. C. man. Natta loc. cit. num. 3. Maſcard. n. 5. concluſ. 963. n.* 3. & hic ſupponitur fuiſſe centum pro quinque, quod à lege pro juſto declaratur. E. venditor ſiue debitor cenſus non poteſt conqueri, ſe fuiſſe enormiter læſum, & læſionem neque in modum actionis, neque exceptionis proponere.

Secundò † Reſpondent, quod hic verſemur in tali materia, vbi ex fundi cenſualis reditibus, & vbertate fructuum vnius alteriusúe anni æquè magnum commodum, atque ex ſterilitate & deuaſtatione damnum & incommodum ſequi poterat. Ita autem ſtatuitur, 297.
quando † quis ex conuentione damnum & lucrum conſequi poteſt, 298.
licet poſtea ex euentu damnum paſſus ſit, quod tamen ex eo læſus non dicatur, etiamſi ſit minor, quia huiuſmodi damnum compenſari debet cum vtilitate, quam ipſe conſequi poterat, ſi euentus aliter cecidiſſet, ſicut hoc Tiraquell. pluribus deducit, *in L. ſi Vnquam C. de reuoc. donat. Ver. Donatione largitus n* 128. 129. 130. 131. quem etiam allegat & approbat D. Benedict. Carpzou. *definit. Forenſ. Par.* 3. *Conſt.* 30. *definit.* 3. *n.* 4. ita Dominus Bohs. c. 5. n. f.

Tertiò † Reſpondent: quod in deducenda læſione debeat haberi 299.
reſpectus ad tempus celebrati contractus, non autem ad tempus anterius, vel poſterius: ſiue quod ad agnoſcendam pretij modicitatem, & læſionem in contractu reſpiciendum ſit, non ad tempus præſens, præſentemque rei venditæ valorem, & æſtimationem, ſed ad id tempus, quo contractus eſt celebratus, & iuxta illius temporis valorem res vendita æſtimanda ſit, *L. ſi Voluntate in f. C. de reſcind. Vend. L. non intelligere. §. diui fratres ff. de Iureiur. c. cum dilecti* 1. *ext. de empt. & Vend. Maſcard. de probat. concluſ.* 963. *n.* 4. Cum itaque tempore contractus quantitas annuæ penſionis, pretio dato (imò quantitati prouentuum) reſponderit, non poſſe vllam læſionem prætendi. Ita reſpondit inclyta facultas juridica Ingolſtadienſis ſuper tali facti ſpecie, non ita pridem conſulta. Cui † conſentit Fridericus Martini 300.
de cenſib. c. 4. *n.* 113. vbi inducit Couarruuiam docentem, quod ad modicitatem cognoſcendam, attendendum ſit tempus conſtitutionis, id ni fiat, plures emptiones cenſus, ante centum, ducentos, &

amplius annos factas, ac celebratas iniqui & iniuſti dicendi, ac pro-
301. inde reſcindendi forēt. Infert proinde † ſi tēpore contractus celebrati iuſtum fuit pretium (cenſus frumentarij, de quo ibi loquitur) pro more temporum & prouinciarum, quod non obſtante augmento pretij ipſius frumenti prædicta emptio non iniqua aut iniuſta, neq; prætextu læſionis ſupra dimidium iuſti pretij reſcindenda ſit. Quis enim neſcit, ante centum, ducentos, & trecentos annos, prædia, fundos, agros, domos, frumentum, vinum &c. viliſſimo pretio, ſed tunc temporis iuſto comparata, iam duplo maiori pretio æſtimari ac diuendi?

302. Ad trigeſimam quintam † Reſp: cum diſtinctione, vel debetur cenſus pecuniarius, vel frumentarius. Si pecuniarius, fruſtra de æſtimatione laboratur, cum ipſa pecunia ſit rerum omnium æſtimatio.
303. Si † frumentarius, tunc ſubdiſtinguitur: vel debitor vult, & poteſt frumentum promiſſum ſoluere, tunc in eo caſu non eſt neceſſe, ad æſtimationem peruenire. Si non vult, vel non poteſt frumentum præſtare, & offert loco eius æſtimationem, tunc inſpecto Iure digeſtorum æſtimatio facienda eſſet, non ſecundum tempus contractus, ſed ſecundum tempus ſolutionis, ex lege autem Imperij promulgata Francofurti *anno* 1577. *in ordinat. polit. tit.* 19. reditus fructuarij ad pecuniarios ſunt reducendi ad valorem vnius pro viginti, vide
304. quæ notaui ſup. *p.*1.*q.*2.*n.*107. Itaque † meo iudicio hoc argumentum non ſtringit propterea, quod hic non agatur de æſtimatione rei corporalis ſpecificæ, ſed de æſtimatione rei incorporalis, nimirum iuris percipiendi cenſum, quod ius ſicuti tempore contractus æſtimabatur centum pro 5. ita adhuc hodie æſtimari & vendi ſolet, vt nulla quoad æſtimationem ſit inæqualitas.

305. Ad trigeſimam ſextam Reſpondet Maſcardus *loc. cit. n.* 9. tempus futurum tunc tantum reſpici, quando obligatio ex mera liberalitate procedit, vt in dicto *c. quanto* ſecus autem, quando ex cauſa oneroſa, vt puta ex contractu, in quo aliquid hinc inde datur, vel promittitur, tunc enim damnum & lucrum ſuperueniens non attenditur, ſed probatio eſt referenda ad tempus contractus, vbi ali-
306. quot alios pro hac reſtrictione & declaratione allegat. Verum hæc †

Reſpon-

Reſponſio diſplicet Domino Bohs *p. 2 conſult. n. 76.* propterea, quod Maſcardus ipſe in dicta concluſione 963. agat de læſione & remedio *L. 2. C. de reſcind. vendit.* quod non ſpectet ad opera liberalitatis, & donationes, *Aymo Crauetta. lib. 1. conſil. 14. num. 12. Laurentius Syluanus Conſil. 13. num. 4.* aliàs deberent omnes donationes reſcindi, & conſtitutiones Imperatoriæ *L. ſancimus. L. ſi quis argentum. C. de Donation. L. Generaliter, C. de reuoc. donat.* pro lubitu cuiuſcunque caſſari. Quemadmodum etiam neque exceptio ex *L. 2. § circa ff. de doli mali except.* neque condictio ex *L. 1. & 3 ff. de condictione ſine cauſa,* in liberalibus promiſſis locum habent.

Ad trigeſimam † ſeptimã Reſpondent, licet Bartolus velit, remedium *l. 2.* etiam in locatione & conductione locum habere, tamen alios aliter ſentire, in ſpecie Pinellum *ad dict. L. 2. p. 1. c. 3. n. 21. §. ego verò Panzschmannum lib. 1. q. 1. num.* 13. per † Rationem; vel enim conductor ab initio fuit læſus, & deceptio initium habuit à tempore contractus, vel ſubſequentibus annis. Si ab initio, fruſtra huc exemplum illud affertur: ſi tractu temporis propter ſuperuenientem ſterilitatem, tunc quia ordinario remedio locus eſt, & remiſſio penſionis peti poteſt, fruſtra ad extraordinarium *L. 2.* remedium deueniatur, *arg. L. in cauſa. 16. in pr. ff. de minor.* 307. 308.

Ad trigeſimam octauam Reſpondetur: quando † Dominus conceſſit alicui fundum ſuum in emphyteuſin, vel cenſum perpetuum pro 40. fl. tunc haud dubiè illi 40. floreni præſtantur, ſi non propter fructus, ſaltem propter fundum ipſum, in debitorem penſionis translatum, quare cum penſio ſit ſatis magna, ac proinde proximè accedat, ad naturam locationis, eiuſdem contractus regulis ita ſubijcitur, vt propter agros, vel fructus plurimum imminutos, moderatio & remiſſio penſionis facienda ſit. In cenſu autem † conſtitutiuo, non transfertur in cenſitum prædium cenſuale, (illud enim iam ante ipſius eſt, & manet) ſed pretium, quod non decreſcit, etiamſi fructus prædij minores eſſe ceperint. Vide Roderic. *q. 15. l. 2 n. 95.* vbi regulam iſtam, quod penſio conuenta & conſueta continuò ſit ſoluenda, ita limitat: niſi ex rei vel temporis varietate reſultaret iniquitas penſionis. Ex quo iterum ſequitur, in cenſu † merè reali, quem 309. 310. 311.

quem debet tertius poſſeſſor, intuitu ſolius prædij cenſualis (quia pretium cenſus ipſe non accepit, ſed author ipſius, cui is titulo ſingulari ſucceſſit) æquitati planè conforme eſſe, vt cenſus. & præſtationis annuæ aliqua moderatio fiat, quia eadem ſubeſt ratio, quæ in emphyteuta & cenſuario, ea enim de cauſa, & cum hoc onere (vt ſuppono) primus venditor ſiue debitor cenſus, aut, quod in effectu idem eſt, eius hæredes prædium cenſui ſuppoſitum in eum transtulerunt, vt poſthac cenſus ſolueret. Cum itaque occaſione & intuitu ipſius prædij, & non pretij ſoluat, eadem videtur eſſe ratio, quæ in ſuperioribus exemplis. Tu tamen, lector, qui maius fortaſſis otium habes, rem melius conſidera.

312. Ad trigeſimam† nonam: Reſp: magnam eſſe diſputationem inter Doctores, vtrum in emphyteuſi remedium L. 2 locum habeat, nec ne, quemadmodum videre licet apud Aluarum Valaſcum, *de iur. emphyt. q.* 11. *n.* 19, tum quia eſt contractus ſtricti Iuris, tum quia penſio, quæ ſoluitur, non pro pretio & mercede ſoluitur, ſed in recognitionem directi dominij, proinde licet penſio ſit minima, tamen conſiſtit emphyteuſis: quia ita cum magna penſione, ſicuti cum vno nummo, vel vna gallina, imò & cũ vno ouo dominiũ directũ recognoſcitur, & proprietas ampla poteſt pro minima penſione in em-

313. phyteuſin dari. Deinde† *L. 2. C de reſc. vend.* reſpicit valorem rei, non recognitionem ſuperioritatis. & dominij directi, qui valor cum ceſſet in emphyteuſi, ceſſare debet diſpoſitio *d. l. 2.* Et quamuis Valaſcus, *§. ſed quamuis, quæſt.* 28 *in pr.* contrariam opinionem magis com-

314. munem ſequatur, per Rationem: † licet penſio in emphyteuſi principaliter pro recognitione directi dominij conſtituatur, non ideo tamen deſinit (licet minus principaliter) haberi ratio penſionis in

315. vim mercedis. Nam† ſicuti Dominus directus allegare poteſt, ſe læſum, quia recognoſcitur pro penſione iniuſta & inſolita dari pro re ſimili: ita emphyteuta poterit allegare læſionem, quia recognoſcit dominiũ pro penſione excedente dimidium iuſtæ penſionis ſolitæ

316. pro eadem re dari Nihilominus† tamen non poteſt idem de cenſu dici, quia cenſus & penſio annua neque principaliter, neque minus principaliter propter fundum cenſualem, & fructus in eo natos, ſed

propter

propter pretium datum ſoluitur, quod ſi ab initio iuſtum fuit, ex
poſt facto iuſtum eſſe non deſinit.

Ad quadrageſimam Reſp: Doctores † in terminis negare, quod 317.
in cenſibus remedium, *L. 2. C de reſcind. vend.* locum habeat, Couarr:
Var. reſol c. 10. n. 2. circ f. vbi dicit, quod deciſio *d. l.* nō ſit admittenda in
contractibus vſurarijs, nec in ſuſpectis, *auct Baldo in rub C de Vſur. in
f. cui accedit Carol Molin. de contract q. 14* ac proinde ſi minoris, quā
10. ſolidorum annuus ſolidus ematur, reliquis ſolutis in ſortem
imputatis ſors ipſa redditur, perimiturque obligatio, tanquam ſi is
contractus pignoraritius fuerit. Eandem † opinionem in terminis 318.
tradit Gaſpar Rodericus *lib. 1. q. 11. n. 34. & 35.* vbi dicit, *d. l. 2.* non
poſſe habere locum in contractibus vſurarijs verè, vel interpreta-
tiuè, nec in eorum ſuccedaneis, qualem ſupra *p. 1. q. 1. n. 39.* con-
ceſſi contractum cenſualem eſſe. Deinde † ſi locum haberet re- 319.
medium L. 2. in emptione cenſus, illud tunc tantum obtineret,
quando emptor vel venditor ſe deceptum eſſe probat, emptor qui-
dem, ſi res empta valeat minus dimidio pretij conuenti: venditor
autem, ſi pretium conuentum ſit infra dimidium veri pretij, Rode-
ric. *d. q. 11. n. 21. & 23.* atqui in emptione cenſus pretium juſtum
à lege definitum eſt centum florenorum pro quinque. E. niſi do-
ceat venditor, ſiue debitor cenſus, ſe infra 50. fl. pro cenſu annuo
5. florenorum accepiſſe, non poteſt conqueri, ſe infra dimidium
juſti læſum eſſe: nam vt ſæpe dixi, juſtitia & æquilibrium contra-
ctus cenſualis non conſiſtit in æqualitate & proportione inter fru-
ctum & cenſum, ſed inter pretium, id eſt, pecuniam aut ſortem
capitalem & cenſum. *Vide not. ſup. p. 1. q. 12. n. 55.*

Ad quadrageſimam primam † Reſpondetur: licet reductio 320.
cenſus etiam propter modicam læſionem fieri poſſit, vide notata
ſup. q. 1. n. 92 p. 1. non tamen aliter, niſi quando limites juſti pretij
exceduntur, tunc enim reijcitur id, quod juſtam penſionem exce-
dit, & fit reductio ad legitimum modum, *Gail. 2. obſ. 5.* vel ſi quid
amplius ſolutum fuerit, imputatur in ſortem, *Rodericus l. 1. q. 7. n. 8.*
nuſpiam autem legitur, quod propter fructus non perceptos ali-
quis ita dicatur læſus, vt reductionem eiuſmodi petere poſſit.

321. Ad quadrageſimam ſecundam Reſpondent, quod ſi onus Im-poneretur ratione reditus, vtique deberet minui ſecundum reditum, Decius *conſil.* 335. & vt ſic ad æqualitatem reduci, Rodericus *l.* 2. *q.* 15. *n. f.* cum autem æqualitas non conſideretur juxta proportionem inter fructus & præſtationem annuam, ſed inter pretiū & cenſum, & illud pretium olim conuentū æquale ſit pretio, quod modernis temporibus in cenſu conſtituitur, nullam inæqualitatem, quæ reductione opus habeat, apparere.

322. Ad quadrageſimā tertiam Reſpondetur: quia euenire poterat, vt fructus vltra 50. fl. augerentur, ideo propter incertum euentum nullam læſionem allegari poſſe, per ea quæ reſponſa fuerunt ſupra ad rationē. 34. Vel ſi reductio petenda, non contra cenſitorē, ſed venditorem vineæ agendum eſſe.

323. Sequela † argumenti quadrageſimi quarti mihi non adeo diſplicet, cum in emphyteuſi canon præſtetur non intuitu fructuum, ſed in recognitionem directi dominij: Interim alij Reſpondent ſicut ſupra ad argumentum 0.

324. Ad rationem † quadrageſimam quintam Reſpondetur: licet in vno & altero caſu ſpeciali argumentum bene procedat, tamen quia communiter in emptione cenſuum non habetur ratio & comparatio fructuum ex prædijs cenſualibus perceptorum, vel percipi-

325. endorum (ſupponuntur enim † enim cenſui quandoque talia prædia, quæ nullam vtilitatem, ſed voluptatem tantum afferunt, quandoque valde fertilia, quæ longè plures & maiores fructus ferunt,

326. quam ſit quantitas penſionis promiſſæ) ſed potius pretij, ideo à † particulari ad vniuerſale non rectè hoc argumentum porrigi. De-

327. inde Reſponderi poteſt, ſi exceptio cauſæ ad non cauſam relapſæ excluderet obligationem ſoluendi, tunc ſequeretur, quod omnis emptor, cui res empta ante ſolutionem perijt, dicere poſſet, cauſam ſoluendi pretij ad non cauſam rediſſe, ſicque totus titulus *ff. &*

328. *C. de peric. & commod. rei venditæ* inutilis foret. Ad textus † proinde in contrarium allatos dicunt, eos procedere tantùm in nuda ſtipulatione, & gratuita promiſſione, non in alijs contractibus

329. ſtipulatione firmatis, Sed Dominus Bohs † *loc. cit. n.* 89. putat, quod

quod etiam in emptione & venditione, vbi futurum tempus in-
cluditur, & ſucceſſiuus tractus reperitur, titulus de periculo &
commodo rei venditæ, læſionem in futuro tempore, conſequenter
exceptionem ex defectu cauſæ non excludat. Deinde quod *d. L.* 2.
§. 1. *circ. f.* in verbis: *Etſi certa fuit cauſa ſtipulationis*, non diſtin-
guat, cuiꝰ generis ſtipulatio ſit, vel cui negotio aut contractui ſit ad
hibita, & quod Ioannes Goeddæus *c.* 3. *n.* 83: dicat *d. L.* 1. *&* 3. *ff. de
condict. ſine cauſa* non de ſola ſtipulatione, ſed etiam de alijs promiſ-
ſionibus agere, concludit proinde *n.* 89. *in f.* quod titulus de peri-
culo & commodo rei venditæ, ad contractum emptionis propriè
pertinens, exceptionem cauſæ ad non cauſam relapſæ non poſſit
excludere. Quâ in re ego meum judicium ſuſpendo, & lectori rem
conſiderandam relinquo.

Ad quadrageſimam ſextam Reſpondent, † regulam non habere 330.
locum, ſi res illa, quæ ad vnius ex contrahentibus periculum ſpe-
ctat, deſinat eſſe in eodem ſtatu, tunc enim, quia quilibet cenſetur
in contrahendo ſe conformare juri, tacitè hoc intelligitur inter
partes actum, vt nihilominus conuentis ſtetur, licet res in contra-
ctum deducta vel intereat, vel damnum ſuſtineat, alioquin enim
illud inconueniens † ſequeretur, quod ſi res mutuò accepta amit- 331.
teretur, domus empta incendio abſumeretur, mutuatarius neque
mutuum reddere, neque emptor pretium ſoluere teneretur.

Aliter † Reſpondent tunc locum regulæ eſſe, quando tale quid 332.
ſuperuenit, quod ſi tempore conuentionis extitiſſet, contractus non
hoc modo celebratus fuiſſet: atqui ſi prædia tempore contractus
fuiſſent inculta, & debitor centum fl. loco pretij accepiſſet, æquè
cenſum 5. fl. promiſiſſet, & ſterilitas prædiorum potius emptorem,
quam venditorem à contrahendo abſterrere, & hunc ſcrupulum
mouere potuiſſet, quod ſi cum tempore venditor facultatibus la-
beretur, & actio perſonalis inanis foret, nihil vel parum ex prædijs
cenſui ſubiectis ſperari poſſe, & actionem realem quoque ſine fru-
ctu futuram eſſe. Vt ita venditor & debitor cenſus non niſi de pre-
tio; emptor autem de fertilitate prædiorum laborare, & ſolicitus
eſſe debeat.

333. Tertiò † Reſpondent, quod illa regula non habeat locum, quando quis ex conuentione æquè damnum atque lucrum conſequi poteſt, Dominus Bohs *p.1.c.5.n.93.* vel quando diſpoſitio eſt vniuerſalis, atque ita ſe habeat, vt & acceſſionem & deceſſionem recipiat, in eiuſmodi enim caſu res ſemper in eodē ſtatu permanere dicitur, quo ab initio erat, idem *p. 2. n. 97. poſt Catheran. deciſ. 91. num.37.*

334. Intellexiſti † beneuole Lector, quibus fundamentis nitantur debitores moderni, dum ſe à cenſibus ſoluendis expedire cupiunt, & quomodo ad ea creditores reſpondeant, vel reſpondere poſſint. Ego ſingula quidem iſta argumenta non reputo pro firmis, & ſolidis, cuncta autē ſimul ſumpta aliquam firmitatem & æquitatem habere exiſtimo. Si itaque quæras, quæ ſit mea ſententia in præſenti quæſtione, & celeberrima iſta controuerſia, vtrum modernis calamitoſis temporibus cenſus debeantur, nec ne. Sentio cum Domino Renato, *n.158.n.89.* & *90.* cum Domino Zorero, *q.1.n 154.* & *159.* eos rigore juris inſpecto adhuc deberi.

335. Dico † ſecundò cum eodem Domino Zorero *n.159.* & *ſeqq.* item *q.8 n 801.* & *ſeqq.* item *q.14.* nec non cum Domino Bohs in ſæpe laudata conſultatione cenſus ex æquitate remittendos.

336. Deniq; † cum Domino Aſſum arctiores & rigidiores executionis proceſſus moderno tempore omittendos, & ſuſpendendos eſſe.

337. Concludo † itaq; quæſtionem iſtam, & pro limitatione regulæ, ſupra in præfatione *n.14.* poſitæ pono, quod æquitate inſpecta calamitoſis hiſcè, atque inſolitis temporibus, debitores cenſitici belli infortunio depauperati remiſſionem cenſuum mereantur.

Plura adhuc argumenta in vnam & alteram partem facilè ſtudioſus lector ex quatuor ſeqq. quæſt. eruere poterit.

QVÆSTIO

QVÆSTIO III.

Vtrum illi, qui de prædijs cenſualibus præteritis annis, per vim hoſtilem fuerunt deiecti, liberationem habeant à cenſibus ſoluendis?

POſtquam† vidimus, quid iuris ſit in illis debitoribus cenſitis, 1.
qui in poſſeſſione quidem prædiorum cenſui ſubiectorum per-
manſerunt, ſed propter bellicas incommoditates, incurſiones hoſti-
les, & alias militares inſolentias ea colere nequiuerunt, & vel nul-
los, vel modicos fructus perceperunt: proximum nunc eſt, vt videa-
mus, an illi, qui de poſſeſſione fuerunt deiecti, per vim hoſtilem de-
pulſi, quorum prędia cenſualia ab hoſtibus fuerunt occupata, à
cenſibus præſtandis liberi ſint, nec ne?

Hac† in re quædam ſunt certa & indubitata, quædam verò du- 2.
bia & controuerſa. ne igitur certa cum incertis confundam, illa an-
te omnia præmittam, & poſtea in vtramque partem reliqua dedu-
cam.

Certum† itaque apud me eſt primò: quod ſi cenſus ſit abſolutè 3.
& ſimpliciter perſonalis, tunc omnibus bonis debitoris cenſiti ab
hoſtibus occupatis obligatio ad cenſum ſoluendum nullo modo
extinguatur. Ratio eſt: quia† ſi bona cenſitica ſint prorſus extincta, 4.
obligatio perſonalis in hoc caſu ſalua & integra manet, per ea quæ
tradita fuerant ſupra *p.1.q.11.n.29.* E multò magis, ſi tantum ſint ab
hoſtibus occupata. Ratio conſequentiæ eſt hæc: quia† occupatio iſta 5.
hoſtilis reputatur pro interitu: fictio autem non debet plus valere,
quam veritas naturalis, *Rosbach prax. ciu. rub. de reſponſ. nu.24.* Ratio
† vtriuſque: quia obligatio perſonalis ſequitur perſonam ipſius de- 6.
bitoris, & hæredum eius, *Lactiones Lactio ff. de O. & A.*

Certum † eſt ſecundo: ſi bona fuerint tantùm hypothecæ loco 7.
ſuppoſita, ijs ab hoſte occupatis non pereat, jus cenſus. Ratio eſt: † 8.
quia ſi fundus talis, qui tantùm ad maiorem emptoris, ſiue cenſito-

ris ſecuritatem, acceſſoriè in obligationem & contractum venit, omninò fuerit peremptus, perſona debitoris nihilominus ad ſolutionem reditûs manet obligata, prout iudicaui ſupra *p.1.q.11.n.33.* vbi *n.34.& ſeqq.* Rationem adiunxi.

9. Certum eſt † tertiò: ſi cenſus ſit mixtus, h.e. perſonalis cum reali coniunctus, quod tunc prædio cenſuali ab hoſtibus occupato rema-
10. neat debitor ad cenſus ſoluendos obligatus. Ratio: quia † fundo deſtructo, vel re cenſuali peremptâ & abſumptâ obligatio perſonalis in cenſu mixto durat, & perſtat integra, vi cuius à debitore, eiuſque hæredibus poſſunt exigi reditus decurſi, prout dixi *ſup.p.1.q.11.n.129.* E etiam re illâ ab hoſtibus detentâ & occupata. Cum enim occupa-
11. tio † & abſumptio inter ſe æquiparentur, Gail.*2.obſ.23.n.23.* æquiparatorum idem debet eſſe judicium *text in l. illud 37. in pr. ff. de mort. cauſ. don.* idem *1.obſ.2.n.3.2.obſ.13.in tract. de pignor obſ.9.n.2. Schneid §. ſed non & ſeq. inſt. de legat.* Quod tamen intelligendum eſt cum limitatione, de qua *dict. q.11.n.130.& ſeqq.*

12. Certum eſt † quartò: quod ſi cenſus conſtitutus ſit ſuper omnib⁹ bonis vniuerſaliter, hunc in modū: vendo tibi cenſum ex omnibus bonis, rebus, juribusque, quæ habeo & poſſideo; tunc occupatis omnibus bonis, tam mobilibus, quam immobilibus, non pereat jus
13. cenſus. Ratio † eſt: quia ſi prorſus pereant & extinguantur, non tamen extinguitur jus cenſus, ſed reſidet in perſona, quæ ad annuas
14. penſiones remanet obligata, vide *ſup.q.11.n.125.* vbi *n.ſeq.* dixi † idem
15. eſſe, ſi cenſus vendatur ex bonis indefinitè. His itaque † tanquam certis & indubitatis præmiſſis, quæſtio remanet tantum de cenſu merè reali, an nimirum is, prædio cenſuali in totum, vel pro parte in manibus & poteſtate hoſtium conſtituto, debeatur, nec ne?

Pro affirmatiua, & quod cenſus nihilominus, etiam tempore oc-
16. cupationis hoſtilis debeantur. Facit † primò: quod caſus fortuiti ad Dominum ſpectent, *L. pignus 9. C. de pignor. act. l. quæ fortuitis, 6. eod.* atqui is, qui vendit cenſum ex agris ſuis, vel alijs prædijs, iſſe eſt, & manet Dominus prædiorum, *And. Fachinæus l.2. controu. c.43. n.f.* (in hoc enim differt cenſus conſtitutiuus à cenſu reſeruatiuo, vt dixi *ſup. p.1.q.3.n.8.& ſeqq.*) Ergo bellum, quod dicitur caſus fortuitus,

L. in rebus ff. commod. ipſum venditorem, ſiue debitorem cenſus contingit.

Secundò: † quamdiu fundus cenſualis extat, & non perit, tamdiu debetur cenſus, quemadmodum oſtendi *ſup. p. 1. q. 31. per tot.* atqui fundus ab hoſtibus occupatus adhuc extat, E. &c. 17.

Tertio: bellum † abſq; dubio fortuita clades eſt, quæ ſubſtantiã non lædit, ſed agriculturam tantùm, ac fructuum collectionem, vnde Doctores volunt, quod propter bellum ne quidem canon emphyteuticus ſit remittendus, quia Imp. *L. 1. C. de iur. emphyt.* talem caſum ad remiſſionem requirit, qui funditus rei ipſius interitum faciat, & ſic rei ſubſtantiam omninò perimat, vide Aluar. Valaſc. *de iur. emphyt. q. 27. n. 20. circ. f.* vbi dicit, ſibi in ſecreto juris hanc opinionem veriorem videri. 18.

Quarto: quando † fundus cenſualis non in totum, ſed pro parte tantùm perit, aut deſtruitur, cenſus nihilominus conſeruatur in totum, & cenſitus adhuc conueniri poteſt in ſolidum, vide notata ſup. *p. 1. q. 11. n. 95. & ſeqq.* atqui tunc, quando propter occupationem & inuaſionem hoſtilem agri non poſſunt coli, vel nulli fructus inde percipi, agri ipſi non pereunt in totum, ſed ad ſummum pro parte, &c. min: prob: quia † fructus tantum pereunt, fructus autem dicuntur pars rei, *L. f. § fructus 6. ibi: vnã quandam ff. quæ in fraud. cred. L. fructus pendentes. 44. ff. de rei vendic.* 19. 20.

Pro negatiua, & quod cenſus realis fundo cenſuali ab hoſtibus occupato non debeatur.

Facit † Primò, quod cenſus merè realis ſuper vno vel pluribus prædijs conſtitutus, pereat in totum ijs perditis & extinctis, quemadmodum oſtendi ſupra *q. 11. n. 50. & ſeqq.* atqui tunc, quando prædium cenſuale ab hoſtibus eſt occupatum, illud cenſetur eſſe penitus extinctum † & perditum, Dominus Aſſum *in toto neceſſit arg. 17.* Ergo tunc cenſus prorſus perit. 21. 22.

Minor probatur textu *L. interdum 21. §. 1. ff. de acquir. poſſeſſ.* vbi dicitur: quod ex naufragio † expulſum eſt, haberi pro deperdito. Ergo inferunt Doctores, etiam id, quod ab hoſtibus occupatum eſt, cenſetur interim in deperdito, Aluar. Valaſc. *de iur. emphyt. q. 27.* 23.

q. 27. n. 13. §. Verum circ. f. Thom. Maulius *de locat. & conduct. c. 6. num. 63.* Dominus Aſſum *loc. cit.* Sequela probatur, quia in jure
24. æquiparantur † infortunium belli, inundationis, & naufragij *L. cum Vnius 12. §. f. ff. de reb. auct. iud. poſſid.* (vbi dicitur: ſi prædium prop-
ter naturam rei, veluti ſi inundatum ſit, aut propter latronum po-
tentiam, non poteſt poſſideri, rectè dicitur non eſſe, quod poſſidea-
tur, accedit *text. in L. 3. §. Labeo 17. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* vbi
25. definitur, me † deſinere poſſidere eum locum, quem flumen, aut
mare occupauit. Ex quibus textibus deducunt Doctores hanc re-
26. gulam: quod paria ſint rem † non eſſe, vel eſſe, ſed à latronibus &
hoſtibus occupatam: paria rem eſſe inundatam, vel ab hoſtibus ca-
ptam: paria rem non poſſe reperiri, & non poſſe poſſideri. Thom.
Maulius *loc. cit. tit. 6. n. 63. f. 51.* Gail. *2. obſ. 23. n. 23. & ſeqq.* Molina
tract. de iuſt. & iur. diſput. 454. n. 1. Gothof. *ad L. 12. ff. de reb. auct. iudic. poſſid.* Harp. *in addit. ad* Clar. *§. emphyteuſis q. 8. n. 17. & n. 24.*
27. Item quod res dicatur † perempta & deperdita, quando eius vſus
haberi non poteſt, Gail *loc. cit. n. 24.* Dn. Zorer *q. 1. n. 163.*

28. Secundo: ſi † res emphytheutica ſit ab hoſtibus occupata, &
emphyteuta propter tumultus & hoſtilitates fundum ingredi non
poteſt, tunc canon emphyteuticus emphyteutæ eſt remittendus,
Abbas *in c. potuit ext. de locat.* Andr. Gail 2 *practic. obſeruat. 23. n. 24.*
Iul. Clar. *l. 4. ſent. §. emphyteuſis quæſt. 8. verſ. ſed quid ſi emphyteuta 6.*
Iaſon. *in L. 1. n. 91. C. de iur. emphyt.* Thomas Maulius *de locat. & conduct. c. 6. n. 63. f. 51.* Zorer *q. 1. n. 163.* Fachinæus *lib. 1. controu. c. 90. §. mihi omnium.* vbi dicit, ſibi omnium optimam veriſſimamque vi-
29. deri hanc ſententiam, propterea quia talis, † qui propter calamita-
tes & tumultus fundum ingredi non poteſt, fundum poſſidere non
dicatur, *d. L. cum vnus* Si autem fundum non poſſidet, penſionem
ſoluere nomine fundi non tenetur, perinde enim eſſet, ac ſi fundus
non extaret, & perijſſet reſpectu temporis, quo poſſideri non po-
teſt. Adde Aluar. Valaſc. *de iur. emphyt. q. 27. n. 13.* vbi ait: quod
30. res † bello capta, cum in poteſtatem hoſtium venerit, *§. item ea qua inſt. de rer. diuiſ.* perempta cenſeatur, & vtrumque dominium tam
directum, quam vtile, vtraque etiam poſſeſſio, tam ciuilis, quam
naturalis cenſeatur amiſſa.

Et

Et quamuis † idem Valaſcus diſputet, quando res emphyteuti- 31.
ca non fuit omninò ab hoſtibus capta, ſed propter bellum ita com-
parata, vt coli non poſſit, an tunc penſio remittenda ſit, nec ne:
tamen in caſu præſentis quæſtionis, quando † ager emphyteuticus 32.
eſt ab hoſtibus occupatus, nullam ait, eſſe quæſtionem de remiſ-
ſione penſionis, quia res bello capta perempta cenſetur, vnde nul-
lus ambigit penſionem tunc non deberi, *id. dict. quæſt. 27. num.* 13.
Molina *diſp.* 454 *n.* 1. *tract.* 2. Treutler *diſput.* 29. *theſ.* 7. *in f.* Si ergo
tunc, † quando res emphyteutica ab hoſtibus eſt occupata, remitti 33.
debet penſio emphyteutæ: etiam tunc, ſi ager cenſualis ab hoſtibus
eſt occupatus, & debitor cenſitus ab eo excluſus, ei remitti debet
cenſus.

Sequela † probatur: quia non eſt infrequens apud Doctores, vt 34.
argumentum ab emphyteuſi ad cenſum ducant, id quod ſequentia
exempla manifeſtant. Nam † primo ex *L.* 1. *§. f. C. de iur. emphyt.* 35.
in qua habetur, quod ſi emphyteuſis non in totum pereat, emphy-
teuta ab onere canonis non liberetur, infert Frideric. Martini.
c. 8. *de cenſib. n.* 224. quod ſi pars rei cenſualis intereat, cenſus tamen
non pereat. Secundò: ex † eo, quod diuiſo fundo vectigali vecti- 36.
gal ſiue canon non diuidatur in præjudicium domini directi, *L. com-
muni diuidundo, in pr. ff. com. diuid.* inferunt DD. etiam diuiſo prædio
cenſuali quemlibet poſſeſſorem ad totum cenſum conueniri poſſe,
vide quæ ſcripſi ſupra *p.* 1. *q.* 6. *n.* 26. & 29. *item n.* 46. & *n.* 66. Ter-
tiò: ex † eo quod aliqui volunt, ſi emphyteuta emphyteuſin non 37.
poſſideat, eum ad penſionem non obligari, inferunt alij, quod
conſtituens cenſum, eiuſque hæredes, ſi prædium cenſuale non
poſſideant, ad annuas penſiones non ſint obligati, Frideric. Mar-
tini *c. vlt. n.* 118. *vide ſup. p.* 1. *q.* 7. *n.* 3. Quartò ex eo, † quod emphy- 38.
teuta jus ſuum inuito domino non poſſit refutare, & rem emphy-
teuticam ſine cauſa relinquere, inferunt, quod neque cenſitus rem
cenſualem poſſit dimittere, vide *ſup. p.* 1. *q.* 9. *n.* 31. & *ſeqq.*

Quintò: † ex eo, quod emphyteuta, ſi ob non ſolutum cano- 39.
nem fundo vectigali priuetur, nihilominus penſionem præteriti
temporis præſtare teneatur, infert Dn. D. Paſcha *theſ.* 35. *de cenſib.*

quod etiam cenſitus cenſus ceſſos ſoluere teneatur, quamuis rem
40. cenſualem deſerat. Sextò: ex † eo, quod emphyteuta interim, dum res emphyteutica ſalua manet, ex natura contractus ſoluere teneatur penſionem, non obſtante, quod fructus illius caſu fortuito pereant, *§. adeo inſt. de locat.* inferunt, quod etiam venditor cenſus ſoluere teneatur penſionem, quamdiu res cenſualis ſalua manet, etiamſi fructus illius caſu fortuito pereant, vide *ſup. q. 12. p. 1. num. 56.*
41. Septimò ex † eo, quod ex diuturna, hoc eſt, decennali penſionis præſtatione, titulo emphyteutico facta, titulus emphyteuticus, adeoque jus penſionis etiam pro futuro tempore probetur, & præſumatur, *L. litibus C de agricol. & cenſit. l. 11.* ibi *eos tamen dicimus, qui non ex longo tempore* infert Fridericus Martin. *c. 3. n. 73* quod vniformis præſtatio annui reditus decem annis facta veræ cauſæ & tituli præſumptionem inducat, juſque cenſus tribuat. Plura alia exempla vide apud Nicol. Boër *deciſ. 319. per tot.*

42. Tertio: ſi feudum † ab hoſtibus regni, ſiue principatus occupatum fuerit, vaſallus feudo deſtitutus pro eo ſeruire minimè tenetur, Andr. Khol. *de ſeruit. feudal. p. 1. n. 124.* idque ideo: quia non ipſe vaſallus, ſed alius citra culpam vaſalli, vel cauſam ab eo emananrem poſſidet feudum, nec per vaſallum ſtat, quò minus recuperet feudum, vid. Zaſ. *p. 7. n. 27.* Hartm. *l. 2. obſeruat. tit. de feud. obſ. 11.* Roſenthal. *c. 6. concluſ. 9. n. 11.* Khol. *loc. cit. n. 121.* Ergo etiam debitor cenſitus, qui agros cenſuales ab hoſtibus occupatos nō
43. poſſidet, cenſus præſtare non tenetur. Verùm † hoc loco poteſt negari conſequentia propterea, quod ſeruitia feudalia præſtentur propter fructus, vt ſupra *q. 2. n. 280.* fuit declaratum, & pro re, ſiue ratione intuituque rei, *c. 1. §. Vlt. ex quib. cauſ. feud. amitt. c. 1. §. ſimiliter. de leg. Corradi.* Onera autem, quæ pro re præſtantur, non pertinent ad eum, qui non poſſidet, nec emolumenta rei percipit, licet eius dominus ſit, ſed ad poſſeſſorem fructus percipientem, *L. habeenus L. ſi pendentes § ſi quid ff. de Vſuf. idem Khol. n. 122.* Atqui cenſus non præſtantur propter rem, multò minus propter fructus rei, ſed propter pretium ab initio conuentum, & debitori cenſito ſolutum.
44. Quartò: † ſecundum naturam eſt, vt onera ſequantur eum, quem

quem ſequuntur emolumenta, & commoda, *L. ſecundum ff. de R. I.* atqui emolumenta fundi cenſualis ab hoſtibus occupati hoſtibus cedunt. E. etiam onera præſtandorũ cenſuum ad ipſos pertinent.

Quintò: Res † tranſit cum ſuo onere, *text. in extrauag. Vn. de decim. circ. med. c. ex literis 5. in f. ext. de pignor. c. paſtoralis ext. de decim.* 45.
L. alienatio 67 ff. de contrah. empt. L. traditio 20 §. 1. ff. de acquir. rer. dom. c. 1. & ibi gl. V. ſenioribus. ext. de cenſib. c. tributum 32. quaſt. 8. c. ſi tributum 27. q. 1. cauſ. 11. L. 2. & L. 12. ff. de alim. Vel cibar. legat. Atqui res cenſualis eſt affecta onere, ſiue jure reali, vti oſtendi ſup. *p. 1. q. 4. per tot.* E. res cenſualis in manus hoſtium tranſit cum hoc onere.

Sextò: ſupra † in terminis fuit dictum *q. 4. p. 1. n. 77. & paſſim.* 46.
quod cenſus realis comitetur rem, ad quemcunque poſſeſſorem perueniat. E. etiam, ſi perueniat ad hoſtem. His argumentis vſus fuit vir † quidam doctus, & prouinciæ N. Cancellarius, qui putauit, quod pro illo tempore, quo bona cenſualia erant in manibus hoſtium, poſſeſſores fuerint obligati ad cenſuum præſtationem. Cum itaque hoſtibus per amniſtiam omnia fuerint remiſſa, etiam cenſus illo tempore ceſſos fuiſſe remiſſos. 47.

Septimò: ſi † cenſus eſt merè & purè realis, tunc ſi res cenſualis ad alium transferatur per alienationem, prior dominus omni 48.
obligatione ſoluitur, Leſſius *de Iuſt. & Iur. l. 2. c. 22. dub. 5. num.* 35. Frideric. Martini *de cenſib c. Vlt. n. 112.* vide quæ ſcripſi *ſup. p. 1. q. 7. n. 14.* E. multò magis, ſi per hoſtilem occupationem. Sequela probatur: quia † alienatio eſt voluntaria, occupatio fatalis & neceſſaria, leges autem magis fauent ijs, qui coacti aliquid ſuſtinent, quam qui voluntariè ſubeunt, *L. ſi fideiuſſor 7. §. 1. ff. qui ſatiſd. cog.* & excuſationem facile meretur, qui caſu vel facto alieno aliquid patitur, *Dd. ad c. qui partem 6 diſt. 55.* 49.

Octauò: ſi † debitor cenſitus ſponte dimittit rem cenſualem, 50.
tunc per illam dimiſſionem ſe liberare poteſt à præſtatione cenſuum merè realium, Frideric. Martini *c. 8 n. 228. 233. 235.* vide notata ſupra *p. 1. q. 9. n. 47. & ſeqq.* E. multò magis, ſi per vim coactus, & ab hoſtibus expulſus.

Nonò: ſi ſeruus † promiſſus ab hoſtibus ſit captus, tunc peti 51.
non poteſt, *L. qui rer. 98. §. aream 8. V. diuerſum ff. de ſolut.* Ergo etiam

tunc, ſi agri cenſuales ab hoſtibus ſunt occupati, cenſus amplius
52. peti non poteſt. Mihi hoc argumentum † non probatur, quia non agri cenſuales creditori, ſiue emptori cenſus debentur, ſed cenſus, id eſt, præſtatio pecuniaria, aut frumentaria, cum onere reali agris impoſito.

53. Decimò: Cauſa † redacta ad non cauſam inducit repetitionem dati, *L. 1. §. vlt ff. de condict. ob cauſ. L. 1. L. nihil refert. ff. de condict. ſine cauſ.* E. multò magis efficiet, ne quid præſtare neceſſe ſit, *c. qui ad agendum vbi Dd. de R. I. in 6.* Sed ad † hoc Reſponderi poteſt, ne-
54. gando, cauſam ad non cauſam redactam, quia cauſa præſtationis cenſus eſt contractus cenſualis, prædium autem cenſuale habet ſe inſtar ſubiecti tantum, & materiæ circa quam

55. Vndecimò: cenſus † publicus & tributa præſtari non debent, ſi prædia ſunt ab hoſtibus occupata, Renatus per Rationem ſupra quartò loco à me adductam, quod onus illius rei ſuſtinere quis non debeat, cuius nullum emolumentum ſentit. Pro eo adducit etiam
56. textum † *in L. vnic. §. f. ff. de bonis auct. iudic. poßid.* ſupra in argumento 1. allegatum, & rationem: quod poſſideri non dicatur, quod vtiliter poſſideri non poteſt, & quod tunc, quando propter latronum potentiam aliquid non poteſt poſſideri, rectè dicatur non eſſe, quod poſſideatur *d. L. vnic.* atqui hoc tempore (pergit prædictus
57. D. Renatus) ſtatus † Romani Imperij ita comparatus & perturbatus eſt, vt paſſim nihil aliud, quam latronum potentia plangatur, vt neque ciues, ruſtici, aut mercatores, propter vagabundos milites & prædones domi, foris & in agris tuti ſint, & neque opificia ſua, neque mercimonia exercere, neque agros colere poſſint. E. perinde eſt, ac ſi bona & prædia ſua omninò non poſſiderent. Si igitur hac de cauſa cenſus publici ſunt remittendi, multò
58. magis priuati. Verùm † hanc conſequentiam licet iiſdem textibus & rationibus ſtabilitam, quibus ipſa nititur, negat idem Dn. Renatus *num. 65.* fortè propter rationem differentiæ ſupra *q. 2.* à me allatam.

59. Et hæc † ſunt argumenta, quæ in præſenti controuerſia in
60. vtramque partem afferri poſſunt & ſolent, Si nunc † interroges, quanti

quanti illa faciam? Reſpondeo: me ea, quæ pro affirmatiua fue-
runt adducta, non adeo magni facere. Nam quod

Ad primum † attinet, verum quidem eſt, quod caſus fortuitus 61.
belli, & quiuis alius Dominum rei, & in propoſito interitus rei cen-
ſualis ipſum debitorem cenſitum contingat; ſed quia jus cenſus rei
inhærens non debitoris, ſed creditoris eſt, & ſe habet ad fundum
tanquam accidens ad ſubiectum, *Frideric. Martini c. 3. de cenſ. num. 3.*
ideo ſequitur, quod deſtructâ re cenſuali, vel quod idem eſt, occu-
patâ ab hoſtibus, ſimul intereat quoque cenſus, Leſſius *l. 2. cap. 22.
dub. 5. n. 35. dub. 2. n. 8.* Martini *c. 8. n. 214.* (non aliter † atque ſu- 62.
biecto deſtructo accidens ei inhærens deſtruitur, *L. 4. §. 1. ff. de act.
empt.*) atque ipſi cenſitori, ſiue creditori, tanquam Domino illius
juris, pereat, vide quæ ſcripſi ſupra *p. 1. q. 11 n. 50. cum mult. ſeqq.*

Ad ſecundum † Reſpondet Fachinæus *lib. 1. controverſ. cap. 90.* 63.
quod dicitur in hoc caſu fundum extare, & non perijſſe, nihil om-
ninò mouere, quia idem eſt, ac ſi non extaret, nec enim quicquam
ex eo amplius habet debitor cenſitus, quam ſi omninò non ex-
taret.

Ad tertium † Reſpondetur: quod tunc, quando fundus in po- 64.
teſtate hoſtium reperitur, ſine ſpe propinqua recuperandi, idem
omninò ſit, ac ſi pro eo tempore omninò interijſſet, Fachin. *loc.
cit. § pen.* Ad inſtantiam † ex canone emphyteutico deſumptam 65.
peti poteſt reſponſum ex argumento ſecundo, ſupra pro negatiua
allato, quod videlicet tunc, ſi emphyteuſis propter tumultum bel-
licum coli non poteſt, rigore juris inſpecto canon adhuc debeatur,
inſpectâ autem æquitate minimè. Vide Aluar. Valaſc. *diſt. q. 27.
n. 20. & ſeqq.* vbi tradit, in ſecreto quidem juris ſibi contrariam
opinionem veriorem videri, communem tamen æquitate ſubni-
xam minimè deſerendam, idem tenet Maulius *de locat. & conduct. c. 6.
n. 63. f. 52.* Nulla autem ratione tunc, quando emphyteuta expul-
ſo, emphyteuſis ipſa ab hoſtibus fuit occupata, tunc enim apud
ipſos indubitatum eſt, quod canon emphyteuticus non debeatur.
Neque obſtat, quod † occupatio militaris ſubſtantiam agrorum 66.
non lædat, ſed fructuum tantùm collectionem; ad id enim Reſpon-

detur? etiam tunc, ſi fundus ſit aquis ſubmerſus, vel inundatus, non ipſam ſubſtantiam fundi ſtatim totam è rerum natura tolli, & tamen pro eo tempore, quo durauit inundatio, emphyteutam obligatum non eſſe, ad canonem Domino præſtandum, Ioan. Harp. *in addit.* ad Iul. Clar. §. *emphyteuſis q.* 8. *n.* 24. vbi adducit, textum in *L. cum Vnus* 12. §. *f. ff. de reb. auct. iud. poſſid.* jam aliquoties in hac
67. quæſtione allegatum. Et † dicit textum *L.* 1. *C. de iure emphyt. & §. adeo* 3. *inſt. de locat. & conduct.* qui de interitu rei emphyteuticæ loquuntur, non ſtrictè de ipſius ſubſtantiæ, ſiue prædij emphyteutici interitu tantùm, ſed etiam de totius rei damno & læſione intelligendos eſſe, quæ ita ſubſtantiam perimat, vt de eius corpore nihil emphyteutæ reliquum remanere videatur. Quodſi enim de eo ſo-
68. lo † interitu textus iſti acciperentur, quo tota rei ſubſtantia prorſus è rerum natura tolleretur, certè de caſu rariſſimo eueniente, imò ne vix quidem exiſtente intelligerentur, contra *L.* 4. & 5. *ff. de LL.* etenim per rarò chaſmata, aut terræ motus tales eueniunt, quibus agri ita corruunt, vt nuſquam conſpiciantur. Vide *L. ſi in Venditione* 10. *in f. ff. de peric. & commod. rei vend.* vbi Vlp. ait, rem inundatione perire, ſicuti chaſmate pereat.

69. Si quis † autem inſtet & dicat, emphyteutam ad canonis præſtationem, & debitorem cenſitum ad cenſus ſolutionem obligatione perſonali eſſe adſtrictum. E. non obſtante, quod fundus aquis ſit ſubmerſus, aut ab hoſtibus occupatus, eos non liberari: cum ex contractu obligati ſint, & obligatio perſonalis non rem, ſed perſonam perpetuò ſequatur, *L. vlt. ff. de contrah. empt.* Reſpondeo: quan-
70. tum † quidem ad cenſitum debitorem attinet, cum ex ſuppoſito perſonaliter obligatum non eſſe, agimus enim hic de cenſu non
71. perſonali, vel mixto, ſed merè reali. Quantum † autem ad emphyteutam, Reſpondet Harp. *loc. cit. n.* 27. *& ſeqq.* quod perſonalis quidem obligatio perſonam perpetuò comitetur, ſi ſimpliciter ſit contracta: ſecus autem ſi ex natura contractus conſtet, contrahentes eò vſque tantùm obligatos eſſe voluiſſe, quamdiu res, cuius ratione obligantur, in rerum natura manſerit. Ratio eſt:
72. quia † contrahentes ſecundum naturam contractus contrahere

voluiſſe

voluiſſe cenſentur, *L. quæro 54. §. 3. ff. locati L. ſi ſtipulatus 4. ff. de vſur.* contractus autem emphyteutici ea eſt natura, vt re extincta penſio non amplius ſit præſtanda, *L. 1. C. de iur emphyt.* ideoque contrahentes huic naturæ & conditioni ſe conformaſſe, & hoc voluiſſe creduntur, vt quouis modo re emphyteutica peremptâ perſonalis quoque obligatio præſtandi canonis ceſſare debeat.

Ad quartum † Reſpondetur: negando minorem, & quod tunc, 73.
ſi agri cenſuales ab hoſtibus toti ſunt occupati, pro parte tantùm extincti cenſeantur. Etſi enim fructus dicantur pars fundi (quamdiu † pendent, & ſolo inhærent, non verò amplius, quando percepti, aut à terra auulſi ſunt) tamen in noſtro caſu non agitur tantùm 74.
de interitu fructuum, ſicuti tunc, quando propter ſterilitatem nulli fructus percipiuntur, & annis ſequentibus noui iterum expectantur, ſed de interitu ipſius fundi, qui tunc juris interpretatione contigiſſe cenſetur, quando nulla amplius ſpes fructuum percipiendorum habetur.

Cum itaque † argumenta ſententiæ affirmatiuæ nullius ro- 75.
boris ſint, & fundamentis deſtructis corruant omnia, quæ fuerunt ipſis ſuper ſtructa, *arg. L. egi. 26. §. 1. ff. de except rei iud. c. cum Paulus 26. cauſ. 1. q. 1* non poſſum ego illi ſubſcribere, ſed malo negantium opinioni accedere, non quidem ſimpliciter & indiſtinctè, ſed
cum hac † diſtinctione, vt attendendũ ſit, an prædium cenſuale to- 76.
tum, vel pro parte ſit occupatum: vtrum ſpes recuperandi ſit, nec ne: vtrum adhuc in hoſtium manibus exiſtat, an verò in poteſtatem veri domini, & debitoris cenſiti redierit? prout hæc diſtinctio in ſeqq. concluſionibus fuſius continetur.

Conclvsio prima: Si prædium † cenſuale totum ab hoſti- 77.
bus captum, vel occupatum ſit, & adhuc ab ijs detineatur, ita vt nulla ſit ſpes recuperandi, tunc cenſus merè realis amplius non
debetur. Huc faciunt † rationes ſupra pro negatiua allatæ, quarũ 78.
aliquæ non ita quidem firmæ ſunt, cunctæ tamen ſimul ſumptæ, & quædam etiam ſeorſim conſideratæ firmitate ſuâ non carent. Faciunt etiam tradita Aluari Valaſci *de iure emphyt. q. 27. n. 13. §. Verum.*
Declara id magis † procedere, quando pactum inter cenſitorem & 79.

cenſitum

ceñſitum interceſſit, vt debitor tamdiu ad ſolutionem cenſuum te-
neatur, quamdiu prædia cenſualia in ſaluo ſunt, per tradita ſupra
p. 1. q. 11. n. 24. vbi dixi, tali pacto intercedente re peremptâ cen-
ſum ſine omni controuerſia perimi.
80. Sed hoc loco † ſtatim quæſtio & difficultas oritur: vtrum con-
cluſio præſens tunc tantum locum habeat, quando bellum eſt ju-
ſtum, an verò etiam tunc, quando bellum eſt iniuſtum. Si bellum
81. eſt juſtum, tunc † quia capta ab hoſtibus fiunt capientium, facile
quidem ea videtur admittenda, & cenſus remittendus; ſi iniuſtum,
non item, per tradita Angeli & Sichardi, qui hoc modo in remiſ-
ſione canonis emphyteutici diſtinguunt, apud Fachinæum *loc. cit.*
82. *§. alij 2.* Verum † ſicuti ipſe non diſtinguit, quoad canonis em-
phyteutici remiſſionem, inter bellum juſtum & iniuſtum: ita nec
ego hoc loco diſtinguo, ſed puto
83. Ampliandam eſſe concluſionem primò: vt non interſit, an
bellum ſit juſtum, puta indictum à Principe non recognoſcente ſu-
periorem, prout requiritur *in c. quid culpatur 23. q. 1.* & ex juſtis
cauſis, quas tradit Couarruuias *in reg. peccatum 2. p. §. 9. n. 1.* ſiue
injuſtum, vtpote latronum incurſus. Nam quouis modo inferatur,
locus fit remiſſioni, per tradita Aluari Valaſci *de iure emphyt. q. 27.
n. 13. ff. procedit.* Molinæ *diſput. 454. tract. 2. num. 9.* Maulij *num. 63.*
84. Ratio: quia † in vtroque caſu militant præcipuæ rationes, & argu-
menta ſupra pro negatiua allegata. E. & idem jus, Valaſc. *loc. lit.*

Ratio alia: quia interpretes, qui in hoc articulo loquuntur,
allegant *L. cum vnus §. f. ff. de bon. auctor. iud. poſſid.* quæ lex agit
de latronum incurſu, cum quibus non eſt bellum juſtum, *L. hoſtes
vbi gl. & Bart. ff. de captiu.* Ad Rationem dubitandi Reſpondetur
85. † etiam tunc, quando res noſtræ in bello iniuſto fuerunt occupatæ,
amitti dominium, ſi pro derelictis habeantur, *§. qua ratione 47. inſt.
86. de rer. diuiſ.* & poſſeſſionem † ciuilem, quando is, qui occupauit
fundum abſentis, non admittit abſentem reuerſum, ſed ei reſiſtit,
L. clam poſſidere §. qui ad nundinas ff. de vi & vi arm. vel ſi reuerſus
nolit ad fundum redire, quia ſuſpicatur & metuit ſe repelli *per L. &
ſi nolit. 7. & ibi gl. ff. eod.* Schneid. *§. poſſidere. rub. de poſſeſſ. amitt.
n. 178.*

n. 175. *inſt. de interdictis.* (vbi exemplum ponit in eo, qui audiens
domum à latronibus occupatam, & præ nimio timore nolens ac-
cedere, amittit ciuilem poſſeſſionem, ſecundum *gl. ibid.* V. *amiſiſſe*)
& multò magis, ſi per vim deijcitur de poſſeſſione rei immobilis,
tunc enim non tantùm naturalem, ſed etiam ciuilem poſſeſſionem
amittit, *per L. naturaliter* 12. *ff. de Vſucap. Schneid. n.* 174. Vt ita ſi de
poſſeſſione & dominio tantùm agatur, facile ſe poſſit debitor per
ſolam animi deſtinationem extricare. Si dicas † hoc eum facere 87.
non poſſe in fraudem creditorum. Reſpondeo, creditores non de-
fraudari, quia facultates debitoris per hoc non imminuuntur. Præ-
terea ſi poteſt † alienando & dimittendo bona cenſualia ſe à præ- 88.
ſtatione cenſus realis liberare, cur non etiã ea pro derelictis habẽ-
do. Agant creditores, ſi placet, actione Paulianâ, vel quauis aliâ cõ-
tra hoſtes, ſi quid ſe impetraturos ſperent. *Vide Gail.* 2. *obſ.* 57. *n.* 6. *in
f. Vbi dicit: à tali actione libera nos Domine.* Si replices, debitores † cen- 89.
ſitos actionem ſaltem habere. Reſpondeo: inanis eſt actio, quam
potentia debitoris & rei excludit. Deinde ſi ob id obligati mane-
rent, iterum ſe facile per ceſsionem liberare poſſent, obligatus † 90.
enim ex eo, quia habet actionem, cedendo eam liberatur, *text. &
gl. in L. quod debetur* 51 *ff. de peculio.*

Alterum † dubium eſt, verum non tantùm ille debitor, qui per 91.
vim ex poſſeſsione bonorum cenſualium deiectus fuit, verùm etiam
is, qui vltrò diſceſſit, à ſoluendis cenſibus liber & immunis ſit, nec
ne? qua in re mihi videtur illa diſtinctio adhibenda, vtrum pro-
pter periculum manere, aut ad propria redire potuerit, nec ne. In
poſteriori caſu, ſi non potuit manere, vel redire, videtur

Amplianda † ſecundò concluſio præſens; vt non interſit, ſiue 92.
debitor cenſitus ex prædijs cenſualibus per vim expulſus fuerit, an
verò timore hoſtilis incurſus, cui reſiſtere, & imminentis periculi,
quod auertere nequibat, vltrò receſſerit, per tradita Valaſci *loc. cit.
§. rurſus.* Molinæ *d. n.* 9. Maulij *n.* 63. Ratio eſt: quia nemo † tene- 93.
tur ſe periculo exponere, *L. ſed ſi ſciendum* 7. *ff. ad SC. Trebell.* Gail 2.
obſ. 109. *num.* 9. *idem* 1. *obſ.* 52. *num.* 7. *& per tot.* Mynſ. *cent.* 2. *obſ* 73.
E. ſi malo obuiare nequit, licitè recedere poteſt. In altero caſu

94. Limitanda † videtur concluſio primò: vt ſi debitor cenſitus domi ſecurus potuiſſet viuere, etiam ſub jugo hoſtili, bonis ſuis vti & frui, vel ad illa iterum reuerti, ſine magno ſuo periculo & incommodo, quod tunc non ſit excuſatus à præſtandis cenſibus. Quem-
95. admodum † vidimus ſuperioribus annis, in quibuſdam locis ſubinde ab hoſtibus fuiſſe ciues in ciuitates deſertas & derelictas reuocatos, & ſaluum conductum atque ſecuritatem ipſis promiſſam. Alibi modico redemptionis pretio fuerunt recepti, an vilen orthen/ inquit Dominus Renatus *n.* 79. kan man ſich mit dem Feind vmb ein leydenliche Schatzung abfinden/ vñ darauff ſicher hauſen vñ hoffen.
96. Multi (pergit ipſe †) debitores, præſertim magnates, propter hoſtem bene poſſent vnà cum ſubditis ſuis domi manere, qui vltrò ſine neceſſitate recedunt, ea ſola de cauſa, vt ſe ab onere contributionum, & alijs incommoditatibus liberent, ſoluere volunt ſuâ abſentiâ cenſus, & alia debita, & tamen nihilominus de prædijs & ditionibus ſuis, earumq; prouentibus tantùm percipiunt, vt apud alienos Lares liberaliter viuant, & ſubinde tempore pacis, ſi domi fuiſſent, deductis cenſibus & debitis, tantundem pro ſua ſuſtenta-
97. tione non habuiſſent. Ex quo infert † & concludit, quod non de vnoquouis, qui bona ſua ſub prætextu belli & hoſtilis incurſus deſeruit, dici queat, quod propter latronum potentiam non poſſit poſſidere, adeoque de eo, quod non poſsideat, nec cenſum ſoluere debeat. Ego hoc loco † Domino Renato facile aſſentior, quod in
98. iſto particulari caſu, quo domini relictis domi ſuis miniſtris & oeconomis, adhuc fuerint gauiſi bonis, eorumque prouentibus, à cenſibus ſoluendis minimè ſint excuſandi, ſed cum per alios poſſideant, perinde habendi, ac ſi ipſimet poſsiderent, *argr. c. qui facit 72. de R. I. in 6. L. ita 5. §. quod ſi quis 3. ff de adminiſt. & peric tut.*
99. Deinde † ego ipſe, qui ſub iugo hoſtili per duos annos & amplius vixi, in diſtrictu & vicinia iſta expertus fui, quod ex ciuibus & incolis plurimi propter metum hoſtis in loca tutiora ſe receperint, ſed poſtea ſat multi iterum ad bona ſua redierint, & ſoluto officialibus Suecicis redemptionis pretio ſecuri, ad vſque aduentum Cæ-
100. ſareanorum, vixerint. Noui non paucos, qui † in montanis, & in ſecuritate conſtituti genio ſuo liberaliter indulſerunt, atque cor-

qui

qui pertranſferunt metum in cunctationibus vehementer rogitârunt, vt curam ædium & prædiorum ſuorum haberent, poſtea autem, cum diu præſentes abſentibus gratificati eſſent, pondus diei, id eſt, miſerias & ærumnas belli ſoli ſuſtinuiſſent, & incendij condonati æſtimationē, vulgo die Brandtſchatzung, illa ſpe ducti ſoluiſſent, quod quiſque abſentium cum tempore pro ſua rata contribuere, & expoſita refundere deberet, nihil poſtea niſi jocos & ſalſa dicteria retribuerunt. Quod † mihi durum, iniquum & inhumanum videbatur, vt videlicet illi, qui non tantùm ſuas, ſed & vicinorum, conciuiumque ſuorum ædes ab incendio & interitu conſeruâſſent, ſeipſos in gratiam aliorum ſuis pecunijs, vaſis argenteis, aliaque pretioſa ſupellectili, imò fere alimentis priuâſſent, non vllam repetitionem haberent. Nam † cum geſſerint commune totius ciuitatis, ciuiumque, non minus abſentium, quam præſentium negotium, quid obſtat, quò minus eis actionem negotiorum geſtorum concedamus? 101. 102.

Quamuis † autem, vt dixi, abſentes, qui propter timorem hoſtilem bona ſua dereliquerunt, conciuibus ſuis præſentibus, eorum negotia vtiliter domi gerentibus, ex quaſi contractu efficaciter teneantur; non parùm tamen ſubſiſto, an ad cenſus merè reales ſoluendos obligati ſint, nec ne, ſaltem in ijs caſibus, quibus ex juſta cauſa emanſerunt, vel ſine magno incommodo & periculo redire nequiuerunt. Eſto † enim, quod hoſtis ſecuritatē promiſerit, nihilominus tamen fidere nemo potuit, quia ſæpe doloſè egit, notum eſt illud Virgilij: 103. 104.

Dolus an virtus, quis in hoſte requirat?

Multi ad propria reuerſi, magnaque pecuniæ ſummâ expoſitâ, quā diutiſſimè in locis tutioribus ſine omni incommoditate viuere potuiſſent, recepti quidem, ſed poſtea exactionibus, atque militum hoſpitationibus ita exhauſti fuerunt, vt inopia, metu, conſternatione, curis paulatim conficerentur, lentaque morte afficerentur.

Quemadmodum † accidit duobus integerrimis amicis meis, qui Ingolſtadio & Oeniponto reuerſi ſatis diu inſatiabilibus ſuis hoſpitibus, etiam cum proprij genij defraudatione, indictas colle- 105.

ctas ſoluerunt, quas cum diutius præſtare, & tamen ferocitatem militum ſufferre non poſſent, tandē metu conſternati, curiſq; confecti dum diſceſſum exiliumq; meditarentur, febri correpti, atq; vno eodemque quadrante horæ defuncti, vnico tumulo fuerunt ingeſti, quorum animæ in pace requieſcant, & DEO felices viuant. Aliqui

106. † præ multitudine prædonum & latronum, vias publicas infeſtantium, alij propter ſeruitia Dominis ſuis abſentibus, & in exilio conſtitutis præſtanda, redire nequiuerunt, vel ſi reuerti potuiſſent, illud ſaltem timere debuerunt, ne ſecreta domini ſui prodere hoſtibus cogerentur. Plures † ſperabant redemptionem in ſingulos

107. menſes, & propter dubium euentum inter ſpem & metum ſeſe foris

108. continebant. Nonnulli † rationabiliter ita ſecum diſcurrebant: fieri non poteſt, vt hoſtis omnia loca à ſe occupata tueatur, ſuperuenient igitur noſtri, & armata manu ingratos illos hoſpites expellent, quod fieri non poteſt abſque graui noſtro periculo. Et reuera ita euenit. Nam quod hoſtes auſi non fuerunt, id hoſtiles & crudeles amici, quorum aduentum multis ſuſpirijs & lachrymis præſtolabamur, attentare veriti non fuerunt, maiora damna tribus menſibus inferentes, quam hoſtes tribus annis.

109. Quæ † cum ita ſint, nemo non videt, limitationi noſtræ locum non eſſe, ſi debitores cenſuum abſentes ob veriſimile periculum, & graue incommodum ad prædia cenſualia reuerſi non fuerunt.

110. Limitatur † autem concluſio ſecundò: vt re cenſuali etiam ab hoſtibus occupatâ debitor nihilominus ad cenſus ſoluendos teneatur, ſi in ſe caſum fortuitum belli ſuſcepit, per tradita Valaſci

111. *num.* 14. & Molinæ *loc. cit.* Ratio: qui † ſi valet pactum, vt cenſus nihilominus ſoluatur, ſi prædium cenſuale in totum extinguatur, vt dixi ſupra *p.* 1. *q.* 11. *n.* 25. quantò magis in eum euentum, ſi ab hoſtibus tantum occupetur: videtur enim eo in caſu debitor ſeſe perſonaliter obligaſſe, & ex cenſu merè reali mixtum feciſſe.

112. Limitatur † tertio: niſi in inſtrumento obligationis debitor renunciauerit omni legum auxilio, per quod ſe poſſit à præſtatione cenſuum liberare, tunc enim non iuuabitur etiam ex belli cauſa, vide Aluar. Valaſc. *loc. cit. n.* 19. & Thom. Maul. *n.* 96. vbi diſtinguunt.

guunt' Sed ego † amplius diſtinguendum, & hanc limitationem, quemadmodum etiam priorem non ſimpliciter admittendam puto, prout in p. 3. plenius fortaſſis examinabo. 113

Limitatur † quartò: niſi conſuetudo regionis ſit, vt fundo cenſuali ab hoſtibus occupato ſoluatur cenſus, per tradita Aluari Valaſci *num.* 15. vbi Rationem talem ponit: quia conuentiones partium à conſuetudine regionis regulantur, *argt. L. ſemper in ſtipulationibus ff. de R. I. L. circa C. de locat*, *vide Molin. loc. cit.* 114

Limitatur † quintò: niſi aliquis Princeps, vel potens reſp. cenſum deberet, & bellum ipſius causâ & culpâ motum fuiſſet, *per tradita Valaſci n.* 17. *Molin. loc. cit.* Ratio: quia caſus, quem culpa antecedit, non liberat, *L. ſi vt certò §. ſed interdum §. cæterum ff. commodati.* Ratio † alia: quia nec ſimplici conductori, impedito frui ex facto proprio, fit remiſſio mercedis & penſionis, *L. ſi in lege §. ſi dominus L. dominus §. ſ. ff. locati.* nec emphyteutæ in hoc caſu, *Valaſc. loc. cit. Manlius n.* 66. Ratio tertia: quia † ſupra *p.* 1. *q.* 11. *num* 15. *& ſeqq.* fuit dictum, ſi res cenſualis culpâ debitoris prorſus intereat, quod non liberetur. E. etiam tunc, ſi culpâ ipſius ſit ab hoſtibus capta, vtpote quod cauſam bello dediſſet, vel ſi exercitu veniente non reſtitiſſet, cum bene poſſet, Aluar. Valaſc. *loc. cit. num.* 20. Quò faciunt ea, quæ in ſimili tradit Andreas Khol *de ſeruit. feudal. p.* 1. *n.* 124. ſi feudum † ab hoſtibus regni, ſiue principatus occupatum fuerit, vaſallum feudo deſtitutum pro eo ſeruire minimè teneri. Si tamen dominus, illius feudi recuperandi gratiâ, contra hoſtes arma moueat, & vaſallus aliunde habere poſſit ſumptus, ſeruitijs exhibendis neceſſarios, omninò ſeruire teneatur. Cum enim ad ipſius commodum expeditio ſuſcipiatur, oportebit eum onus quoque ſuſtinere, *L. ſecundum ff. de R. I.* Cumque eo ipſo, quia Dominus in hoſtes feudum detinentes mouet, ſubſit facultas recuperandi feudum, certè niſi vaſallus ſpoliatus vnà proficiſcatur, & ſeruitia exhibeat, videbitur per ipſum ſtare, quò minus recuperetur feudũ, is autem demum à ſeruitijs excuſatur, per quem non ſtat, quò minus recuperetur feudum, Schrader. *p.* 6. *c.* 6. *n.* 32. Hac † de cauſa ſcio, aliquos valde fuiſſe indignatos illis equitibus, & equeſtris or- 115 116 117 118 119

dinis debitoribus, qui hoſte ingruente ſtatim fugerunt, & non modò vxores & liberos, ſed etiam equos & arma in montana abduxerunt, quibus ſi vel ſeruos ſuos inſtruere, & cæteris copijs militaribus adiungere voluiſſent, non paruam cladem hoſtibus intuliſſent. Sed quia maluerunt in otio & inertia viuere, atque genio ſuo plus, quam communi bono indulgere, factum eſt, vt famelici reuerterentur, & miſeriores cæteris, etiam proprijs ſuis ſubditis, diu ærumnis bellicis expoſitis, adhuc hodie egeſtate premantur.

120. Limitatur † ſextò: niſi tempore exiſtentis, vel imminentis belli
quis cenſum vendidiſſet, per tradita in patrocinio debitorum *decad.*
3. q. 8. per tot. Aluar. Valaſc. *l. c. n. 28.* vbi Rationem reddit: quia
ſibi imputare debet, qui conſcius periculi ſe periculo ingeſſit, *L. quæ*
121. *bona §. de ſtip. ff. de damn. inf.* Sublimitat † tamen: niſi ſuperueniret
caſus inſolitus, & maior, quã eſſet tempore, quo cenſum vendidit,
Mauk. *num. 67.* Plures alias Limitationes examinabo forte *in p. 3.*

122. Conclvsio secvnda: quando † res cenſualis non in totum,
ſed pro parte tantùm, vel ex pluribus prædijs cenſui ſubiectis non
omnia, ſed vnum aut alterum duntaxat fuit ab hoſtibus occupatũ,
tunc inſpecto jure communi, ſiue naturâ aliorum jurium realium,
& mente contrahentium, cenſus adhuc integri debentur: inſpectâ
autem bulla Pij V. & peculiari naturâ cenſibus attributâ cenſus
pro rata remittuntur. vide quæ ſcripſi ſupra *p. 1. q. 11. à n. 86. vſque*
123. *ad n. 124.* vbi † hanc ipſam concluſionem in naturali interitu rei
cenſualis feci. E. idem juris erit in interitu ciuili. & interpreta-
124. tiuo. Ratio † alia eſt: quia graſſatio hoſtilis non extendit ſe latius in occupatione fundi, quam ipſa graſſatur, nulla habita penitus ratione terminorum, qui jure conſtituti ſunt, Ioach. Hopper. *ad Inſtitut. de obligat. ...* *lib. 4. rub. de effect. empt. & vendit. f.*
150 vbi allegat L. nemo §. vlt. ff. de acquir. poſſeſſ. E. pro ea parte, qua
prædia cenſualia non ſunt occupata, non reputantur extincta. Ra-
125. tio † tertia à ſimili deducta: quando res emphyteutica caſu fortuito non omninò perit, ſed ex parte tantùm, tenetur emphyteuta ſoluere integram penſionem, *L. 1. C. de jure emphyt. § adeo. inſt. de locat. & conduct. Aluar. Valaſc. q. 27. num. 3. Molina diſput. 454. num. 3.*

E. etiam

E. etiam tunc, ſi res cenſualis non omninò perit, integer cenſus debebitur. 125.

CONCLVSIO TERTIA: quando † debitor cenſitus ſpoliatur re cenſuali, & tamen ſpem habet eam recuperandi, in puncto juris veriorem eſſe ſententiam, quod cenſus non ſit remittendus, arbitratur Clariſſimus Dn collega meus Doct. Paſcha *in theſib. ſuis de annuis redditib. theſ.* 33. *&* 34. per Rationem: quia † canon emphyteuticus non remittitur emphyteutæ, quando priuatur & ſpoliatur re emphyteutica ſub ſpe illam recuperandi, Molina *de Iuſt & Iur. tract.* 2. *diſput.* 454 *n* 9. Aluar. Valaſc. *de iur. emphyt. q.* 27. *num.* 20. Iul. Clar. *§. emphyteuſis q.* 8. *n.* 6. Thomas Maulius *de locat. & conduct. c.* 6. *n.* 63 *f.* 52. Vnde Aluarus Valaſcus diſtinctionem aliorum Dd. reprobat, & putat, non eſſe diſtinguendum, vtrum bellum breui, an multo tempore durauerit, dummodo ſpes fuerit belli finiendi, *dict. n* 20 *verbis fol.* 435. Si igitur hoc in emphyteuſi, cur non etiam in cenſu? Huc facit, quod tradit † idem Molina *diſput.* 391. *n.* 3. *clauſ.* 8. *verſ quo loco* illam rem dici infructuoſam, quando prorſus impotens facta fuit ad fructus in futurum reddendos, vt quia prædium non ad tempus vi tempeſtatis, ſed ſimpliciter, & abſque ſpe remedij, à mari v. g. occupatum eſt. E ſimiliter pro deperdito, vel infructuoſo non habebitur, niſi ab hoſtibus ita occupetur, vt nulla ſpes ſit recuperandi.

126.

127.

128.

Ego in † hac quæſtione non parùm ſubſiſto, propterea quod per ſolam alienationem & venditionem prædij cenſualis debitor liberetur à præſtatione cenſus merè realis, (de quo nobis hoc loco ſermo eſt) quemadmodum oſtendi ſupra. *p.* 1. *q.* 7. qui tamen poteſt habere ſpem recuperandi prædij venditi, ſi cum pacto redimendi vendiderit. Similiter † ſi antiquior creditor, qui prædium cenſuale ſibi pignoris nexu obligatum habet, poſtea jus dominij impetrauerit, haud dubiè debitor à cenſu merè reali præſtando liberatur, non obſtante, quod ſpem habeat recuperandi rem ipſam, ſi intra biennium offerat creditori debitum, vnà cum eo, quod intereſt. *L. f. §. & poſtquam. C. de iur. dom. impet.* Si igitur hoc verum in alienatione voluntaria, & apprehenſione judiciali, cur non etiam in occupatione hoſtili?

129.

130.

Ad

131. Ad Doctores † in contrarium allegatos quod attinet, loquuntur illi non de eo caſu, quando fundus emphyteuticus ab hoſte fuit occupatus, (tunc enim infallibiliter tenent penſionem non deberi, *Valaſcus dict. q. 27. n. 13. §. Vſum*) ſed de eo tantùm, quando quis fundum ingredi non poteſt propter hoſtiles incurſiones, vel quando fructus non colliguntur ob bellorum impedimenta, ideo
132. ipſorum auctoritas me non multùm mouet. Niſi argumentum † à contrario ſenſu (quod tamen non valet, ſi abſurdus ſequatur intellectus) ex verbis eorum hoc fore modo eſſet eruendum: quando emphyteuta ſpoliatur re emphyteuticâ, quæ poſſideatur ab hoſtibus, abſque ſpe recuperandi, tunc ex mente Doctorum emphyteuta à penſione liberatur. E. à contrario non liberatur, ſi ſubſit ſpes recuperandi. Quod an voluerint præfati auctores, mihi certè non
133. conſtat. Si † dicas, in eo caſu, quando emphyteuta vel cenſitus ſpoliatur re emphyteutica, vel cenſuali, ſub ſpe illam recuperandi, manere illos rei emphyteuticæ & cenſualis dominos, rem autem
134. ſuo perire domino. Reſpondeo † vt ſupra, ſi res pereat, eam quidem perire domino, ſed quia illi inhæret cenſus merè realis, tanquam ſubiecto, ideo ſubiecto perempto perire accidens ei inhærens, quod quia creditoris erat, ipſi non debitori perit.
135. Deinde † diſtinguo: vel juſtum eſt bellum, vel injuſtum: ſi juſtum, tunc extra controuerſiam dominium ſtatim poſt occupationem amittitur. Si injuſtum, tunc iterum debitor, ſi non ipsâ actuali hoſtili inuaſione, ſaltem habendo rem pro derelicto domi-
136. nium amittit. Propterea inconueniens † videtur, vt bellum juſtum, & ſubſecuta occupatio prædiorum cenſualium liberet cenſitum à cenſibus merè realibus ſoluendis, & tamen non idem operetur bellum injuſtum, cum in vtroque caſu quoad debitorem perinde ſit, atq; ſi prædia amplius non extarent. vide notata ſup. *ampl. 1. concluſ. 1.* Vt itaque me ex hac difficultate expediam; breuiter ita ſentio: ſi ſubeſt † ſpes certa & propinqua recuperationis, tunc
137. cenſus cenſitori non ſunt remittendi, preſertim ſi ex poſtfacto conſtet, occupationem iſtam non diu duraſſe. Ratio eſt: quia † inun-
138. datio naturalis jus cenſûs non tolleret, ſi aqua ſtatim à prædijs cenſualibus

hoſtibus iterum diſcederet. E. neq; inundatio iſta militaris, quia occupaſſe non cenſetur, qui ſtatim iterum regreditur, ſicut in ſimili dici ſolet: abeſſe non videntur, qui ſtatim reuertuntur, *gl. ad L. prædia. 27. §. af. fin. §. de fund. inſtruct.* non videtur vixiſſe, qui ſtatim mortuus eſt, Mynſ. *cent. 5. obſ. 74. n. 6.* Si verò † ſpes recuperationis 139.
ſit valde incerta, & remota, ſi dubitetur de hoſtium diſceſſu, & fine belli, tunc vtique cenſus remittendi, per tradita Valaſci *loc. cit. §. procedat.* vbi putat, in eo caſu, etiamſi emphyteuſis non ſit occupata ab hoſte, ita vt in eo pedes figat, ſed propter eius infeſtationẽ tantùm inculta relinqui debeat, remiſſionem canonis emphyteutici faciendam eſſe. Quod † mihi potiſſimum videtur verum, 140.
quando ex poſt facto apparet, iſtam occupationem aliquot annis duraſſe, & hoſtem non niſi cum magna difficultate repelli potuiſſe.

Conclvsio † qvarta: Si hoſtibus repulſis debitor cenſitus 141.
prædia cenſualia iterum receperit, denuò ad ſolutionem cenſuum obligatus erit, idque per textum in *L. 26. ff. quib. mod. vſuf. amitt.* vbi dicitur: ſi ager ab hoſtibus occupatus liberatus fuerit, jure poſtliminij reſtituetur vſusfructus. vbi notat Gothofredus: jus poſtliminij non tantùm in liberis perſonis, ſed etiam in ſeruis & agris locum habere. Quod de vſufructu † dictum eſt, idem in alijs ſerui- 142.
tutibus obtinet, vt videlicet loco ſublato extinctæ iterum reſtituantur, ſi locus in priſtinum ſtatum fuerit reſtitutus, vide *L. ſi locus. 14. in pr. ff. quemad. ſer. amit. L. ſi teſtamento 30. ff. de ſeruit. vrb. præd. L. vnus 34. §. f. cum L. ſeq. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. L. cum vſumf. 24. ff. quib. mod. vſuf. amit. L. ſi ager 23. ff. eod. L. qui vſumfructum 36. in pr. ff. de vſuf. L. ſi in area 17. ff. eod. L. ſeruitutes 19. §. ſi ſublatum ff. de ſeruit. vrb. præd. VVeſenb. in paratit. n. 4. ff. quemadmodum ſeru. amitt.* Cum itaque † ſupra *p. 1. quæſt. 16. & 12.* ſæpè argumentum ab alijs juribus 143.
realibus ad cenſum fuerit ductum, ideo & hoc loco, cum non appareat diuerſitatis ratio, commodè duci poterit. Confirmatur † inde: ſi ſeruus promiſſus ab hoſtibus captus ſit, hic interim, 144.
quamdiu in captiuitate eſt, peti non poteſt, ſed ſi redierit poſtliminio, rectè tunc petetur, *text. in L. qui res ſuas 98. §. aream 8. verſ. diuerſum ff. de ſolut. & liberat.* vbi Gothof notat, captiuitatem jus captiui hominis perpetuò non mutare, & quia ſpes poſtliminij fa-

cit, vt liber eſſe poſſit, ceſſare hoc caſu magis obligationem, quam extinctam eſſe. Ceſſat dum captus eſt: non eſt extincta, cum reuerſus.

145. Sed jam † vlterius quæritur: vtrum cenſus primùm de nouo incipiant currere, an verò etiam debeantur illis annis, quibus in manibus hoſtium fuerunt?

146. Pro affirmatiua † facit Primò: quod in feudo Cameræ, ſi illa certis annis ſit exhauſta, vbertate ſuperueniente vaſallo præſtanda ſit omnis, etiam præteriti temporis vtilitas, Gothof. *ad tit.* 58. *de noua feud. in pr.* ſi hoc in vaſallo, qui gratuito titulo præſtationes recipit, quantò magis in debitore cenſito?

147. Facit † ſecundò ratio iſta: tantum valet occupatio hoſtilis quoad remiſſionem cenſuum, quantum incurſus & infeſtatio quoad remiſſionem canonis emphyteutici (ſic enim ab vno ad alte-
148. rum ſæpe argumentum ductum eſt) atqui ſi bellum † modico tempore duret, tunc abſque dubio non eſt facienda remiſſio canonis, *arg. L. 1. ad f. C. de iur. emphyt. arg. L. habitatores, ibi: paulò minus commodè ff. locati L. ex conducto §. ſi vis. &. idemque ff. eod.* Aluar. Valaſc. *diſt. q. 27. n. 19.* Maulius *c. 6. n. 69.* vbi tradunt, breue tempus eſſe infra biennium, longum, ſi durauerit per tres annos & amplius.

149. Facit tertiò † hoc; quod perinde ſit prædia infrugifera eſſe facta, vel ab hoſtibus occupata: atqui tunc, quando res cenſualis ſecundum nullam ſui partem ſit abſolutè & in perpetuum, ſed tantùm ad tempus infrugifera reddita (v. g. ſi flumen ripis perfoſſis agros occupauit) manet ſecundum ſe totam, & ſecundum omnes ſui partes pro penſione obligata, Leſſius *l. 2. c. 22. dub. 12. num. 88.* E. etiam tunc, ſi ab hoſtibus ſit occupata.

150. In contrarium † & pro negatiua faciunt, notata ab Andrea Fachinæo *lib. 1. controuerſ. c. 90. in f.* vbi tradit: ſi res emphyteutica ab hoſtibus ſit occupata, idem omninò eſſe, ac ſi perijſſet *pro eo tempore* quo impeditur poſſideri, & in poteſtate hoſtium reperi-
151. tur. Huic ſimile eſt † quod ſcribit Aluarus Valaſcus *de iure emphyt. q. 27. n. 20. in f.* vbi putat, etiam tunc, quando prædia emphyteutica non omninò ab hoſtibus ſunt occupata, ſed propter incurſum

hoſtilem,

hoſtilem, vel alia belli impedimenta tantùm neglecta, & inculta, quod debeat ſecundum communem opinionem canon remitti, eaque retentâ pro certo haberi, ceſſante bello emphyteutam in antiqua obligatione manere, *& pro rata ſolùm temporis*, quo fundus coli non potuit, remiſſionem fieri, *per L. ſi fundum C. locat.* Idem de inundatione † naturali ſcribit Ioan. Harprecht *in addit. ad Iul. Clar.* 152.
§. emphyteuſis q 8. *n.* 28. his verbis: firma igitur ſubſiſtit concluſio, quod emphyteuta propter inundationem, quâ ager emphyteuticus totus ſubmergitur, à canonis ſolutione liberetur, *per id temporis ſpatium, quo inundatio durauit.* Cum itaque occupationem hoſtilem hactenus æquiparauerim inundationi aquarum, & naturali rei interitui, ideo ſua ſponte prodit

CONCLVSIO † QVINTA: quod ſi prædium cenſuale poſtlimi- 153.
niò receptum ſit, cenſus reſtituitur, quoad futurum, non etiam præteritum hoſtilis occupationis tempus.

Ad primum † in contrarium allatum Reſpondeo: Cameram 154.
exhauſtam non haberi pro extincta, ſed infrugifera tantùm reddita. Ad ſecundum, † occupationem hoſtilem longè plus, quam 155.
incurſionem & infeſtationem valere: illa pro interitu, hæc pro ſterilitate tantũ enormi habetur. Itaq; licet ad remiſſionẽ ratione infeſtationis faciendã requirat Valaſcus *n.* 19. *§. declara ſeptimò*, vt bellum non modico tempore durauerit, tamen quoad occupationem, quando ager emphyteuticus fuit bello captus. *n.* 13. *§. Verum omiſſa* prorſus non diſtinguit. Ego in fine concluſionis tertiæ, aliqualem diſtinctionem dedi, quam ibidem vide. Ad † tertium di- 156.
co, prædia ab hoſtibus occupata non modò infrugifera, vel ſterilia (pront accipere videtur Leſſius *loc. cit. n.* 88.) ſed etiam extincta cenſeri. Deinde nos hic non verſari in caſu, quo res cenſui ſubiecta in dominio debitoris manſit, de quo Leſsius *inf. n.* 88. loquitur, ſed quando in poteſtatem & dominium hoſtium tranſijt.

Atq; hæc de prædijs cenſualibus ab hoſtibus occupatis. Quid 157.
ſi † autem debitor cenſualis ipſe ab hoſtibus ſit deuictus, & ſub iugum redactus, anne propterea à ſolutione cenſuum, aliorumq́; debitorum liberatur? Ad hoc Reſpondet Dn. Zorerus *q.* 14. *n.* 1259.

O 2 dum

158. dum bellum inter Principes viget, quod illi, qui his Principibus ſuppoſiti ſunt, ad inuicem non liberentur ab ijs, quæ alter alteri debebat, ad quod allegat Beriachin. *in repert. lit. B. G. bellum. §. bellum donec.* & pacificat. Pragenſ. §. Was dann bey diſer ab anno &c. &
159. §. Was in diſem FridenSchluß Similiter Dominus † Doct. Paſcha theſ. 43. bello, inquit, juſto deuicti ſubſunt quidem victori, interim non liberantur cenſu, quo erga priuatos obſtricti erant, ante ſubiectionem illam, ſiue perſonalis ille ſit, ſiue realis, quando non tranſijt ſpeciali jure in fiſcum victoris. Poteſt ergo creditor, aut cenſus emptor, & ipſe victus à ſuo debitore, ſeu cenſus venditore, licet victo, cenſum exigere & recipere.

160. Quid ſi † autem creditor ſubſit hoſti victoris, an ideo liber erit à cenſu debitor victus? ad hoc Reſpondet *idem ibid.* eum qui hoc affirmet, rerum commercia impedire, & jus gentiū violare. Quamuis enim quandoq; arreſta per victorem imponi non ſit dubium, eorum tamen juſtitia alio debet niti fundamento, quam quod ex contractu cenſuali deduci poſſit. Vide de hoc Dom. Zorer. *q. 14. n. 1257.* & quæ ſcripturus ſum in conflictu creditorum & debitorum ſuper ſolutionibus hoſti factis.

QVÆSTIO IV.

Vtrum modernis calamitoſis debitoribus dilatio ſaltem ſit concedenda, ſi non liberatio.

1. HActenus † ad longum oſtendi, quod calamitas belli, & deuaſtatio prædiorum, ſi rigorem juris ſeqni velimus, obligationem cenſuum non tollat: videndum nunc ſequitur, an non ſaltem
2. ſolutionem retardet, & dilationem tribuat. Multi † enim ex debitoribus ſunt, qui creditorem à petitione debiti non prorſus volunt ſubmouere, ſed tantùm eouſque repellere, donec prædia cenſui ſubiecta iterum ad frugem reuertantur. Quæſtio † itaque eſt:
3. an creditores debeant vſque ad meliora tempora expectare? Hac in-

in re † mihi videtur illa diſtinctio adhibenda: vtrum penſio promiſſa ſit ex certo aliquo prædio præciſè, taxationis ſeu limitationis causâ appoſito, an verò ſimpliciter & indiſtinctè, juxta vulgarem prædij aſſignandi modum. Deinde: vtrum † debitor aliunde aliquid præſtare poſſit, an verò calamitate belli ita depauperatus ſit, vt ſi cenſus ſoluere vellet, ipſe cum ſuis egere deberet, neque congruam ſuſtentationem amplius haberet. Tertiò: † vtrum ſermo ſit de jure communi, & lege jam lata, an verò de priuilegio à Principe impetrando. Iuxta varietatem harum diſtinctionum varias concluſiones formabo. 4. 5. 6.

Conclvsio † prima: Si reditus annuus conſtitutus fuit præciſè ſuper certis bonis, & promiſſus ex fructibus alicuius fundi, limitationis ſeu taxationis causâ appoſiti, qui tamen nullos prouentus vel fructus attulit, tunc debitori dilatio eò vſque concedenda eſt, donec iterum fructus naſcantur. Ita intelligo Cenci. *tract. de cenſ. p.* 1. *c.* 3. *q.* 2. *art.* 3. *n.* 11. vbi ait: quod debitori ſpatium ſit indulgendum, dum ex ſequentium annorum prouentibus poſſit ſoluere debitos cenſus. prout eum allegat Renat. *n.* 55. *l. d d.* in eundem ſenſum accipio, quæ tradit Dominus Zorer *q.* 1. *n.* 109. vbi ad hoc allegat *text. in L. nihil peti* 186. *ff. de R. I. L. ſi ex legati* 23. *ff. de V. O. L. nec emptio* 8. *L. Fiſtulas* 78. *§. Vlt. ff. de contrah. empt. L. Verborum* 107. *ff de ſolut. L. quod te mihi* 5. *ff. de reb. cred. & ibi Gothof.* Præter hos autem 7.

Facit † primò textus *in L. Firmio* 26. *in pr. ff. quand. dies leg. ced.* vbi cum quis quinquaginta ex reditu prædiorum ſuorum legaſſet, & poſtea non percepti fuiſſent ex fructibus fundi tot reditus, qui ſufficerent ad relictæ pecuniæ præſtationem, reſpondit I C. Papinianus, vbertatem eſſe neceſſariam anni ſecundi, *gl. ibid. in Verb. fructibus*, quod Gothofredus ita explicat, vt anni ſequentis vbertas expectanda ſit. Ex quo textu Schraderus *in tract. ſuo de contractib. rub. de V. O. n.* 85. *& ſeqq.* deducit: ſi quis ex fructibus alicuius fundi annuum quid dare promiſerit, eum non prius ad ſoluendum conueniri poſſe, niſi tunc demum, cum fructus nati atque percepti fuerint. 8.

9. Facit † ſecundò textus *in L. inter ſtipulantem* 83. §. *ſacram.* §. *ſi ſtipulatus ff. de V. O.* vbi dicitur: ſi ſtipulatus fuero ex fundo centum amphoras vini, expectare debeo, donec naſcantur (*ecce dilationem*) & ſi natum ſine culpa promiſſoris conſumptum ſit, rurſus expectare debeo, donec iterum naſcatur, & dari poſſit.

10. Facit † tertiò textus in *L. interdum* 73. *ff. eod.* vbi Paulus IC. Rationem reddit: quia interdum pura ſtipulatio ex reipſa *dilationem* accipit, vt ſi fructus futuros quis ſtipulatus ſit, tunc enim incipit actio, cum per rerum naturam præſtari poteſt.

11. Faciunt † etiam notata Gothofredi *ad L.* 1. §. *f. ff. de condit. & demonſtrat.* vbi dicit: quod fructibus legatis *expectare* debeat legatarius, donec fructus naſcantur, & per rerum naturam præſtari poſſint. Ex quibus textibus infertur: quod creditor annuæ præſtationis (conſequenter & cenſus annui) ex certo prædio, eiuſque fructibus, expectare ſaltem debeat, donec poſtea fructus tanti, vel quanti relictæ pecuniæ reſpondent, naſcantur *d. L.* 26. *in pr. & ib. Goth.* §. *videri lit. d.* §. *expectabitur.*

12. Facit † denique textus feudalis *rub. de notis feud. tit.* 58. *lib.* 2. *feud.* vbi dicitur: in feudo, quod de cauena vel de Camera dicitur, non debet dari, niſi cum ſit in Camera, vel cauena, vnde ſolui poſſit, vel ſi ita euacuata ſit cauena, ſine culpa promiſſoris, expectandum eſt, donec iterum de cauena, vel de camera dari poſſit. vbi notanda eſt

13. Limitatio † dummodo ſine culpa promiſſoris nihil ſolui poſſit. Ratio: quia ſi culpâ Domini camera damnum ſenſiſſet, vel exhauſta fuiſſet, tunc vtut deſtituta vel inops ſit, Dominus ſoluere cogitur, *Gothof. ibid.* Idem ergo videtur, ſi agri culpa debitoris fructus nullos attuliſſent.

14. Quid ſi † autem ex pluribus fundis debitoris cenſiti vnus nullos, alter verò conſuetos fructus ferat: vel ex pluribus Cameris, vel cauenis Domini, vna tantùm ſit exhauſta, altera non ſit, quid tunc juris? ad hoc Reſp. ſi illa ipſa eſt exhauſta, quæ inſerta eſt contractui cenſuali, taxatiuè, & cum reſtrictione ad illam celebrato, tunc pro hic & nunc nihil præſtabitur venditori, ſiue creditori. Ratio, quia id ipſum Doctores de feudo Cameræ & cauenæ docent, vide

Gothof.

Gothof. *ad dict. text. iur. feud.* Ego propter ſimilitudinem rationis ad cenſum extendi poſſunt.

Conclvsio † Secvnda: Si prædium aliquod, vel telonium, vel officium quæſturæ, vel etiam Camera aut cauena debitoris, venditioni cenſus ſit appoſita, non limitationis vel taxationis, ſed demonſtrationis tantùm cauſâ, vt ſciat creditor, vbi cenſus petere, & accipere debeat, in eo caſu, vtcunque locus ſit exhauſtus, tamẽ ſi alter nõ ſit, præſtatio annua nihilominus ſoluetur, *arg. L. vlt. ff. de contrah. empt. & quæ notant ibid. Dd. L. quod à teſtamento. ff. de leg. 1.* 15.
Ratio: † quia id ipſum in feudo de Camera & Cauena traditum legitur. *Gothof. loc. cit.* E. multò magis in cenſu, qui gratuitus non eſt, ſed titulo oneroſo comparatus, obſeruandum. 16.

Conclvsio † Tertia: Si cenſus vulgari modo ſit venditus in, ex, vel ſuper prædio Tuſculano, vel quouis alio, & prædium vno vel altero anno nullus fructus ferat, debitor autem aliunde cenſus præſtare poſſit, ſolutionem minimè differre, vel retardare poteſt. 17.
Ratio eſt: † quia debitor cenſus non ſe obligat ad ſoluendum reditum præcisè ex fructibus illius fundi ſolùm, ſed ad reddendum ſingulis annis cenſum, vndecunque voluerit, Felician: de Solis. *L. 1. c. 4. n. 5. §. ex quo. v. non obſtat.* vide quæ ſcripſi ſup. *p. 1. q. 4. n. 103. q. 2. n. 106. & q. 12. n. 119.* confer Renat. *n. 68. f. 38. in f. ibi:* Darumb etc. Doct. Paſch. *theſ. 35.* Dominum Zorer. *q. 1. n. 110. ibi.* allein wirdt diſer Einwurff nit platz finden / wann die Erſtattung von anderem Vermögen deß debitoris geſchehen kan / *argt. L. non dubium. 14. §. vlt. & L. qui quatuor. §. vlt. de leg. 3. Gail. 2. obſ. 73. n. 8.* 18.

Quid autem operetur talis fundi aſſignatio ad longum oſtendi *p. 1. q. 4. 5. 6. 7. & 8.* & in compendio dixi ſupra *p. 2. q. 2. n.* confer Dn. Doct. Paſch. *theſ. 32.* vbi † id maximè procedere dicit, quando in inſtrumento obligationis expreſſæ ſunt clauſulæ, vt ſi non ſufficiat res in indiuiduo, alia venditoris ſeu debitoris cenſiti bona cenſui illi ſubiecta ſint, in illo enim caſu præſens concluſio longè minus dubium habet. 19.

Quia † autem ſuper eius deciſione ante paucos menſes duo in iudicio litigabant, lubet hoc loco adſcribere argumenta, quibus vnus & alter vtebatur. Debitor non obſtante, quod ex prædio cen- 20.

ſuali

ſe ... fructus aliquos perciperet, nolebat tamen (licet aliunde poſſet) cenſus ſoluere, ſed ſolutionem ad meliora tempora differre, niſus
21. hoc † fundamento: quamuis ſubinde ex prædijs cenſualibus aliquid vtilitatis perciperet, vel ex agris aliqui fructus naſcerentur, eos tamen pro familia ruſtica in prædio ſuſtentanda non ſufficere, & neceſſe eſſe prouentus omnes in culturam prædij iterum impendere, niſi velit omnia peſſum ire. Si permittatur hæc cultura & melioratio, ipſi debitori & fundo cenſuali commodum aliquod, & cum tempore creditoribus indubitatam ſatisfactionem accedere poſſe.
22. Ad quod † creditor reſpondebat, debitorem benefacere, quod de melioratione bonorum ſuorum cogitet, id autem cum hac moderatione faciendum, vt per hoc creditores non damnificentur. Poſſumus quidem nobis prodeſſe, ita tamen, vt alijs non noceamus. *arg. L. vn. §.7. ff. ne quid in flum. pub. & L. domum. 61. ff. de R. I.* & quod prodeſt debitori petenti, illud eatenus conceditur, quatenus creditorem non lædit, *arg. L. reſcripta. C. de prec. Imp. off. Matth. Coler. de proceſſ. execut. p. 3. c. 9. n. 19.* Et licet aliàs rem meam meliorem facere poſſim, etiam cum damno alterius, tamen vbi alius in re illa jus habet, ibi jus illius lædi non debet, quod iniuriam haberet. Itaque melioratio illa fieri debet intactis rebus & perſonis alienis, *Fern. Vaſq. 1. controu. c. 4. n. 3. in pr. & verſ. paſſim intactis. Ioan. Goedd. Vol. 4.*
23. *conſ. Marpurg. 51. n. 76.* Vnde porrò creditor contra debitorem † ſic inſtabat: ille non eſt audiendus, qui ex damno creditoris auxilium deſiderat, *Theophilus* Gleichrecht *in conſult. iurid. de cont. ex monet. adulr. nouiter exortis decid. f. 14. rat. 3. in f. Ioan. VVolfgang. Hiller in informat. iur. & æqui in re monet. n. 128.* atqui per iſtam dilationem debitor tantùm ſuum & prædiorum ſuorum commodum, creditoris autem ſui incommodum damnum, & detrimentum quæreret, quod eſt contra regulam Chriſtianam, contra rationem, & contra jus commune. Quia lex tam naturalis, quam ciuilis prouidet, ne quis cum alterius jactura locupletur, *L. nam hoc natura. ff. de condict. indeb.* & poſſumus quidem rem noſtram facere meliorem, & ea vti pro lubitu, *L. iure mandata. C. mandati,* modò id fiat ſine læſione juris alterius, *arg. L. domum. 61. ff. de reg. iur. L. vn. §. ſed & ſi. ibi.* dum prædijs ſuis conſulunt ſine iniuria accolarum. *ff. ne quid in flum. pub.*

Debitor

Debitor † autem ſic ſe defendebat: ſi hoc tempore ad ſoluendum adigeretur, tunc ſe neque ſubditos juuare, neque familiam ruſticam ſuſtentare, neque ædificia à ruina conſeruare poſſe. Cum itaque irreparabile damnum ſibi accedat, & ſine notabili ſumptu remederi non poſſit, neque etiam creditor de illo cauere velit, meritò repellendum, & vſque ad meliorationem prædiorum ſolutionem differendam eſſe. Verum † ad hoc Reſpondebat creditor, difficultatem eam debitorem minimè excuſare, qui cauſam difficultati ipſemet præbuiſſet, *per. L. 2. §. ſi quis tamen ff. ſi quis caution. Crauett. p 4. conſil. 717. n. 17.* dum ſolutionem cenſuum multis annis diſtuliſſet: faciliusipſi futurum fuiſſe, vnius vel alterius anni cenſum ſoluere, quam de tot jam cumulatis, & multorum annorum lapſu decurſis ſatisfacere. Fruſtra proinde damnum ſecuturum objicere, qui ipſe cauſam præbuerit, *per L. exceptione 67. ff. de fidejuſſor.* ille enim non exiſtimatur damnum ſentire, qui ſuâ culpâ in id incidit, *L. quod quis ff. de R. I. Vult. Vol. 4. conſ. Marpurg. 36. num. 47.* Cumque † allegaſſet, ſe neceſſitate premi, & de alimentis certare, porro ſic perrexit: Iniquum eſſe, ſi debitor commodum ſuum promouere velit, creditorem autem deſerere, parumque ad hoc attendere, vtrum ſuſtentationem ſuam habeat, nec ne. Si quis † creditorum in facultatibus poſitus neceſſaria ſuſtentationis remedia habeat, & meliorationem prædij cenſualis expectare valeat, eum ex Chriſtiana charitate dilationem indulgere poſſe, non tamen ex juſtitia debere. Si verò creditor alimentis deſtituatur, neque charitatem Chriſtianam, neque rationem hoc poſtulare, vt creditor ſuum debitori, pro ipſius commodo, in manibus relinquat, atque vnà cum ſuis famem & egeſtatem patiatur. Charitatem ordinatam à ſeipſo incipere, *L. præſes prouinciæ C. de ſeruit. & aq.* vbi crudelitate proximum, & durum eſſe dicitur, ex tuis prædijs aquam ortam ſitientibus tuis agris ſubtrahere, & ad aliorum vſum propagari: Seipſum negligere, & alienum commodum procurare *gl. ad d. L. & Gothof. lit. n.*

24. 25. 26. 27.

Hæc ſunt argumenta, quibus creditor & debitor ob cenſus in meliora tempora differendos inter ſe altercabantur, Ego à judice

28. conſultus † ea probè examinaui, atque concluſi, debitori certum terminum præfigendum eſſe, intra quem ſoluat cenſus decurſos, cum adiuncta comminatione, quod ſi longiorem moram traxerit, tunc petita executio & immiſſio in prædium cenſuale ſit decernenda, per ea, quæ tradidi *in p.* 1. *q* 10. *concluſ.* 4 *num.* 57. *& ſeqq.* Ad
29. hanc † autem ſententiam concipiendam & amplectendam non me mouit illud, quod per dilationem debitori indulgendam incommodum aliquod creditori accedere poſſet. Nam ſi hoc in conſiderationem veniret, nunquam Imperator, vel alij Principes moratoriam dilationem quinquennalem concedere deberent, quia hoc plerumq; cum incommodo creditorũ fieri ſolet, qui ſi nullum aliud damnum ob id incurrunt, tamen commodo præſentationis carent.
30. Non † fuiſſem quidem difficilis in concedenda dilatione, ſi de hoc conſtitiſſet, quod creditor nullà neceſſitate premeretur, debitor autem tantà inopià laboraret, vt ſi cenſus ſoluere deberet, neque congruam ſuſtentationem habiturus eſſet, neque prædia colere, aut ædificia ruentia reparare, neque etiam ſubditos ſuos extremè indigentes, juuare poſſet.

31. Memor † enim ſum adhuc eorum, quæ ſcripſi in *decad.* 4. *patrocinij debit. q.* 2. quod ex Theologorum mente debitor, etiam in conſcientiæ foro, ſoluere non teneatur, ſi maior ipſi neceſſitas incumbat, aliudué rei propriæ damnum grauioris æſtimationis, quam ſit creditoris incommodum. *Laymann tract.* 2. *de reſtit. c.* 12. *num.* 1.
32. vbi ſuam doctrinam ampliat † dicendo: neceſſitatem non ſolùm extremam, ita vt ſi debitor non ſoluat, fame v. g. periturus ſit, ſed etiam grauem, quando, ſi ſoluat, vitam difficulter ſuſtinebit, vel ſtatu ſuo juſtè acquiſito excidet, facultatem præbere, ſaltem differendi ſolutionem, aut paulatim, & per partes ſoluendi. Idque etiam, pergit, in externo foro obtinere debere, circa illuſtres, aut magnæ authoritatis perſonas, qualis in præſenti caſu debitor erat.

33. Non † me latebat, quod ab agricultura bonum publicum dependeret, *Vide Cardinal. Tuſch. pract. concluſ. lit. A. concluſ.* 247. *&*
34. *Mantuan. ſing.* 497. quod † refectio ædium valde fauorabilis & priuilegiata eſſet, *L. ade* 3. *C. de locato L.* 2. *&* 4. *&* 6. *C. de adif. priuat.* §.

cum

cum in ſuo 29. inſt. de rer diuiſ. L. 52. §. idem reſpondit ff. pro ſocio. L. 52. ff. de contrah. empt. L. 41. §. 1. cum ſeqq. ff. de leg. 1. L. 26. §. eandem. C. de donat. VVeſenb. in parat. num. 3. ff. de pign. junct. id n. 1. ff. in quib. cauſ. pign. Gelhypoth Schneid. § creditor quoque n. 13. inſt. de obligat. qua re contr. quod ſubditis † in periculo vitæ conſtitutis manum auxilia- 35.
rem porrigere, & de irrecuperabili damno certantibus magis ſubuenire debeamus, quam creditoribus pecunias ſoluere, quibus tamen non abſolutè opus habent, ſed fortaſſis (vt Philoſophi loqui ſolent) ad melius eſſe tantùm indigent, vide notata in patrocinio debit. *loc. cit. n. 10. & ſeqq.* Nihilominus † tamen, quia tunc, quan- 36.
do creditor in graui neceſſitate conſtitutus eſt, lex charitatis & juſtitiæ ſimul concurrentes jubent ipſi præ ſubditis ſubuenire, *ibid. n. 30. & ſeqq.* & in propoſito caſu creditor cum tota ſua familia indigebat, debitor autem ex alijs ſuis reditibus honeſtè viuere, prædium colere, ædes à ruina conſeruare poterat, & ſi voluiſſet, forte etiam ſubditos juuare potuiſſet, inſuper quædam capitalia præſenti pecuniâ (paruâ ſcil. ſummâ) redimebat, indignum mihi videbatur, ei dilationem vlteriorem indulgere.

CONCLVSIO † QVARTA: Si debitor calamitate belli ita ſit de- 37.
pauperatus, vt ſi cenſus ſoluere deberet, congruam ſuſtentationem amplius non haberet, tunc creditore non ita egente, dilatio concedenda, & ſolutio ad meliora ſaltem tempora differenda erit. In hoc † opinione eſt inprimis Dominus Allum calamitoſorum debi- 38.
torũ magnus fautor & patronus in telo neceſſitatis *argt. 12. fol. 48. §. imò,* vbi tradit, quod propter inopiam debitoris debiti ſolutio differri debeat, vſque ad eius pinguiorem fortunam, *argt. c. olim Verbo 16. extr. de reſtit. ſpol. c. Odoardus 3. & ibi gl. Verb. non Valentem. extr. de ſolut.*

Rationem † annectit talem: quia belli cauſâ bonis ſuis ſpolia- 39.
tus, & medijs ſolutionis deſtitutus à creditoribus ſuis in ſolidum conueniri nequit, ſed habet beneficium competentiæ, *Hering. de fideiuſſor. c. 20. §. 34. num. 7.* & decem alij, quos allegaui in Patrocin. debit. *decad. 3. quæſt. 2. per tot.* vbi textus & rationes plures adduxi. Eiuſdem opinionis videtur eſſe † Dn. Doct. Paſcha, 40.
qui ſæpe citata diſput. *theſ. 34.* ſcribit, licet obligatio per inopiam

P 2 non

non tollatur, nihilominus caſu, *quo ad pinguiorem fortunam perueue-rit*, debitorem conueniri, & ſententiam executioni mandari poſſe, etiam in caſu, quo competentiæ priuilegio locus eſt, habitâ tamen
41. ratione, vt non egeat priuilegiatus. Similiter Renatus † in ſero ſuo patrocinio pauperum, vbi ex profeſſo debitoribus aduerſatur, nihilominus *n*.159. tradit: charitati humanæ & Chriſtianę cõuenire, vt creditor hoc tempore debitorem non exigat, licet lucro ſuo aliquid decedat. verba ipſius. *n*. 158. ita ſonant: Daß die Schuldner in allweg verbunden / vnd obligiert ſeynd / die Zinß vnd andere gleichmäſſige Schuld künfftig / vnd zu ehiſter Möglichkeit / wo es ohne merckliche vnd ſchädliche Schmälerung jhrer capital Subſtantz auff einmahl nit ſeyn kan / jedoch nach vnd nach zubezahlen. quibus verbis citra omnem controuerſiam concedit debitoribus, calamitate belli depauperatis, non modò dilationem in futurum tempus, ſed etiam beneficium competentiæ, vt amplius non teneantur, quam ſaluâ congruâ ſuſtentatione facere poſſunt, quemadmodum etiam.
42. *f*. 66. *n*. 121. cuius contrariũ tamen. *n*. 134. *f*. 74. voluit. Pluribus † confirmat idem Dn. Renatus concluſionẽ meam. *n*.159. vbi in terminis ita ſcribit: Fürs ander / de æquitate & humana & Chriſtiana zu reden / bin ich der maynung / daß ein Glaubiger / ſo ſelbſt keinen beſondern Mangel leidet / wann er ſchon ſeinen Frommen vñ Nutzen / als mit Gülten in ſchlechtem Gelt kauffen / alte Zinßbrieff gleicher geſtalt an ſich zulöſen / ꝛc. nit ſchaffen vnd fürdern köndte / gantz vnrecht / der natürlicher Billigkait / vnnd Chriſtlichen Lieb zuwider thun wurde / da er bey jetziger / oder weiter fort lauffenden / harten betränglichen Kriegß- vnnd Vnglücks Zeiten / ſeinen nothleidenden / vnd vorab wegen Vnſicherheit / oder andern redlichen Verhinderungen / dißmahl nit bey Hauß vnnd Hoff ſich haltenden Schuldner / vmb Abrichtung der Zinß vnd intereſſe, mit ernſt erſuchen / vnd dahin bringen vnd tringen wurde / daß er ſeine Gütter mit empfindtlichem Schaden nit pflantzen vnd handhaben / in Abgang vnd Wüeſtung kommen / oder auch gar von Handen laſſen / vnnd verkauffen ſolte vnd müeßte.

43. Quibus † verbis Dn. Renatus non modò præſentem concluſionem cõfirmat, verùm etiam ea approbat, quæ in patrocin. debit. *decad*. 2. *q*. 9. *n*. 67. ſcripſi, quod videlicet æquitate inſpectâ debito-

res

res hoc calamitoſo tempore, ne ad hoc quidem cogi poſſint, vt bona ſua immobilia vel vendant, vel in ſolutum relinquant ſuis creditoribus. Vt ita mirum ſit, † quare dictorum ſuorum immemor 44.
n. 140. aliud ſcribat, mihi *q.* 9. *n.* 88. *& ſeqq.* vnum particularem caſum ponenti, verba mea in alium ſenſum torqueat, & imponat, quaſi in gratiam debitorum locupletiorum, in præiudicium autem & damnũ creditorum abſolutè & affirmatè ſcripſiſſem & docuiſſem, quod debitor calamitoſus ne tunc quidem vendere, vel in ſolutum dare cogatur, ſi quid ei vltra competentem ſuſtentationem remaneat, cum tamen iſtam quæſtionem: *an tunc ſi creditor ipſe vendere deberet bona ſua non debitor potius ſoluere, & ſi aliter non poſſit, prædia ſua vendere, & in ſolutum dare debeat?* ibi non reſoluerim, neq; regulam vniuerſalem poſue[illegible]ed *ſæpe numero*, tantùm fieri poſſe aſſeueraverim, *& n.* 119. expreſsè eò reſtrinxerim, quod non cogatur debitor cum maiori ſuo & reip. incommodo prædia ſua derelinquere, quam poſſit ex ea derelictione commodum creditori accedere, vel aliter, ſi creditor (*in abſtracto loquendo*) nimis vili pretio velit accipere, vel debitor nimis magnum damnum debeat ſuſtinere, quod non cogatur prædia in ſolutum dare, aut nimis exiguo pretio vendere, item. *n.* 155. quod ex mente venerabilis collegæ mei, R. P. Laymanni. *tract.* 2 *de reſtit. c.* 12. *n.* 1. tunc, ſi debitor ſoluere nequeat, niſi domum v. g. vel prædium vendat, multò minoris, ideoque longè maiori ſuo detrimento, quam debitum valeat, tali caſu ſolutionem differre poſſit. Hæc mea verba debebat Renatus non vno tantùm, ſed duobus oculis aſpicere, vel ſi caligine laborat, perſpicilijs, alijſque remedijs vti. Maior † abſurditas & impudentia 45.
eſt, quod *n.* 140. *in f.* ſcribit, patronos debitorum, quod auctoritate legum probare non poſſunt, argumentis à naturali ratione deductis colorare, vel potius mangonizare. Cum tamen ipſe pro aſſertione ſua. *f.* 91. *n.* 159. poſita, & ſupra *n.* 42. verbis germanicis à me enarrata, nullum textum juris allegare ſciuerit, ſed tãtùm brocardicum allegauerit, quod decadi 4. *patrocinij mei* præmiſi, & ex *L. ſi bene.* 33. *ff. de vſuris* excerpſi: creditor non acerbum ſe exactorem, nec contumelioſum præbeat, ſed moderatum & benignum, & cum inſtantia humanum.

46. Faſſus † fui *decad. 2. q. 9. n. 91.* pro ſtabilienda iſta reſponſione me non poſſe multos juris textus allegare, ſed addidi Rationem: quod hæc deuaſtatio, deprædatio, & calamitas ſit de rarò contingentibus, ideo mirum non eſſe, quod nulla jura (quæ ad ea tantùm, quæ facilè & frequenter accidunt, accommodantur, *L. nam ad ea. 5. de LL.*) ad hoc propoſitum ſint prodita., præſertim cum ipſi ICti teſtentur: non poſſe omnes articulos (*& caſus emergentes*) legibus aut SCtis comprehendi, *L. non poſſunt. 12. cum ſeqq. ff. de LL.*

47. Hæc † debui & volui Domino Renato (qui ſi omnia ſua dicta & aſſerta legibus vellet probare, longè magis deberet ſudare) honoris mei defendendi causâ obiter exponere. Non quod contradicto-

48. rem nullum velim pati (nam in præfat. patrocinij. *§. namque* † expreſsè profeſſus fui, quod in tuendis meis [redacted] ionibus pertinax non ſim futurus, ſed facile melius ſentienti, & mihi debita cum modeſtia, ſine ſuggillatione nominis mei, contradicenti ceſſurus ſim.) ſed vt oſtendam, me Zoilos & æmulos, eorumque acerbos aculeos non poſſe ferre, quod dudum ei, qui diſcurſui ſuo cenſuali ambitioſum quendam titulum, ad æmulationem patrocinij mei præfixit, oſtendiſſem, ſi aperta facie, & non laruato nomine in publicum prodijſſet, nolui enim cum larua pugnare, ſed potius in hunc vſque locum, & donec tertia editio patrocinij prædicti prodeat, aliquamdiu

49. tacere. Interim † beneuolus lector hanc meam digreſſionem & indignationem non moleſtè ferat, nam vt in vulgari prouerbio eſt: etiam formicæ ſua bilis ineſt, & vt gloſſ. *in L. hæres. 43. ff. de aquir. hæred.* loquitur: etiam aſinus indignatur, quando per comparem

50. apprehenditur. Nunc iterum ad propoſitum. Ampliatur † concluſio noſtra, vt procedat non tantùm in cenſu reali, ſed etiam perſonali, per tradita Leſſij. *l. 2. c. 22. dub. 5. n. 38.* vbi dicit: in cenſu perſonali, etiamſi omnia bona debitoris pereant, non tamen perit obligatio huius cenſus, ſed tantùm conſopitur, donec melior fortuna obtigerit.

51. Conclusio † quinta: Si debitor cenſitus magna quidem damna in bello ſit perpeſſus, creditor autem ad maiorem longè inopiam & extremitatem ſit redactus, tunc cæteris paribus nullam ex-

cuſatio-

excuſationem & dilationem habere poteſt. Ratio: quia † benefi- 52.
cium tribuit calamitas, & inde profecta depauperatio, E. ex qua
parte maior eſt calamitas, & maior depauperatio, ex illa præualere
debet beneficium. Sic in regno Neapolitano † conceſſum eſt vni- 53.
uerſaliter hominibus terræ Baroli, propter onera belli, triennalis
dilatio, ita vt debitores à creditoribus non poſſint conueniri, addi-
tum tamen fuit: dummodo dicti debitores ſint pauperiores ſuis cre-
ditoribus. *Matth. de Afflict. decſ. Neap.* 377. *n.* 1. E. è contrario, ſi cre-
ditores fuiſſent pauperiores, non videbatur illis hoc beneficium
dilationis indulgendum.

Quid ſi† autem creditor & debitor in pari neceſſitate ſint con- 54.
ſtituti? ad hoc reſpondet Dominus Renatus: ſi creditor ipſe tantâ
neceſſitate prematur, vt nec bona ſua excolere, nec niſi ijs diſtra-
ctis ſe & ſuos alere poſſit, non contra juſtitiam aut charitatem fa-
cturum, ſi debitorem ad ſolutionem, aut bonorum ſimilem diſtra-
ctionem adigat. Sic † communiter Doctores dicunt, quod in pa- 55.
ri paupertatis cauſa melior debeat eſſe conditio creditoris, quam
debitoris, ita vt ſi creditor ipſe laboraturus eſſet inopiâ, poſſit de-
bitorem aliàs priuilegiatum conuenire in ſolidum, quemadmodum
plures huius opinionis aſſertores allegaui *decad.* 3. *q.* 6. *n.* 4. & 5. &
à n. 6. *vſque n.* 12. *incluſiuè* varias rationes adduxi, tandem *num.* 18.
concluſi, illam opinionem non poſſe non eſſe probabilem & ſecu-
ram, quam *num.* 13. exemplo paulò ante allato in hominibus terræ
Baruli confirmaui. Interim † quia patronum debitorum egi, & 56.
textus atq; rationes, pro illa opinione allatas, non adeo firmas eſſe
reperi, prætera Matthæum Brunum contrariam amplecti, eamque
ſuis fundamentis non carere vidi, ideo hanc poſteriorem ſententiã,
licet quoad ſpeciẽ duram, in puncto juris veriorem *num.* 92. & qui-
dem non infallibilem, ſed probabilem eſſe dixi, videlicet debitores
modernos habere beneficium competentiæ, eoque contra debito-
res vti poſſe, & ſi creditores ipſimet egeant *num* 56. Quam tamen
tribus modis, præſertim verò *num.* 105. ita temperandam † exiſti- 57.
maui, vt calamitoſus debitor calamitoſo creditori aliquid ſaltem
ſoluere teneatur, juxta Nouell: conſtit. Bauaric. de anno 1635. die
11. April

„ 11. April emiſſam ibi: Jedoch bey vollziehung vnd zu werckſtellung
„ diſer hierinn inſinuierten erinnerung nicht allein deß Schuldners/
„ ſondern auch deß Glaubigers habendes Vermögen vnd Beſchaffen-
„ heit ſeiner gleichmeſſig erlittener Schäden in consideration vnd ob-
„ acht ſolcher geſtalt zuziehen/ daß den nothleydenden creditorn (wo-
„ fern es möglich/ *ergo ſua Serenitas non voluit omninò exuere debitorem*)
„ dannoch in etwas (*ergo non in ſolidum*) geholffen (ergo nicht völlig
„ bezahlt) werden. Confer. Laynm. *l. 1. tr. 1. c. 5. §. 2. n. 16.*

58. Facit autem † præter rationes. *d. q. 6. n. 108. & ſeqq.* allatas, ea ipſa, quam ſup *n. 52.* allegaui: quod videlicet beneficium tribuat calamitas, & inde nata depauperatio. E. ſi ex vtraque parte eſt æqualis calamitas & depauperatio, æquale debet eſſe beneficium, ita vt in pari calamitatis perpeſſæ cauſa, id quod debitori reſiduum eſt, pariter inter ipſum & creditorem ſit diuidendum, illudq; communib⁹ alimentis applicãdum, prout in terminis tradidi, *d. q. 6. n. 107.*

59. Quid tibi † nunc videtur, lector? eſtnè ſententia hæc adeo abſurda, vt Renatus occaſionem habuerit, propterea ſic me traducendi, extra oleas ſaltandi, & argumenta mea (quæ in tertia editione patrocinij, ſi otium habuero, defenſurus ſum) ita inſulsè & crude refutandi? Præſertim cum paſſim dixerim, contrariam ſententiam tutam & probabilem eſſe, ac ſecure in judicijs recipi poſſe.

60. Nam † quod in ſuperiori quæſtione Alvarus Valaſcus à me citatus *de iure emphyt. q. 27. n. 20.* in terminis ſcripſit: *quamuis autem ipſe hæc ita eſſe vera opiner, tu tamen contrariam opinionem non deſeras*, hoc profundiſſimi & doctiſſimi quique Doctores facere, vnamque opinionem, in puncto, vel ſecreto juris, vel de rigore veram prædicare ſolent, contrariam autem nihilominus ſequi jubent: imò quandoque aliud in ſcholis docent, tanquam juri conforme, aliud in praxi exercent, tanquam vſu & conſuetudine receptum. Oſtendit igitur ipſo facto Renatus ſe adhuc non omnia ſcire, & præceptum illud ſalutare, cuius *in præfat. patrocinij. §. quemadmodum igitur* mentionem feci, nondum apprehendiſſe. Sed ad rem.

61. Conclvsio † Sexta: Imperator in Imperio, & Princeps in ſuo territorio poteſt concedere ſubditis calamitate belli depauperatis, ſiue debitoribus afflictis hoc priuilegium, vt intra certos an-

nos,

nus, neque cenſus, neque alia debita ab ijs poſſint exigi, adeoque poteſt tribuere vniuerſalem dilationem ex rationabili cauſa omnibus debitoribus, annalem, biennalem, &c. prout æquum & juſtum ſibi viſum fuerit. Ratio eſt: † quia Princeps & ſtatus Imperij poſſunt in ſuis territorijs concedere debitoribus calamitoſis dilationem moratoriam quinquennalem, Reincking. *in tract. de regim. ſecul. & Eccleſiaſt. claſſ. 5. c. 6. n. 31. Limn. de iur. pub. tom. 2. lib. 4. c. 8. n. 329. & ſeq* vide quæ ſcripſi in patrocin. debit. *decad. 4. q. 9. n. 21.* non tantum vni vel alteri priuato, verum etiam integris ciuitatibus & communitatibus, *ibid. n. 29.* ſi propter infortunium aliquod particulare incendij, naufragij, inundationis &c. jacturam rerum & fortunarum ſuarum fecit, *L. quoties 2. L. vniuerſas 4. C. de precib. Imp. off.* Ergo † etiam poſſunt concedere vniuerſale beneficium integræ regioni, & omnibus in ea habitantibus dilationem aliquam, propter vniuerſale illud totius imperij, vel prouinciæ incendium, quod igniuomus Mars excitauit, propter commune miſeriarū diluuium, propter militarem inundationem, & naufragium bonorum, quod pleriquefecerunt. Neque enim ita debent ligari manus, & reſtringi poteſtas eorum, vt ad certas tantum perſonas ſit coractata. Quod operatur damnum particulare apud ſingulos, hoc calamitas communis operari debet apud vniuerſos. Ne quis autem dicat, hoc inauditum eſſe, audiat in primis, quid Dominus Guilielm. Anton. de Freudenberg de reſcript. morator. *tit. 5. concluſ. 9. n. 14.* his formalibus ſcribat: neque verò etiam rarum aut nouum eſt, quod ingruente aliqua communi neceſſitate, vel ob aliam notabilē cauſam Princeps ſponte moueatur, ſpecialem edere conſtitutionem, inque ea generaliter priuilegiare ſubditos alicuius prouinciæ ſuæ, ne exigantur ad certum temporis ſpatium, non ſolum ipſi inter ſe, ſed interdum etiam ab ipſomet conceſſore. Si exemplum deſideras, ſcito, quod in † regno Neapolitano Princeps conceſſerit vniuerſitati & hominibus terræ Baruli propter onera, quæ portauit in iſta guerra proxima præterita, inter exercitum Regis Franciæ, & exercitum Cæſareæ Maieſtatis, moratoriam, ſeu dilationem triennalem, vt ciues Baruli debitores, à quibuſuis creditoribus, qui non

62. 63. 64.

Q ſint

ſint de Barulo, non poſſint conueniri, Matth. de Afflict. *deciſ. 377.*
65. *in pr.* Ratio † alia: quia juxta tenorem concluſionis quartæ, ſupra
n. 37. poſitæ, debitor calamitate belli depauperatus, ſiue per guer-
ram ſpoliatus, habet priuilegiũ competentiæ, ita vt exigi non poſ-
ſit, donec ad pinguiorem fortunam peruenerit, *vide decad. 3. q. 2. per
tot.* quod ipſum ad tempus à creditorum exactionibus liberatur,
Brun. *de ceſſ. bon. q. 15. quart. quaſt princ. n. 3.* Harp. *ad §. vlt. num. 28.*
Angel. Aretin. *n. 3. ibid. inſtit. de action.* cum autem illud definitum
à jure non ſit, quid impedit, quò minus à Principe definiri, & ad
66. certos annos extendi, vel reſtringi poſſit, cum in ijs, quæ † in jure
non ſatis deciſa reperiuntur, ſæpe ad inferioris etiam judicis arbi-
trium recurratur, *L. 1. § vlt. ff. de iur delib. L. mora 32. ff de vſur. L.
continuus 137. §. cum ita ff. de V. O. L. 1. ff. de effract.* Quare cum ſine
expreſſa Principis indulgentia debitores ſolutionem differre
poſſint, quid impedit, quò minus magiſtratus ſuperiores ex ſuper-
abundanti, & ne quiſquam Dubitantius vel Durandus hoc in con-
trouerſiam rapiat, vniuerſalem talem dilationem impertiri poſſit.
67. Ampliatur † autem hæc concluſio, vt procedat non tantùm in
68. cenſu reali, ſed etiam perſonali & mixto. Sic Philippus † Rex Hi-
ſpaniarum in edicto ſuo anno 1587. vlt. octob. publicato (cuius
ſæpe infra mentionem faciam) quod in gratiam miſerorum debi-
torum in prouincijs Belgicis depauperatorum condidit, commiſſa-
rios deputauit, qui debitores allegantes damna, & poſſeſſionum
vaſtationes veriſimiles, remiſſione aliquâ, aut dilatione debiti cum
creditoribus concordaret. In ſpecie autem quoad cenſus perſona-
les (nam reales omninò remitti voluit) prouidit, vt vbi notabilis
jactura debitoribus obuenerit, dilatio congrua tribuatur: vbi om-
nibus prouentibus exciderint, remiſſio fiat ad ratam temporis, &
proportionem jacturarum, prout inf. q. 6. pluribus oſtendam.
69. Quid ſi † autem tempus dilationis fuerit elapſum, quid tunc
fiet? Reſpondeo: debitor cenſus ſoluet. Ratio deſumitur ex vul-
gari regula, & prouerbio: quod differtur, non aufertur, *gl. in §. li-
70. bertas 2. inſt. de ſing. reb. per fideicom. relict.* Ex quo † ſequitur, quod
juxta priores concluſiones, ſi prædia cenſualia poſtea iterum ſuos

fructus,

fructus, Camera, cauena, telonium, &c. cenſui ſuppoſita ſuos reditus ferant, cenſus nô tantum pro illis annis ſequentibus, ſed etiam pro decurſis, ſiue præcedentibus ſint ſoluendi. Ratio: quia † ſicuti 71.
in feudo Cameræ vel Cauenæ, ſi camera vel cauena certis annis ſit exhauſta, vel euacuata, poſtea vbertate ſuperueniente vaſallo præſtanda eſt omnis, etiam præteriti temporis, vtilitas, Gothof. *ad tit. de nor. feud. c.* 1. ita multò magis in cenſu, quia cenſitor, qui cenſum pretio & pecunia ſibi comparauit, maiorem & efficaciorem habet obligationem, quam vaſallus, qui gratis feudum acquiſiuit.

Ex his † omnibus, quæ in hac quæſtione dicta & deducta ſunt, 72.
illud porro ſequitur, quod contra debitores cenſitos, belli calamitate depauperatos, & notoriè egenos, non habeant locum conſueta executionis remedia, ſed proceſſus aliquamdiu, donec facere aliquid poſſint, ſit ſuſpendendus.

QVÆSTIO V.

Vtrum non ex æquitate ſaltem, ſi non de iure ſtricto, calamitoſis debitoribus cenſus ſint remittendi; & an æquitas rigori iuris præferenda?

NVnc † videamus, an æquum vel iniquum ſit, cenſus hiſce belli 1.
temporibus remitti. Renatus putat † iniquum eſſe, idque 2.
Primò propterea: Si cenſus præteritorum annorum non deberentur, ſequeretur, quod calamitas bellica, quæ afflictionis loco eſt, & commune infortunium, cederet in priuatum commodum debitorum cenſitorum, *Renat. in princip. diſcurſ. cenſual.* quod videtur vel iniquum, vel inconueniens, & abſurdum.

Secundò: multi ex † debitoribus parùm ſunt ſolliciti, quid 3.
ipſorum creditoribus fiat, vtuntur commoditate ſuâ, edunt, bibunt, & ſeſe veſtiunt, more ſolito, etiamſi creditores ſe debitis immergant, bona ſua modico pretio diuendant, vel omninò fame, & in-

4. ediâ pereant, *Renar. in pr. f.* 1. quod planè videtur iniquum. Nam † ſicut iniquum videtur ICto, patrē egere, cum filius eſt in facultatibus, *L. ſi quis à liberis* 5. *§. ſi impubes ff de agnoſcend. & alend.* ita quoque iniquum creditorem eſurire, cum debitor pane abundat.

5. Tertiò: ex † cenſitoribus, ſiue creditoribus, multi reperiuntur ſenes, & valetudinarij, multi orphani & viduæ, qui pecuniam ſuā duro labore & parſimoniâ honeſtè conquiſiuerunt, debitoribus ſuis ſubinde in magna neceſſitate ſuccurrerunt, vel magna eis commoda attulerunt, nunc verò quando tantùm fruſtum panis rogant, vel mendicant, in defalcationem ſui crediti, ſub vano prætextu impoſſibilitatis, quandoqque omninò incredibilis, repellun-
6. tur. Imò † non verentur aliquando ingrati debitores in faciem ſuis creditoribus dicere, quod ad cenſuum ſolutionem (quicquid inſtrumenta obligationum dicant) minimè obligati eſſe velint, quod habeant quidem pecunias, ſed non pro cenſibus ſoluendis. Multi ſuos creditores jam ante ſatis neceſſitatos eò adigunt, vt cenſus ceſſos omninò remittere, & partem pecuniæ, quam loco eleēmoſinæ quodammodo recipiunt, in ſortis ſiue ſummæ capitalis diminutionem imputare teneantur: iniquiſſimum autem videtur, tot viduis, pupillis, & orphanis, totque miſeris, & afflictis perſonis jus ſuum, & creditum per legem vniuerſalem adimere, *Renar. f.* 2. & 3.

7. Quartum † deſumitur ex Eccleſiaſtic. *c.* 29. *verſic.* 2. *& ſeqq.* vbi
„ ſcriptum eſt, fœnerare proximo in tempore neceſſitatis, & ite-
„ rum redde proximo tuo in tempore ſuo. Confirma verbum, &
„ fideliter age cum illo, & omni tempore inuenies, quod tibi neceſ-
„ ſarium eſt. Multi quaſi inuentionem æſtimauerunt fœnus, & præ-
„ ſtiterunt moleſtiam his, qui ſe adiuuerunt. Donec accipiant, oſcu-
„ lantur manus dantis, & in promiſſionibus humiliant vocem ſuam.
„ Et in tempore redditionis poſtulabit tempus, & loquetur verba
„ tædij, & murmurationem, & tempus cauſabitur. Si autem potu-
„ erit reddere, aduerſabitur, ſolidi vix reddet dimidium, & compu-
„ tabit illud quaſi inuentionem. Sin autem fraudabit illum pecuniâ
„ ſuâ, & poſſidebit illum inimicum gratis, & conuitia & maledicta

reddet

reddet illi, & pro honore & beneficio reddet illi contumeliam, „
Renat. f. 3. „

Quintò: multi † perfidi debitores, qui melioribus temporibus 8.
ſoluere potuiſſent, & adhuc tempore belli non omnibus ſoluendi
medijs destituti ſunt, bellum, quod pœnæ loco à Domino Deo ipſis
ſubmiſſum, adhuc pro velo peccatorum ſuorum obtendunt, &
quod bello puniti ſunt, occaſionem inde capiunt, adhuc magis
contra proximum ſuum peccandi, & culpam Domino Deo ad-
ſcribunt, quod propter calamitates belli ſatisfacere, & neceſſitati
creditorum ſuorum ſuccurrere nequeant. *Renat. f.* 4. *n.* 1. & 2.

Sextò: furti † ſpecies eſt non ſoluere, aut reſtituere debito 9.
tempore id, quod debetur, *poſt Ioan. de Medina tract. de rer. dom. & reſt. q.* 2. *ad f. Renat. n.* 2. furtum autem non poteſt non continere
iniquitatem.

Septimò † debitores noſtri impoſsibilitatem vocant, quando 10.
non libenter, aut cum difficultate aliqua ſoluunt: prætenſa debi-
torum impotentia vel impoſsibilitas, nihil aliud eſt, quàm difficul-
tas, dum videlicet bona ſua non libenter propter debita diſtra-
hunt, domos, agros, vineas, non libenter incultas relinquunt, ſed
creditores ad id faciendum, vel patiendum adigunt; ob quod coram
Deo & hominibus præter debitum cenſum adhuc intereſſe ratione
moræ, omnéque damnum creditoribus reſarcire tenentur, Renat.
n. 117. qui *fol.* 73. lamentatur, † creditores cogi, vt ſubſtantiam 11.
patrimonij ſui, (vt ſuum debitoribus ſaluum ſit) diſtrahere, agros
incultos relinquere, maiorum ſuorum Clenodia in officinam mo-
netalem deferre, & ſi omnia diſperſa fuerint, adhuc famelicis ocu-
lis debitorum ſuorum benè ſaginatum ventrem aſpicere debeant.
Idem † Renatus *f.* 75. dicit, moroſos noſtros debitores adhuc di- 12.
tiones ſuas, arces, villas, domos, agros, prata, magna ex parte, ſal-
ua & integra habere, & quod poſſent, ſi vellent, poſſidere, colere,
vti & frui, dummodo parùm ſibi incõmodare vellent: quod etiam
reditus in abſentia ſua ad ſe trahant; ex toto † numero vix duos vel 13.
tres reperiri, qui vel annulũ, vel ſcyphum argenteũ ad cenſus ſoluẽ-
dos diſtrahant, & creditoribus, qui tamen propter moram ad

idem faciendū neceſſitentur, ſubueniant. Idem ipſe Renatus *n. 141 in f. f. 83.* dicit, ſe neminem ſcire, qui cenſuum ſoluendorum gratiâ particulam tantùm vaſorum argenteorum, nedum domos & agros vendiderit.

14. Octauò: Vim † vel iniuriam non facit, qui ſuo jure vtitur, & ordinariâ actione experitur, *L. factum cuiq. §. 1. & L. nihil dolo ff. de R. I.* vbi textus inquit, quod creditor nihil dolo faciat, qui ſuum recipit. E. ſi cenſitor cenſus ſuos deſiderat, nihil iniqui à cenſito petit: è contrario ſi debitor ſolutionem negat, contra æquitatem peccat.

15. Nonò: vnius † debitoris neceſſitas non ita eſt conſideranda, vt per hoc alteri æquè egeno jus ſuum negetur, *per c. ex tenore 11. ext. de foro compet.* vbi textus inquit, ſic ſumus viduis in juſtitia debitores, vt tamen alij iniuſtitiam facere non debeamus.

16. Decimò: naturalis † æquitas poſtulat, vt illud ſeruetur, quod inter contrahentes conuenit, *L. 1. & L. 7. §. 7. ff. de pact.* Schurff *cent. 3. conſ. 54. num. 1.* vbi inquit, quod pacta inter partes conuenta, inuiolabiliter ſeruari debeant, & Goeden *conſ. 97. n. 1.* ait, illum mortaliter peccare, qui à pacto recedit.

17. Argumentum † vndecimum deſumi poteſt ex traditis Pauli Matthiæ Wehneri *in obſeruat. pract. lit. Z. v.* Zinß *cerc. f. f. 717.* vbi in ſimili dicit, quod rationabile valde ſit, vt contra eum, qui ad huiuſmodi vſuras (vel cenſus) deliberato animo, liberrimoque conſilio ſeſe obligârunt; & ex pecunia mea non minus, vel ſubinde maius lucrum fecerunt, judex mandata ſine clauſula decernat.

18. Duodecimò: † naturali æquitatis rationi conueniens eſt, vt vſuræ tamdiu deberi dicantur, quamdiu vſus pecuniæ durat, E. adhuc hodie vſuræ, vel potius cenſus debentur.

19. Hæc † ſunt argumenta, quibus hactenus creditores niti animaduerti, in debitis ſuis ſecundum ſtrictam juris rationem exi-
20. gendis. Ego in † primis hoc loco ſuppono, quod ea, quæ de cenſibus ſoluendis à me ſupra fuerunt adducta, nullo certo manifeſtoque jure, & ſpeciali textu ſint ſtabilita, ſed per modum argumenti tantùm à Doctoribus tradita, ideoque in defectu legis tantò tutiùs locum habere poſſit æquitas; *c. f. de transact.* Nam

Nam † ſi expreſsè in jure, & ſpecificè definitum eſſet, quod et- 21.
iam eo tempore, quo per duos, tres, aut quatuor annos ex bonis
cenſualibus nulli fructus percipi poſſent, cenſus nihilominus à mi-
ſerabili debitore, facultatibus penè exhauſto, ſolui deberent, non
libenter à diſpoſitione legis propter aliquam æquitatis rationem,
& propter belli calamitatem recederem. Et † quidem tantò diffici- 22.
lius in hac materiâ, quam in ea, quæ in patrocinio fuit à me per-
tractata, quia ibi non agebatur de omnimoda debiti remiſſione,
ſed tantùm de aliqua dilatione, & ſolutionis retardatione, ex quâ
cum non magnum creditori poſſit exiſtere præiudicium, facile erat
judici, auctoritati vnius vel alterius claſſici Doctoris innitenti,
æquitatis rationem habere, quià in mora parui temporis non eſt
magnum damnum, *L. 21. ff. de iudic. Vid. patrocin. deb. decad.* 1. *q.* 7.
n. 19. *decad.* 3 *q.* 4. *n.* 26. *decad.* 4. *q.* 3. *n.* 37. & *q.* 9. *n.* 15.

Hoc loco † verò, quia cenſus non tantùm differendi, ſed 23.
omninò remittendi exiſtimantur, & quidem non calamitoſis &
depauperatis tantùm, ſed etiam ditioribus, (eadem enim vtro-
biq; ratio eſt, vt non debeat eſſe diuerſa Iuris diſpoſitio, vide quæ
ſcripſi in præfat: huius ſecundæ partis) ita vt indiſtinctè omnes, qui
nullos fructus ex bonis cenſualibus propter belli infortunium per-
ceperunt, ſe aduerſus creditores qualeſcunq; tueri poſſint, haud
dubiè maior conſideratio adhibenda, iuxta regulam: vbi maius eſt
periculum, cautius eſt agendum, *c. Vbi periculum. in pr. de elect. in 6.*

Deinde † exiſtimo, judices inferiores circumſpectos eſſe, neq; fa- 24.
cile juxta æquitatem in judicando procedere debere: per ea quæ in
ſecunda parte huius quæſtionis adducentur. Quia † tamen Prin- 25.
ceps, & ratione repræſentationis, eius conſilium, poſſunt æquita-
tem non ſcriptam ſcripto rigori præferre, *Gail.* 1. *obſ.* 66. *n f. Vide
inf. concluſ.* 5. proinde exiſtimarem, id multò magis in jure tàm con-
trouerſo procedere, & quia ſubinde caſus miſerabiles emergere
poſſunt, in quibus libenter Principes vel aſſeſſores moderationem
facerent, & cenſus vnius vel alterius anni, egenis & calamitoſis re-
mitterent, ſi illud ſibi permiſſum eſſe ſcirent, ideò adducam ali-
quas æqui † & boni rationes, ob quas nonnulli de facto remiſſio- 26.
nem

nem quandam fecerunt, & alij iiſdem rationibus ducti (ſi quando prægnantes & efficaces exiſtimarent) rationabiliter remittere poſ-
27. ſunt. Et quamuis † ego aliquas non ſatis firmas eſſe putem, in eum tamen finem, hoc loco omnes, quotquot apud alios reperi, & ipſimet excogitaui, cumulabo, vt ex earum numero quiſq; ſibi eam
28. eligere poſſit, quæ ipſius palato magis conuenit. Ita enim † ſunt comparata mortalium ingenia, vt vni ſapiat, quod alij faſtidiunt, & diſpliceat his, quod illis maximè perplacet, *vide quæ ad hoc notaui in præfat: tract. ratio. reg. de fideiuſſor.* Priuſquam † autem ratio-
29. nes ipſas aggrediar, proteſtor tertiò ſanctè, quod nihil in gratiam eorum venditorum, ſiue debitorum cenſuum ſcriptum velim, qui vt Martinus Pontifex *in extrauag. ſua de cenſ.* loquitur, in arcum prauum conuerſi, cupientes cum alterius pecunia locupletari, cum præſtare aliquid commodè poſſent & deberent, nihilominus emptoribus ſoluere, contradicunt, & recuſant, confingentes varios prætextus; eaq; de cauſa emptores Eccleſiaſticos & ſeculares, nec non collegia, canonicatus, præbendas & dignitates, perſonatus & officia, vicarias & altaria, ac beneficia, huiuſmodi ipſorum annuorum cenſuum ſpoliant perceptione, & detinent ſpoliatos in animarum ſuarum periculum, atque emptorum præiudicium, damnum, ac grauamen.

30. Hac ſuppoſitione † præmiſſâ, & proteſtatione ſaluâ, exiſtimo omninò, cenſus ex æquitate calamitoſiſſimis iſtis annis, quibus propter Martis & militum furorem, deuaſtationem, infeſtationem, perpetuam hoſtis incurſionem, hoſtilem occupationem, bonis cenſualibus frui non licuit, debitoribus cenſitis, præſertim infortunio belli in totum exhauſtis, & proſtratis, per vnum & alterum annum à magiſtratu cuiuſq; loci definiendũ, à creditori-
31. bus non valdè egenis remittendos eſſe. Ita mecum † ſentit nõ modò Dominus Zorerus. *q. 1. n. 159. cum ſeqq. item q. 14.* Dominus Aſ. *in ſuo zelo neceſſitatis &c. per tot.* ſed etiam Sereniſsimus & Potentiſſimus Princeps Philippus II. Rex Hiſpaniarum, qui teſte Franciſco Zippæo Archidiacono Antuerpienſi in notitia Iuris Belgici, in edicto ſuo anno. 1587. vlt. octob. in Belgio, prouincijs bello ciuili deuaſtatis,

vaſtatis, publicato, multas dilationes, & remiſſiones debitoribus calamitoſis conceſſit, in ſpecie † autem de cenſibus *n. 16.* ita ordi- 32.
nauit: *quod vero ſpectat ad reditus cuiuſcunq; generis, quibus ſubeſt perſonalis obligatio, (nam quibuſcunq; reditibus non ſuberat perſonalis obligatio, & hypotheca inutilis fuerat, dabatur remiſſio omnium annorum, quibus ſerui, mete, aut habitari non poterat, ibid. n. 9.) rigore enim debitores, quorum bona iacent proſtrata, exigi tamen poſſent.* (ecce rigorem, de quo in fine. *q. 1.* dixi) *nihilominus ex æquo & bono* (ecce æquitatem) *edixit Rex, vt vbi notabilis iactura debitoribus obuenerit, congrua dilatio tribuatur, vbi omnibus prouentibus exciderint, remiſſio fiat ad ratam temporis, & proportionem iacturarum. ibid. n. 20.* Ampliauit † autem Rex hanc 33.
ſuam clementiſſimam benigniſſimamque voluntatem ita; vt non tantùm extremæ neceſsitati conſultum vellet, ſed etiam rationem ſtatus conditioniſue debitorum haberet, *ibid. n. 21.*

Eandem † æquitatem rigori prætulit Reuerendiſsimus at- 34.
que Illuſtriſsimus Princeps ac Dominus, D. Franciſcus Epiſcopus Bambergenſis, & Herbipolenſis, Dux Franconiæ, nuper piè defunctus, in ſuo edicto 15. Aprilis Anno 1636. promulgato, rub.
6. Vom † intereſſe hingeliehener Hauptſumma/ vbi his formalibus 35.
diſpoſuit, mit den außgelihen n vnd mehr anderen verzinßlichen Schulden/ waß nahmen die ſein/ vnd woher ſie jmmer rühren/ vnd beſtehen/ ob woln in Crafft der allgemainen beſchribenen Rechten dafür möcht könden gehalten werden/ daß ſolche ohne vnderſchidt zuverzinſen ſeyn/ (ecce juris ſcripti rigorem) So wollē wir gleichwol/ auß denen beym hieobigen vierdten Puncten eingeführten/ vnd mehr anderen erheblichen vns bewegenden vrſachen/ vor vns/ vnſere neben Stiffter/ Klöſter/ Spitäler/ vnd andere eingeſeſſene Glaubigere vnd Vnderthanen/ dem armen verderbten Mann/ (calamitate belli depauperatis) inſonderheit zum beſten/ hiemit wolmainendt geordnet haben/ das durchgehends zwiſchen allen vnd jeden/ vnſeren vnd vnſers Stiffts Würtzburg/ Geiſt- vñ Weltlichen/ hochen vnd nidern-ſtandts Perſonen/ wer vnd was nahmen die auch jmmer ſeyn/ ſo vnſer Landtsfurſtlichen ober- herzlich- gerecht vnd bottmäſſigkeit allein verwandt vnd zugethan ſeyn/ auch darzu ſich würcklich bekennen werden/ die von S. Burckhardi deß 1631. biß wider Burckhardi deß verfloſſenen Jahr 1634. excluſiuè verfallene noch außſtändige ohnbezahlte Zinß/ ſo wol actiuè als paſsiuè zufordern/ vnd zugeben gäntzlich gefallen ſeyn ſollen.

36. Rationem † autem æquitatis primam affert Franciſcus Zypæus Iuriſconſultus *loc. cit. n.* 17. vbi ait; quod ſi debitores, quorum bona proſtrata jacent, nihilominus exigi poſſent, quod eâ ratione multi afflicti peſſundari poſſent.

37. Rationem † ſecundam conſimilem deducere licet ex ijs, quæ
tradidi in patrocinio debitorum. *decad. 2. q. 9. n.* 131. vbi dixi: quod
multitudo & pluralitas eorum, quos negotium contingit, cauſa
ſufficiens ſit, quare à regulis juris communis recedatur (vt pluri-
38. bus oſtendam in Specialibus juris communis) adeo vt propter †
pluralitatem & multitudinem delinquentium, ipſa quoque delicta
relinquantur vel impunita, *c. quoties 14. cauſ. 1. q. 7 gl. ad c. latores 4.*
ext. de cleri. excommun.: vel ſaltem pœna mitigetur; *d. c. 4. VVeſenb. in*
§. ff. de pæn. propterea tantum, ne ſequatur ſtrages multorum. Quare ergo illud concedamus, vt contra plures debitores ex contractu ita rigoroſè procedatur, & tanta communitati ſtrages inferatur, quando nulla eorum culpa, vel delictum præceſſit?

39. Rationem † tertiam ſuperaddit dictus Zypæus *loc. cit. num.* 18.
vbi ait: damna diuiſa minus lædunt, ſi quiſque de publico malo aliquid ſentiat. Cui concordat Dominus Zorer *n.* 1163. ibi ſo etwas
40. † vnbilliches zuſein erſcheinen will/ in dem diſes ein communis calamitas, & commune malum, darein der Glaubiger vnd Schuldner ohnverſchuldt geraihen/ vnd daher der Billichkeit gemäß/ daß ſie dergleichen/ vnd den hierauß entſpringenden ſchaden/ vnd abgang mit einander proportionaliter tragen/ ob es dahin auff ſolchen fahl zurichten/ daß nit allein alle Zinß vnd intereſſe, obbemelter maſſen gar nit/ oder doch zu letzt/ vnd nach hindanrichtung aller Capitalien geſetzt/ ꝛc. deſſen ſich mit fuegen keiner zubeſchwären/ welcher nur die jetzige Zeit vnd Läuffe/ neben der Lieb deß Nechſten/ vnd die natürliche Billichkeit in acht nimbt/ ꝛc. da alle zeit vor Augen zuhaben/ was der vortreffliche Iuriſconſultus Papinianus *in l. filius ff. de condit. inſt.* mit folgenden worten vermeldet/ quæ facta lædunt pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram, & (vt generaliter dixerim) contra bonos mores fiunt, nec facere nos poſſe credendum eſt, &c. Dann was vnſer einiger Erlöſer vnd Seeligmacher *Matth. 7. v. 12.* ernſtlich befilcht/ alles das jhr wollet/ das euch die Leuth thun ſollen/ daß thut jhr jhnen.

Ratio † quarta: aſſignatur à ſæpe dicto Franciſco Zypæo *loco* 41.
cit. n. 19. quia reditus pecuniâ empti naturâ ſuâ ſunt ſatis odioſi,
Covarruu. var. reſol. l. 3. *c.* 10. *n.* 5 *verſ. quartò*. E. interpretatio ita fa-
cienda, vt potius non debeantur, quam quod debeantur, eò quod
odioſa quantum fieri poteſt, ſint reſtringenda, *c. odia* 15. *de R. I. in* 6.

Ratio † quinta: cenſus realis re pereunte (& ex mente Pij V. 42.
infrugiferâ reddita) ſine controuerſia non debentur, cum E. per-
ſonales non debeant fauorabiliores cenſeri, ſaltem in caſu deuaſta-
tionis, & calamitatis bellicæ ſunt remittendi: *vid. Franciſc. Zypæum
loc. cit. num.* 20

Ratio † ſexta: alijs calamitoſis debitoribus, qui de præſenti de- 43.
bent, creditores jure & æquitate inſpectâ ſaltem dilationem conce-
dere tenentur, donec ad pinguiorem fortunam reuertantur, quem-
admodum ad longum oſtendi *decad.* 3. *patrocin. per tot. fere*, atqui
ſæpe non minùs graue eſt creditori per aliquot annos expectare,
(propter commodum repræſentationis, quod ei decedit) quam
vnius vel alterius anni penſionem remittere. Ponamus † enim, 44.
quod aliquis mihi debeat in præſenti mille florenos, qui tamen
in tantum depauperatus eſt, vt ante lapſum ſex vel plurium anno-
rum nihil facere poſſit, & quod alius mihi debeat cenſum 50. fl.
vnius & alterius anni, certe æquè difficile eſt mihi, mille florenis
per ſex annos carere, quam cenſum 50. florenorum omninò re-
mittere, (ſi enim mille in parata pecunia habuiſſem, longè plus
lucrari potuiſſem) ſi autem prius æquum eſt, cur poſteriùs adeo
iniquum cenſendum eſſet?

Rationem † ſeptimam reddit Dominus Zorer. *q.* 12. *num.* 975: 45.
quamuis hoc fortaſſis graue, & difficile accidat creditoribus, vnus
tamen cum altero debet habere patientiam, quandoquidem mul-
ti boni viri, & honeſti homines, per belli calamitatem, deprædatio-
nem, conflagrationem, multiplices contributiones, contagiones
inter homines & pecudes graſſantes, inauditam famem, & annonæ
caritatem, facultatibus ſuis lapſi fuerunt.

Multi † certè creditores ſibi gratulabuntur, & aliquot anno- 46.
rum cenſus libenter remittent, etiamſi graue accidat, dummodo de

futuris & ſorte capitali certi ſecuriquе ſint, & pro ſuis neceſſitatibus in poſterum gaudere poſſint.

47. Rationem † octauam, non abſimilem reddit Reuerendiſſimus & Illuſtriſſimus Princeps Epiſcopus Herbipolenſis in ſuo edicto 15. April. Anno 1636. rub. vom intereſſe hingelihener Hauptſumma/ his verbis: deß verſehens/ es werde je einer mit dem andern die beſtimbte wenige drey Jahr vber gedult haben/ vnd ſeines mit angehörigen Vnderthanen augenſcheinlichen erbärmlichen zuſtandt/ vnd vnuermöglichkeit darumb ſonderlich beherzigen/ daß wann er als Glaubiger ſchon etwan ſolt haben die vertagte Zinß beharren wollen/ daß doch ſein Schuldner jhn ſchwerlich/ vnd villeicht nimmermehr die zeit ſeines Lebens dörfft zubezahlen gewüſt/ ſondern vmb diſes einzigen außſtands willẽ/ den er nit zu erſchwingen getrawet/ die verſetzte Güter gar haben ödt ligen laſſen/ vnd alſo zu ſampt den Zinſen/ die Hauptſumma/ wo nit verlohren/ doch gefährt worden

48. ſeyn. In effectu † hoc voluit dicere ſua celſitudo: alter alterius miſeri debet: ſiue miſeriæ alterius miſerendum *text. in c. ex parte 5. ext.*

49. *de Cleric. ægrot.* item quod † alicui prodeſt, & nemini nocet, facile eſt concedendum, *L. 9. ff. de impenſ. in res dot. fact. argt. L. 2. §. 1. §. item Varus 5. ff. de aq. plu. arc. L. reſcripta. 7. C de precib. Imp. aff.* atqui quod creditores irremiſſibiliter cenſus omnes exigant, id nocet debitori, qui ad extremam egeſtatem, ſubinde ad deſperationem, & ceſſionem permouetur, & tamen per hoc parùm creditoribus commodatur, quia frequenter fit, vt non tantum cenſibus, ſed & ſorte capitali (ob nimis vilem prædiorum æſtimationem, vel neglectam culturam) fruſtrentur. Ergo, &c.

50. Rationem † nonam ſuperaddit idem Reuerendiſſimus atque Illuſtriſſimus Epiſcopus Herbipolenſis, rub. 4 ibi, gleichwol aber allem verſtandt/ vnd der natürlichen Erbar= vnd Billigkeit gemäß iſt/ daß die jenige Hütter/ deren die Innhaber ohn jhr verſchulden durch lautern vnfahl nichts genieſſen köndten/ für Herrnloß vnnd verlohren zuachten ſeyn/ hoc eſt, omni rationi, naturali æquitati & honeſtati conueniens eſt, vt illa bona, quibus poſſeſſores ſine culpa ſua, ex caſu merè fortuito frui nequeunt, pro derelictis & deperditis habenda ſint. *Vid. ſup. q. 2. n.*

51. Rationem † decimam mox ſubiungit: Damit der ſchuldige arme

me Mann ob ſeinen Gütlein wegen deß immittels darauff erwach-ſenen hinderſtandts/ vnd der noch täglich einfallender beſchwärnuſ-ſen nit zuvil verzag/ die Felder gar ödt vnd vngebawet zu ellern wer-den laſſe/ ſondern mit ſo vil deſto beſſerm fleiß vnd eyfer diſelbige an-zurichten gedencke/ damit er Weib vnd Kind/ deren ſo vil möglich/ genieſſen/ ſich widererholen/ in gebührender Trew vnd Lieb einan-der deſto beſtändiger beywohnen/ als wol der Gülthery ſeiner ſchul-digkeit auff künfftig ehender habhafft werden kan/ hoc eſt, † vt 52.
debitor egenus de bonis ſuis propter penſiones interim auctas, & quotidiana adhuc emergentia grauamina non multùm deſperet, agros incultos & neglectos relinquat, ſed tantò maiori diligentiâ & induſtriâ recolere cogitet, vt vnà cum vxore & liberis ſuis, ijs quantum poſſibile eſt, frui, ſe iterum recolligere, decenti fide & amore eò conſtantius cohabitare, & ipſe dominus (ſiue cenſitor) ſuas penſiones in futurum eò citius conſequi poſſit. Conſentit † 53.
Dominus Zorerus *q. 11. n. 727.* his verbis. Wofern auch der ſtrenge nach verfahren/ vnd die verfallene Zinß vnd Gülten behauptet/ vnd nach vnd nach neben der newfallenden eingebracht werden wolten/ iſt nichts anders ſchier zugewarten/ als daß die Güetter noch län-ger vngebawt ligen/ vnd ödt ſtehen/ Häuſer/ Städel/ vnd andere Zimmer/ (wie etlicher orthen bereit geſchicht) noch mehr eingehen/ vnd vber einen hauffen fallen/ hergegen noch ferner hierdurch die Vnderthanen von deren bezieh: vnd bawung abgeſchreckt/ vnd ent-lich der Herrſchafft heimbfallen werden/ in dem ſich keiner leichtlich wirdt hierzu bewegen laſſen/ wo er nicht vorher ein gewißheit der hierobligenden alten Reſt/ vnnd anderer Schulden wegen hat/ in dem bey manchem ſich dergleichen vil höcher/ als das gantze Guet jetzt ſein mag/ belaufft/ alſo alle mühe vnd vnkoſten bey ſo bewanten dingen/ gleichſamb vergebens an vnd auffgewendet wurden/ vnnd ſich doch einer nicht leichtlich auß diſem Labyrinth wicklen/ ſondern deme ſein vornemmen allzuſchwer/ wo nicht gar vnmöglich fallen dörfft.

Ratio † vndecima, & impulſiua ſaltem, deſumi poteſt, ex eo- 54.
dem edicto *rub. 2. ibi.* Demnach der maiſte thail vnſerer in grund er-ärmbter vnd verderbten Landten/ Stätt/ Flecken/ vnnd Dörffern eingeſeſſene Vnderthanen/ vnd Inwohner/ zuuor ſchon eintweder vom bittern Hunger/ Kummer vnd Hertzenleyd/ geſtorben vnd ver-dorben/ oder aber die noch im leben ſeyn/ ſich eben von deßwegen vn-

ſtereſ Stiffts geeuſſert haben/ damit ſie jhre Nahrung ſo vil ehender anderwerts vermaintlich gewinnen möchten/ daß deren/ ꝛc. verſchont/ ꝛc. auß gnaden allerdings nachgelaſſen werde/ hoc eſt, quia
55. † maior pars ſubditorum & incolarum, noſtrarum funditus perditarum regionum, ciuitatum, pagorum, villarum, jam ante miſerabili fame, ærumnis, & miſerijs mortui ſunt, & perierunt, vel adhuc ſuperſtites, ea ipſa de cauſa ex noſtra diœceſi migrârunt, vt alibi ſuſtentationem ſuam eò facilius quærere & lucrari poſſint.

56. Ratio ſimilis † & duodecima deſumi poteſt, ex clauſula præfati edicti: *ibi.* nit zweifflend/ andere vnſere Nebenſtiffter/ Klöſter/ Spitäler/ vnd darleihende Vnderthanen/ ſich hierinn auch alſo erweiſen werden/ wie es der zeit beſchwerliche Läuff/ dann die natürliche Chriſtliche Lieb/ Erbar: vnd Billichkeit ſelbſten erfordert/ gefolgig/ auch wir deßwegen aller Klag wol enthebt/ vnd geübrigt ſein
57. mögen/ hoc eſt, non † dubitantes, cæteros canonicatus, monaſteria, hoſpitalia, & ſubditos creditores ita ſeſe geſturos, prout calamitas modernorum temporum, naturalis æquitas, Chriſtiana charitas, & honeſtas requirit, & vt nos ab omni querela liberi & quieti ſimus.

58. Ratio † decima tertia: quia homines diuites, habentes pecuniam otioſam, hac ætate ob legum pœnas, volentes fœneratitiam artem effugere, his emendis reditibus auarè ſtudent, & in eorum emptionem pecuniā impendunt, commodius lucrum ex ea, quàm ex verą vſura percipientes, Couarruu. *var. reſol. lib. 3. c. 7. num. 2. §. ſecundò.*

59. Ratio † decima quarta: quia aliqui putant, etiam de jure cenſito minuendam eſſe penſionem ob calamitatem, non aliter atque colono remitti ſolet propter ſterilitatem, Petrus Follerius *tract. de contractib. cenſualibus §. cenſus n. 120.* allegatus à Friderico Martini *c. 8. n. 234.* Ergo tantò minus dubitandum eſt de æquitate.

60. Ratio † decima quinta: Etſi in *L. 1 §. f. C. de Iur. emphyt.* conſtitutum ſit, vt ſi emphyteuſis in totum pereat, liberetur emphyteuta ab onere canonis: ſin verò partim corrumpatur, nullo modo liberetur, ſed ad integrum canonem præſtandum obligetur.
61. Dicunt † tamen, ſi emphyteuta agros propter belli infortunium co-

lere

lere non poſſit, vel quod ſi fructus, qui ex emphyteuſi deteriorata, & maiorem partem perempta percipiuntur, canone ſint minores, pro rata canon ſit diminuendus, ſaltem ex æquitate, Iul: Clar: §. *emphyteuſis* q. 8. Ioann. Sichard. *in L.* 1. *C de Iur: emphyt: n* 28. Andr. Gail 2. *obſ.* 23 *n.* 24. & poſt eos Frideric: Martini *de cenſ. c.* 8. *n.* 226. Dominus Zorer *q.* 1. *n.* 165. pluresq; alij *ſup* *q.* 2. *n.* allegati. E. eadem æquitatis ratione cenſus ſunt remittendi.

Et hæ † ſunt rationes, quibus præfati Sereniſſimi, Reuerendiſſimi, atque Illuſtriſſimi Principes. eorum prudentiſſimi, & Iuris peritiſſimi Conſiliarij, modernique Doctores exiſtimârunt, cenſus debitoribus, calamitate belli depauperatis, remittendos eſſe, quibus adde rationes omnes, *q.* 2. allatas & *q. ſeqq.* afferendas. 62.

Ad argumenta in contrarium allata non difficulter reſponderi, & quidem

RESPONSA.

AD † primũ dici poteſt: per accidens eſſe, quod calamitas belli debitoribus liberationem, vel debiti remiſſionem, vel quibuſdã commodum attulerit, id autem neque abſurdum, neque inconueniens, aut iniquum eſſe, inde deprehenditur: quod plurimi artifices in fabricandis armis occupati, valde fuerint ditati, quibus tamen nemo cum ratione lucrum & diuitias ſuas inuidere poteſt. 63.

Sic † etiam tempore incendij fabri lignarij, murarij, & alij opifices, quantò plus laboris, tantò maius lucrum acquirunt, & tamen id minimè iniquum dicendum. Potuit etiam contigiſſe, vt bello, fame, vel peſte, terræ motu, vel ſimili infortunio, creditor, cum omnibus ſuis hæredibus obierit, ſicque obligatio debitorum extincta fuerit, quemadmodum ante † non multos annos factum, cum pago Plurſenſi apud Griſones à monte vicino obruto incolæ omnes viui ſepelirentur, & quia multi mercatores interibant, vnà cum illis etiam credita perirent, quis autem iniquum dicat, calamitatem illorum in debitorum commodum ceſſiſſe. Cum natura ipſa ſic comparatum ſit, vt generatio vnius ſit corruptio alterius, & vice verſâ, 64. 65.

66. Ad ſecundum † Reſp. in iſto particulari caſu, quo belli infor-
tunium creditorem præ debitore tetigit, & quando ipſe ad cenſum
(præſertim perſonalem. vel mixtum) obligatus, adhuc habet, vn-
de ſatisfacere poſſit, vtique hac remiſſione non gaudebit. Ratio:
67. quia † hæc remiſſio cenſuum, meâ quidem opinione, debitoribus eſt
indulgenda per modum beneficij, propter depauperationem & af-
flictionem bellicam: atqui in omnibus cauſis id obſeruatur, vt vbi
certa perſonæ qualitas & conditio locum facit beneficio, ibi defi-
ciente eâ, beneficium quoque deficiat. *L. in omnibus. 68. ff. de R. I.*
68 Si autem † cenſus fuiſſet merè realis, & bona cenſitica ab hoſtibus
occupata, non video, quomodo creditor, etiam in facultatibus &
delitijs adhuc poſitus ad ſoluendum cenſum, creditori calamitoſo
ſit obligatus, cum per voluntariam abiectionem & alienationem
ſe potuerit liberare, & cauſa deficiat, ob quam cenſus ſolui debe-
69. at. Sicut † in ſimili, ſi pauperculus quidam, qui agros ſuos pro-
pter belli calamitatem colere non poſſet, eos diuiti cuidam locâſſet,
is autem propter ſterilitatem magnam, vel deuaſtationem prætere-
untis exercitûs, nullos vel modicos fructus percepiſſet, ex naturâ
huius contractus nihilominus remiſſionem petere poſſet, non ob-
ſtante illius egeſtate, neque attentâ huius abundantia.

70. Ad tertium † Reſp: non quid in vno vel altero caſu, ſed quid
vniuerſim, & in abſtracto loquendo iuſtum, vel æquum videatur,
pro regula ſeruandum eſſe, circumſtantias autem vnius vel alterius
perſonæ, eiusque conditionem, potius exceptionem, quam legem
71. conſtituere, quia † regula debet eſſe generalis, *L. regula. 9. §. ſ. &
& licet.* ibi: tamen & in qualibet perſona, *& ibi:* nam initium con-
ſtitutionis generale eſt, *& ibi:* item & illa pars æquè generalis eſt
72. *ff. de iur. & fact. ignor.* & regula † ipſa non contrahit vitium, licet
propter negotiorum & perſonarum varietatem & diuerſitatem, ſine
vitio iniquitatis, non poſſit, ad vnam vel alteram facti ſpeciem de-
finiendam allegari; *Doctores. ad L. 1. ff. de R. I. §. Vitiata eſt.* Accedit,
73. † quod in iudicijs non perſonas, ſed cauſas reſpicere debeamus,
arg. c. in iudicijs. 12. de R. I. in 6. c. nouit. 13 poſt. med. ext. de iudiciis
ac proinde ſæpe contingat, vt ſi cauſa non ſit talis, propter quam

jura

iura ſunt conſtituta, fauor ſolius perſonæ in pupillis, viduis, & orphanis nihil operetur.

Ad quartum † Reſp. ex verbis iſtis aliud nihil elici, quàm quod 74.
per mutuum ſubueniendum ſit proximo, fideſque mutuanti ſeruanda, & quod multi fidem fallant, *& gloſſa ibid.*

Ad quintum † Reſpondetur: qui id faciunt, malè faciunt, 75.
propter vnius autem & alterius debitoris iniquitatem non debere iniquum cenſeri, vel omninò tolli beneficium calamitoſis debitoribus in genere indultum. Alioquin † nec beneficium ceſsionis 76.
bonorum, vel competentiæ, vel Nouellæ 135. vel quoduis aliud, miſeris & afflictis conceſſum, amplius ſubſiſtere poſſet, ſed omninò è medio tollendum eſſet. Sufficit proinde, eum priuilegio & gratia priuare, qui illâ abutitur, *arg. c. priuilegium 63. cauſ. 11. q. 3. c. licet 18. §. talis. ext. de regul. & tranſ. c. suorum. 11. ext. de priuileg.*

Ad ſextum † Reſpond: concedendo totum, hoc autem loco in 77.
quæſtione verſatur, idque potiſſimum controuertitur, vtrum aliquid debeatur.

Quod in † ſeptimo allegatur, potius in facto, quàm in jure conſiſtit, ac proinde creditoribus probandum incumbit, quo probato 78.
facile Domino Renato in eo particulari caſu accedo, & repeto, quod *in decad. 1. patrocinij q. 2. n. 14. & 15.* ſcripſi. Si ſermo † ſit de 79.
ijs, qui nullum, aut ſaltem modicum (quod pro nullo in jure reputatur, *L. habitatores. 27. in pr. ff. locati. L. ab hoſtibus. 15. §. 3. ff. ex quibus cauſ. maior.*) damnum perpeſſi ſunt, ſtulti omninò eſſent, ſi ſe calamitatibus belli, quas tamen non deguſtàrunt, excuſare, & impij prorſus ac ingrati, ſi creditoribus, fortè extrema patientibus, in neceſſitate non ſuccurrere, neque præſtare illud vellent, ad quod omni jure tenentur. Planè bis † ſoluit, qui nunc egenis ſoluit, 80.
arg. eorum quæ not. gl. ad L. 85. ff. de ſolut. & præter debitum juſtitiæ, charitatis quoque actum valde meritorium exercet. Suadeo proinde † omnibus hiſcè debitoribus, vt memores ſint beneficij ſibi 81.
conceſſi, ſponte matureque creditoribus ſuis ſatisfaciant, ſcituris alioquin, quod præter indignationem, quam apud ſupremum judicem propter ſummam ingratitudinem incurrent, damna ab ijs ob

moram perpeſſa, vel lucra amiſſa pleniſſimè teneantur refundere, *Gl. Dd. ad L. Vn. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt, prof. Matth Coler. de proceſſ. execut. p 1. cap. 10. nov. edit. num 126. & 130. Andr. Gail. 2. obſ. 5. n. 14 & 15. Frideric. Martini de cenſib c. 3. n 13. Vteſenb. in parat. n 9. ff. de Vſur eundem conſ. 50. n. 32. & ſeqq. Novella. conſtit. Bavaric. de anno* 1635 §. es hette ſich dann. *confer decad* 3 *q.* 7. *n.* 67. & 68.

82. Verum † autem, & quantum debitores cenſitici adhuc argenti & auri habeant, quantum de vaſis, ſcyphis, crateribus, annulis, & armillis ſuperſit, ego, qui iſtis rebus non delector, neque multum etiam appeto, teſtari nihil ſcio, proinde teſtimonio Domini Renati, qui fortaſſis curioſius indagauit, debitam fidem relinquo.

83. Ad octauum † Reſpondet Imp. Iuſtinianus *in pr. inſtit. de exception:* ſæpe accidit, vt licet ipſa perſecutio, quâ actor experitur, juſta ſit, tamen iniqua ſit aduerſus eum, cum quo agitur. Palam ſubinde eſt, debitorem Iure Ciuili obligatum eſſe, ſed iniquum eſt eum condemnari, ideoq; datur ei exceptio, in factum compoſita, ad impugnandam, vel elidendam actionem, *§. 1. & ſeqq. inſt. eod.*

84. Ad nonum † Reſpondent, creditoribus nullam iniuriam, vel iniuſtitiam fieri, ſi ſtatuto volente, vel æquitate ſuadente, negetur ſolutio ab ijs, qui calamitate belli fuerunt prorſus exhauſti, qui prædijs cenſualibus priuati, vel multorum annorum fructibus (omni culturâ & impenſis fruſtra adhibitis) omninò de-
85. ſtituti. An autem † tunc, quando creditores æquè egeni, miſeri, & afflicti ſunt, idem beneficium debitoribus indulgendum, vel ſtatutum ad talem caſum extendendum ſit, id *in parte* 3. datâ meliori occaſione fortaſſis examinabo.

86. Ad † decimum Reſpondet Gail. 2. *obſ.* 23. *n.* 9. ex cauſa de nouo emergente licitum eſt ab omni diſpoſitione recedere, per rationem: quia ſub ea conditione cenſetur contractum, ſi res manſerit in eodem ſtatu. *arg. c.* 8. *ext. de conſang. & affin. arg. L.* 11. *§. ex cauſa* 8. *ff. de interrogat. action.*

87. Ad † Vndecimum peti poteſt reſponſum ex ipſo Wehnero, qui *loc. cit.* hanc limitationem dictis ſuis addit: niſi ſingularis ratio moderationem deſideret. Hic autem non vnam tantùm, ſed plures æquitatis rationes ſubeſſe jam ſupra oſtenſum eſt.

Ad † duodecimum Reſpondet Dominus Bohs in conſultatione 88.
cenſuali.*p.2. n.100.* ſufficere creditori debere, ſi otioſè ſedens, ne-
que agrum colens, neque commercijs occupatus, & tam periculi,
quàm laboris expers, intra certos annos à debitore curam laborem-
que impendente, pericula ſubeunte, damna perferente, duplum
ſuæ ſortis recipiat, & ſi de mille v. g. ducatis, primo anno 50. lo-
co cenſuum accipere, illos iterum ſub cenſu elocare, & ſic dein-
ceps lucrum facere ſemper poſſit.

Poſtquam † ergo de hoc conſtat, quod cenſus rigore Iuris in- 89.
ſpecto adhuc debeantur, æquitate antem attentâ, non debeantur,
quæſtio nunc eſt, vtrum rigor Iuris, vel æquitas magis ſit atten-
denda? Rigoroſorum † creditorum patroni rigorem æquitati præ- 90.
ferendam putant, his & ſimilibus argumentis moti.

Primò: communiter † dicitur, quod æquitas nón ſcripta ſcri- 91.
pto rigori ſuccumbat, *Dd. in L. placuit 8. C. de iudicijs gl. ibid. in arg.*

Secundò: ſingulis †' legibus æquitas quædam ſubeſſe dicitur, 92.
*L. Paulus. 27. § Pompeius ff. de leg 3. L. hac lege. 8. C. de pact' conuent. L ſi
duo 13. §. 5. in f ubi: non eſſe extra aquitatem poſita ff. de iurei. L. in omni-
bus. 90. ff. de R. I. Veſemb. in parat. n. 14. §. im inquit ff. de I. & I.* E.
fruſtra legum rigor accuſatur, quia non eſt cogitandum antiquos
ICtos iniquum facile ſtatuiſſe, Anton. Faber. *in rational. ad L. quod
verò contra 14 ff. LL.*

Tertiò: iudex † aliud iudicare non poteſt, quàm quod lege 93.
definitum eſt, *L. placuit C. de iudic. Gail 2. obſ. 23 n. 26.* ſiue iudex de-
bet iudicare ſecundum leges. *c. in iſtis. diſt. 4. c. iudicet. 3. q. 7.* quia
iudex iuris miniſter eſt, & à præſcripto iuris recedere non poteſt.
L. nemo. 13 C. de ſent. & interloc. ſed ſacras conſtitutiones modis om-
nibus obſeruare debet, *l. f. in f. C. ſi contra ius vel vtil. pub.* adeò vt ſen-
tentia contra leges canonesué lata ſit ipſo iure nulla; *cap. 1. ext. de
ſent. & re iudic. l. ſi expreſſim ff. de appellat.* Ergò Iudici non licet iudi-
care de legibus, earumq; veritate, iuſtitia, & æquitate.

Quartò: in bono † & æquo plerumque pernitioſè erratur, *l. ſi 94.
ſeruum 91. § ſequitur. 3. ff. de V. O.* E. judex non debet jus ſcriptum
ex æquo & bono interpretari.

95. Quintò : licet † dura multa videantur, quæ in jure ſunt cauta,
L. proſpexit. 12. ff. qui & à quibus. L. 1. §. 1. & ibi Gothof. ff. de perie. &
commod. rei. vend. Schneid. n. 17. in pr. inſt. de pupill. ſubſtit. Oſterman.
ad §. quod autem. 3. inſt. de vſucap. ea tamen nihilominus ſequenda,
Gail. 2. obſ. 154. n. 5. Coler. de proceſſ. execut. p. 1. c. 6. n. 141. Gaſpar Ro-
96. *dericus de ann. redit. l. 1. q. 11. n. 24.* & durities † à nemine alio, quam
ab ipſo Principe eſt emendanda, *L. 9. C. de LL. text. in L. 1. C. eod.* vbi
Imp. Conſtantinus, inter æquitatem, inquit, & jus ſcriptum inter-
poſitam interpretationem nobis ſolis & oportet, & licet inſpicere.
97. ad idem eſt text. *in L. Vlt. §. f. eod.* Ex quo † inferunt, quod lex ſcrip-
ta ſemper ſit ſequenda, donec durities, quæ ipſi putatur ineſſe,
fuerit authoritate imperiali ſublata, & quod judex jus ſcriptum &
ſtrictum præcisè ſequi teneatur, nec illud æqua interpretatione
mollire poſſit. Sic licet

98. Sextò Vlpianus † *L. proſpexit. ff. qui & à quib.* per quam duram
eſſe cenſuerit, & æquitatem cum jure ſcripto confligere animad-
uerterit ; tamen ſecundum jus ſcriptum pronunciauit, & maiorem
potioremque juris ſcripti, quam æquitatis rationem haberi opor-
tere reſpondit. Quem imitati reliqui Iuriſconſulti eam in conſu-
lendo & judicando tamdiu præcisè ſeruârunt, donec Imperatores
eam duritiem temperarent, *L. in adulterij ff. ad L. Iul. de adult. Matth.*
Stephan. de Iuris arte c. 3. n. 15. & 13. Antiquos Iuriſconſultos ſecuti
ſunt,

99. Septimò † recentiores, qui paſſim voluerunt, æquitatem, quæ
jure non eſt ſcripta, ſed ex motu & affectione animi apparet, contra
jus ſcriptum non eſſe ſequendam, Bart. Bald. & cæteri Doct. *L.*
placuit. C. de LL. Abbas. *c. Vlt. de tranſact.* Mynſ. *cent. 6. obſ. 63. n. 4.*
vbi Rationem reddit, quia

100. Octauò † alioquin nihil eſſet certum, vel perpetuum in jure
noſtro, quibuſlibet cauſarum ſtatum ad quamlibet imaginariam
æquitatem detorquentibus, ſicut eleganter Zaſius ſcribit *conſ. 11.*
n. 35. lib. 1. vnde

101. Nonò † Paulus de Caſtro *in L. placuit circ. f. C. de iudic.* ita
ſcribit : non debemus capite noſtro propter æquitatem, quam eſſe
putamus,

putamus, à jure ſcripto recedere, quia ſic omnes leges poſſent aboleri, propter præſumptuoſos & temerarios, aſſerentes contrarium & nontenentes jura ſcripta. Fruſtra, ait † cit. Matth. Stephani 102.
*num.*10. *§. deinde,* leges ſcriptæ erunt, nec opus deinceps ſcribi leges, ſi judici liceret ex capite ſuo, vel de communi hominum opinione, contra leges ſcriptas æquitatem fingere, & à ſcriptis legibus diſcedere, cum ea ratione homines præſumptuoſi & temerarij optimas quaſque leges prætextu æquitatis, cuius tamen vim & poteſtatem ignorant, ſint abolituri. Idem ibidem addit: leges in eum finem ſcribi, vt ſecundum præſcriptum earum viuatur & judicetur, non vt ſecundum æquitatis imaginariæ rationem efformentur.
His † accedit Conradus Mauſerus *de nup'ijs fol.* 11. vbi dicit; ex ficta 103.
æquitate & capite ſuo velle pronunciare, non ſolum eſſe periculoſum, ſed etiam temerarium, & leuitatis plenisſimum. Et Anton. † 104.
Faber in rationalibus *ad L. quod Vero contra,* 14. *ff de LL.* vbi ait quod ſi æquitatem indiſtinctè juri ſcripto præferre liceret, facile jus totum ſubuerteretur.

Decimò: jura † circa obligationes firmiter conſtitutas, circa 105.
pericula & commoda rerum ad vnum quemque ſpectantia, circa caſus, interitus, ac damna, ad dominos pertinentia, certitudinem rerum contractarum & acquiſitarum ſuſtinent, & conſeruant, ſuaque certa, luculenta, & firma principia habent, E. æquitati locus non ſupereſt. Etenim † judex ſecurè procedere debet, per viam ſi- 106.
licatam (den gepflaſterten Weeg) id eſt, per textus legum: Et qui ex æquitate procedere debet, non poteſt contra leges judicare, etiamſi rigorem continerent. Cum debeat non ſecundum æquitatem ſui capitis decidere, ſed ſecundum eam, quæ lege ſcriptâ reperitur: nemo † æquitatem debet ſumere de ſua burſa: Vtut ſæpe judices 107.
æquitatem ſibi confingant, abuſiuam, & velint, æquitatem habere naſum cereum, vt quocunque velint, flectatur: ſicuti hæc dicta variorum Doctorum refert & comprobat Tiberius Decianus *Vol.* 1. *Reſponſ.* 36. *n.* 43. 44. ita Dominus Bohs *in conſult. Cenſual. p.* 1. *n. f.*

Vndecimò: ipſa † ſacra ſcriptura homicidia, aliaq; delicta, ſe- 108.
cundum legis præſcriptum, ſine vlla commiſeratione, & æquita-

tis temperamento puniri iubet, *Num. 35. v. 31. Deut. 19. v. 13.* & Mar-
109. cellus IC. *in l. perſpiciendum 11. in f. pr. ff. de pœn.* in grauioribus † autem delictis ſeueritatem legum ſubſequi. Si ergo in criminibus lex ſcripta præcisè ſeruanda, & rigor lenitati præferendus, cur non etiam in ciuilibus?

110. E contrario † verò calamitoſorum debitorum defenſores exiſtimant, potius ad æquitatem, quam ad rigorem Iuris reſpiciendum. Mouentur autem pluribus rationibus & argumentis, Nam

111. Primò ex † varijs iuris textibus eruitur, & pro regulâ habetur, quod æquitatis ratio iuris rigori præferatur, *text. in l. ſi tibi 20. in f. ff. ſi cert. pet. text. in c. f. ext. de tranſact. text. in l. ſi tibi 25. ff. de donat. §. idemq́ᵹ, ibi: nonâ humanitatis ratione inſtit: quib. ex cauſ. manumi non licet: § item ſi adhuc inſt. de mand. §. namqᵹ ſi cui + ibi: ſed quia ſanè inſt. de action. §. actiones. 10. inſt. eod. l. ſi quis 14. § idem 13. circ. f. de relig. & ſumpt. fun. l. in omnibus. 90 l. & ſi nihil. 183. ff. de R. I. l. Paulus. 27. §. Pompeius ff. de leg. 3. l. 1. C. ad SC. Velleian. l. Pedius. 4. §. 1. in f. ff. de incend. ruina. l. hac lege C. de pact. conuent. ſuper dot. l. benignius. 18. l. nulla. 25. ff. de LL. l. ſi. ſocius. 81. ff. pro ſocio.* in ſpecie autem

112. Secundò † nota eſt *l. placuit. 8. C. de iudic.* vbi dicitur: placuit in omnibus rebus præcipuam eſſe iuſtitiæ, æquitatiſq́ᵹ, quam ſtricti juris rationem, & regula Iuris: in omnibus quidem, maximè tamen in jure æquitas ſpectanda, *l. in omnibus. 90. ff. de R. I.* vnde

113. Tertiò † ſolet vulgò dici: iuſtum eſt inhærere rigori, ſed iuſtius æquitatem amplecti, *argr. l. ſi filius qui patri 12. ibi: iuſtius prætorem ff. de vulg. & pup.*

114. Quartò † laudatur prætor, quod æquitatem ſemper ob oculos habeat, *l. quod ſi Epheſi. 4. ff. de eo, quod cert. loc. § adhuc autem. inſt. de bon. poſſeſſ. l. 1. in pr. ff. de vi & vi arm. l. ſed cum patrono. §. vlt. ff. de bon. poſſeſſ. l. 2. § 1 l. habet. ff. de precario l. 1. § 1. ff quod legat. l. 1. ff. de legat. præſt. l. 1. ff. quod quiſqᵹ iur. l. 1. ff. de conſtit. pec. l. 1. ff. quod falſo tut. auct.*

115. Quintò † accedit horum omnium ratio, vulgari prouerbio comprehenſa: ſummum jus ſumma iniuria, *argr. l. 7. §. quod ſi toto 5. in f. ff. de acquir. rer. dom. argr. §. 2. inſt. de ſucceſſ. lib. Dd. in l. placuit C. de iudicijs. Cic. 1. off. Myns. § quod ſi naturali 25. inſt. de rer. diuiſ. Oldendorp. in loc. comm. act. diuiſ. 14 in pr.*

116. Sextò † ſuperuenit exemplum Pauli Iuriſconſulti *in L. 2. §. item*

Varus.

Varen. §. ff. de aq. & aq. pluu. arc. vbi dicit: quanquam deficiat aquæ pluuiæ actio, tamen opinor vtilem actionem, vel interdictum mihi competere, additque: hæc æquitas ſuggerit, & ſi jure deficiamur. Æquitatem autem mutuatur ex illo vulgari: quod alicui prodeſt, & nemini nocet, facile eſt concedendum.

Septimò † faciunt ea, quæ notaui ſupra *decad. 2. q. 9. num. 147.* 117.
& ex Seneca retuli, quod non omnia, prout lex & juſtitia ſuadere videtur, ſed prout humanitas & miſericordia impellit, concipienda ſint, & ibid. *num. 149.* quod ætas noſtri temporis non patiatur rigorem antiquorum jurium, ſed neceſſitate vrgente, vel propter vtilitatem euidentem recedat quandoque à diſpoſitione juris, cum finis legum concernat neceſſitatem vel vtilitatem ſubiectorum. His ſimile quid ſcribit

Octauò † Dominus Zorer. *q. 1. n. 166. & ſeq.* quod eadem æqui- 118.
tas, temperatura, & compaſſio, quæ in remittendo canone emphyteutico obſeruari ſolet, pro varietate circumſtantiarum, & conſideratis conſiderandis, etiam in propoſito caſu ſit vſurpanda, cum † 119.
præſertim in exactione vſurarum licitarum mentis ſanæ judicium ſit adhibendum, & de toto genere vſurarum non ex ſeſe, ſed ex circumſtantijs perſonarum contrahentium, temporum, locorumque qualitate, adhibitis æquitatis, vtilitatis, & honeſtatis formulis, collatiſque Chriſtianæ dilectionis gradibus ſtatuendum ſit, vti & judices in negotio vſurarum æquitatem à jure nunquam ſeiungere debeant, *Herg. lib 2. q. 1. n. 120. & ſeq.* præſertim ſi magna paupertas & impotentia (ob quam cenſus petiti ſolui non poſſunt) ex parte debitoris accedat. Vide eundem *q. 8. n. 591.* vbi † ita pergit: 120.
jam ſupra indicatum fuit, quid naturalis æquitas, & Chriſtiana charitas requirat, quod etiam hoc loco attendendum eſt, cum bonum & æquum potius, quam rigor juris ſit præ oculis habendus, prætextuque ſubtilis juris plerumque erratum ſit, *Port. conſ. 170. n. 15. & 26. Hiller. in informat. iur. n. 117.* ibi: ſubtilitatibus nimium inhærere eſt perniciosè errare, *ex mente Baldi. Vid. Oldendorp. in loc. commun. lit. 8. §. ſubtilitas; &c.* proinde illa opinio in dubio recipienda, quæ æquitatem, & benignitatem ſapiat, & à ſapientibus

entibus reprehendi non poſſit, per quam etiam pars altera non defraudetur, *Heig. 1. q. 26. n. 46.*

121. Ita † diuerſimodè ſentiunt, qui vel æquitati, vel rigori Iuris inſiſtunt. Sed quia is, qui benè diſtinguit, proximus eſt veritati, *Salic. in pr. Cod.* ideo mihi non diſplicet eorum opinio, qui diſtinguunt inter Ius ſcriptum, & non ſcriptum, inter legem apertam & obſcuram, ſeu dubiam, inter Iudices maiores, & inferiores.

122. Conclvsio † prima: Vbi lex negotiũ aliquod palàm definit, iudex eam ſequi debet, quantumuis dura ſit, ſolius enim Principis eſt eam mitigare, *text. in L. 1. 9. 11. 12. C. de. LL. Gothof. ad L. 1. eod. Nov. 43. adde* Matth. Stephani, *d. c. 3. n. 4.* vbi dicit: ſi lex ſcripta ſit perſpicua, clara, & euidens, præciſè illa in iudicando tenenda, & obſeruanda eſt, *L. proſpexit ff. qui & à quib.* Nam verbis edicti inſeruire tutius eſt, *L. 1. §. ſed ff. de execut.* adde Harprecht. *ad §. ſine ſcripto. 9. n. 62. inſt. de. I. N. G. & C.* vbi verbis paulò immutatis, quoties inquit, verba legis adeo ſunt clara, vt ſaluâ ratione recti ſermonis, ſaluâque ſententiâ legum latoris interpretationem ex æquo & bono recipere non poſſint, tunc lex prout ſcripta eſt, quantumuis dura

123. ſit, & æquitati repugnet, ſeruanda eſt. Ratio: † ne forſan benigna interpretatio, quæ ad legis ſententiam conſeruandam eſt comparata, ad eam euertendam accommodetur, *L. benignius. 18. ff. de LL.*

124. Amplia † vt non interſit, ſiue lex generaliter loquatur, ſiue certam aliquam facti ſpeciem, & caſum particularem definiat. Nam ſi quando caſus poſtea eueniat, qui per omnia ſit ſimilis, nec habeat vllas differentes circumſtantias, quæ mutationem Iuris de-

125. ſiderent, tunc legem præciſè ſequi tenemur; certi, quod æquitatis cenſura dudum ſit adhibita, & quod Iuriſconſulti, & Imperatores Romani, in deſcribendis ponendiſque legibus & præjudicijs humanorum negotiorum æquitatem obſeruârint, Mynſing. *cent. 6. obſ. 63. num. 1.* & ante ipſum Oldendorp. *in lexic. V. æquitas.* Ratio † alia ſecundum Leſſium: quia lex eſt veluti in poſſeſſione ſuæ auctoritatis: vnde non poteſt judex, cum ex officio ſit cuſtos legis, eam ſuâ auctoritate priuare, *L. 2. de I. & I. c. 29. dub. 5. n. fi.*

126. Conclvsio † Secvnda: quando lex generalis eſt, vel dubia,

bia, & obſcura, ita vt ad hypotheſin & caſum præſentem attentis illius circumſtantijs rectè accommodari non poſſit, tunc poteſt eam judex benignâ interpretatione adiuuare, mollire & temperare, *per text. in L. 56. ff. de R. I.* vbi dicitur: ſemper in dubijs benigniora præferenda ſunt, *& L. 168. ff. eod.* vbi habetur: quod rapienda ſit occaſio, quæ præbet benignius reſponſum, *adde L. 18 ff. de LL. L. 4. ff. mandati L. 24. ff. de reb. dub. L. ſi fuerit. 10 L. 5. in f. ff. de leg 1. L. 3. in f. ff. de his qua in teſtam. L. 1. §. 6. ff. ad SC. Tertull. L. 1. §. furioſi. ff. de oblig. & act.* Ratio: quia † ſententia magis, quam verba legis ſunt 127.
attendenda, *L. nominis. 6. §. Verbum ff. de V. S.* & mentem potius ac intellectum, quam verba conſiderare debemus, *L. cum virum 16. C. de fideicom.* Ex verbis inducitur jus ſtrictum, ex ſenſu autem, ſiue mente legis æquitas, Matthias Stephani *num. 7. & 22.* Hinc dicit Dn. Zoreſ. *n. 845.* quod † æquitas ſit modus interpretandi leges, 128.
pacta & ſtatuta, *Dec. ad L. in omnibus. ff. de R. I.* Confer Leſſium, *de Iuſt. & I. l. 2. c. 29. dub. 5. n. 47.* vbi dicit, quod etiam Iudex inferior interdū à lege ſcripta recedere poſſit, judicando contra verba legis, quando conſtat mentem legiſlatoris eſſe aliam, nec voluiſſe hunc caſum verbis legis eſſe comprehenſum, tunc † enim vtendum 129.
ἐπιεικείᾳ, magis enim tenetur ſequi mentem legiſlatoris, quam corticem verborum, alioquin ſummum jus ſumma iniuria. Similiter Oldendorp. in lexico, æquitatem dicit accipi pro *ἐπιεικείᾳ* ſiue mitigatione legis ſcriptæ, in aliqua circumſtantia, vtpote rerum, perſonarum, ac temporum. vide Weſenb. † *in parat. n. f. ff. de I. & I.* 130.
vbi tradit: æquitatis vſum elucere maximè in legibus ex æquo & bono ad ſanam rationem, & rectam ſententiam accommodandis, & interpretandis, *L. nulla. 24. L. in ambigua. 19. ff. de LL. Matth. Stephan. loc. cit. n. 21. & ſeqq. & Harp. loc. cit. num. 58.* vbi dicit, quod æquitas verſetur circa caſus, & perſonas ſingulares, penſatis rei, perſonæ, loci, & temporis circumſtantijs.

Conclusio † tertia: Quando caſus aliquis neque palam, 131.
neque etiam obſcurè lege comprehenſus eſt, tunc judex in dijudicando æquitatem adhibere, ac ea quæ deſunt ſupplere debet, vnde illud: deficiente jure vel lege æquitas ſupplet, ad quod eſt *text. L. 2.*

§. item Varus.5. ff de aqu. plur. arc Matth. Stephani *de art. iur. c. 3. n. 6.*
132. *vbi n. 5.* Rationem † reddit: nam vt de ſingulis factis ſingula jura
conſtituerentur, id erat olim, atque etiamnum eſt impoſſibile.
Neque enim leges, neque Senatuſconſulta ita ſcribi potuerunt, vt
omnes caſus, qui quandoque inciderint, comprehenderent, ſed
ſufficiebat ea, quæ plerumq; accidunt, contineri, *L. non poſſunt L.
neque Leges ff. de LL.* Vnde dicitur æquitatis regimen verſari in rebus
133. & caſibus jure non deciſis *Stephani n. 4.* Et quamuis † videatur ni-
hil de nouo accidere poſſe, quod per tanta ſeculorum interualla
non ſæpius euenerit: tamen idem *num. 18.* exiſtimat, impoſſibile eſ-
ſe omnes caſus ſcriptis legibus complecti, etiamſi totidem adhuc
promulgentur, quot nunc extant, multoque minus omnes circum-
134. ſtantias caſuum poſſe deſcribi. Ratio † rationis redditur ab Har-
prechto. *§. ſine ſcripto 9. n. 54. inſt. de I. N. G. & C.* quia leges ferun-
tur καθόλου, & communia dicuntur præcepta ac regulæ, quibus pro-
pter negotiorum & attributionum varietatem non poſſunt omnes
135. articuli ſigillatim comprehendi, *L. 8. 3. 10. & 12. ff. de LL.* Confer †
Weſenb. *n. 5. ff. de I. & I.* vbi vſum æquitatis in eo elucere oſtendit,
vt in hiſce, quæ nec ex verbis, nec de ſententia legis, nec ratioci-
nationis argumento definiri poſſunt, pro regula judicij, atque juris
valeat, hic enim quod æquitas ſuggerit, ſequendum erit *arg. d. L.
2. d. §. 5. ff. de aq. & aq. plu. arc.*

136. Conclvsio † qvarta: quando aliquid à jure non eſt deci-
ſum, ſed apud Doctores controuerſum, tunc inter diuerſas opinio-
nes humanior & æquior præferri debet, *per text. in c. ſi Vir & ibi Ho-
ſtiens. de cognat. Spirit.* Mynſ. *cent. 2. obſ. 10. num. 12.* Vt autem judex
ſciat, quomodo æquitatis judicium formare debeat, ſequens atten-
denda eſt doctrina &

137. Conclvsio † qvinta: vbi lex ſcripta negotium aliquod nō
definit, tunc debet judex æquitatem exigere ad præceptiones ſeu
regulas ſaltem generales, ſecundum naturæ rationem à peritiori-
bus deſcriptas, ne à veritatis ſcopo aberret, poſt Oldendorp. Matth.
138. Stephani *num. 18 in f.* Nam † vniuerſales æquitatis regulæ attendi
debent, cum lex ſpecialis deficit, *c. f. extra de tranſact.* vide quæ ſcripſi

decad.

decad. 1. *patrocin. q.* 9. *n.* 141. Ratio: quia licet DEVS naturam hu- 139.
mani generis ſic condiderit, vt omnia quidem de futuris negotijs
certò præſcribere non poſſet vllo modo, tamen notitiam quandam
nobis inſculpſit, vt poſſimus certas aliquas honeſtatis formulas
præſcribere generaliter, ad quas omnes factorum ſpecies quando-
cunque incidentes exigantur, arte quadam boni & æqui, hoc eſt,
perpenſis atque collatis certa ratione circumſtantijs, Oldendorp.
in lexic. V. *Verbo æquitatis cauſa efficiens.* Hinc quando caſus emergit,
qui † non habet in ſcriptis legibus præjudicium, ex omni parte re- 140.
ſpondens, tunc judex ſecundum cicumſtantias earum applicatis
axiomatibus, ſiue regulis ſummi juris, judicare debet, quid diffiniri
deceat, Oldendorp. *in lexic.* V. *æquitas.* Ratio: quia ſicuti † ædificia 141.
probari ſolent adhibitâ principalioribus partibus normâ: ita æqui-
tas factis incidentibus cum circumſtantijs ſuis ad formulas juris
collatis, *idem ibid.* V. *æquitatis cauſa formalis* & ex ipſo Mynſ. *cent.* 6.
obſ. 63. *n.* 2. vbi *n.* 3. dicit, æquitatem † vocari jus non ſcriptum, 142.
non quaſi ſine ſcripti juris obſeruatione illam æſtimare liceat, ſed
quod aliquantò longius à ſcriptis theſibus recedat, itaque ſemper
cum juris doctrina conferendam eſſe.

Poteſt † item judex ex duarum vel diuerſarum legum ſententiâ & 143.
collatione, vna ſcilicet ſtricti juris, alterâ æquitatis plena, argumē-
tum ad facti controuerſi deciſionem ducere, & hanc illi præferre,
Gothofr. ad L. 1. *C. de LL.* In primis † autem debet ſingularum cir- 144.
cumſtantiarum circa perſonas, (ætatem, conditionem, ſexum)
circa res, earumque qualitates, circa locum, & tempus, diligen-
tem inſtituere examinationem, & exquiſitam habere rationem,
poſt Oldendorp. *ad L.* 1 *de I. & I.* Matth. Stephani *num.* 19.

CONCLVSIO † SEXTA: quamuis judex inferior æquitatem non 145.
adiutam legibus curare non debeat, & aliud judicare non poſſit,
quam quod jure definitum eſt, *L. placuit. C. de iudic.* Gail. 2. *obſ.* 23.
n. 26. Leſſius *de I. & I. l.* 2. *c.* 29. *dub.* 5. *n.* 46. tamen ſummus Prin-
ceps † poteſt æquitatem non ſcriptam præferre rigori ſcripto, Gail. 146.
1. *obſ.* 66. *n. f.* vbi adducit Afflictum *tit. quæ ſint regalia. c.* 1. *num.* 41.
hoc extendentem ad Conſiliarios Principis, jure repræſentationis,

147. vide plura ſimilia apud Gail. 1. *obſ.* 42. Ratio † ſecundum Leſſium *loc. cit. n.* 47. quia ſupremus Princeps poteſt interdum diſpenſare in lege poſitiua, legiſque rigorem relaxare, vel mitigare, prout putat expedire reipublicæ: hoc autem non poteſt inferior, niſi ex
148. tacita vel expreſſa ſuperioris conceſſione. Ratio † rationis ſecundum Oldendorp. *in lexic. v. æquitas* quia æquitas eſt juris & morum norma. Sicut enim per normam judicantur ſtructuræ vitia, ſic æquitas de jure ſcripto, & omnibus humanis functionibus, ac moribus, rectè dijudicat. Itaque magiſtratus attemperabit cognitiones ſuas bono & æquo, hoc eſt, diuinis & naturalibus legibus, contra quas, quicquid judicatur, non poteſt non iniquum eſſe. Tempus eſt, vt ad argumenta in contrarium allegata reſpondeatur.

149. Ad primum † dico, quemadmodum in concluſ. 1. dictum fuit, quod in his caſibus, in quibus lex ſcripta perſpicua & manifeſta eſt, etiamſi rigoroſa & prædura videatur, nihilominus tamen ſimpliciter ſequenda, & ſecundum illam præcisè pronunciandum ſit: ſecus verò, vbi lex ſcripta non eſt, vel dubia & obſcura eſt, vel quando caſus emergens caſui legis non omni ex parte reſpondet, vid. Matth. Stephani. *d. c.* 3. *n.* 10. *§. proinde.* vel quando cum tempore tales circumſtantiæ emerſerunt, ob quas meritò aliqua vel mutatio vel limitatio deſideretur.

150. Ad ſecundum † Reſpondetur, ſicuti bono datur melius, *L. Vbi autem 75. §. 2. ff. de V. O.* ita quoque æquo datur æquius, *L. ſenſus communis §. quod verò ff. de furt*; licet itaque lex nitatur aliqua æquitate,
151. maior tamen æquitas poteſt eſſe extra legem. Aliud † reſponſum peti poteſt ex traditis Matthiæ Stephani *d. c.* 3. *n.* 20. vbi ait: quamuis omne Ius per ſe ſit æquum & bonum, & extra omnem iuſtam reprehenſionem, vel indignationem, tamen tunc ius commune in genere ſcriptum reuera ſit ſummum, & rigidum, quando in ſumma ſeueritate, non attentis circumſtantijs ad hypotheſin ſiuè praxin nimis rigidâ interpretatione transfertur, & accommodatur, nam tunc incipit à Iuſtitiâ, adeoque à Iure deuiare, & ex ſummo iſto Iure plerumque ſumma fit iniuria, *L. nulla 25 ff. de LL.*

152. Ad tertium † Reſpondet Harprecht. *§. ſine ſcripto 9. n. 68. inſt. de*

I. N.

l. N. G. & C. aliud eſſe de legibus judicare, aliud verò leges æquitate mollire, easque ſecundum id, quod æquum & bonum eſt, interpretari. Prius iudici permiſſum non eſt, poſterius autem, non tantum permiſſum, ſed & iniunctum.

Ad quartum † Reſpondetur, tunc plerumque perniciosè errari, quando quis auctoritate Iuris ſcientiæ quæſtionem boni & æqui ſuo arbitrio adiungit, & ex bono & æquo ſcriptum ius interpretari conatur, Matth. Stephani. *loc. cit. n.* 14. vbi poſt Oldendorp: *in tract. de Iur: & æquit.* definit † æquitatem, quod ſit animi iudicium, ex verâ ratione petitum, de rerum ad honeſtatem vitæ pertinentium circumſtantijs *manifeſto Iure non deciſis*, rectè diſcernens, quid fieri aut non fieri iuſtum, bonum, & æquum ſit. 153. 154.

Ad quintum † Reſp. licet interpretatio legis obſcurioris ab auctoritate & maieſtate Principis ſit petenda, tamen hoc eſt intelligendum, vel de interpretatione Iuris in totum iniqui, quo id agitur, vt Ius eiuſmodi iniquum tollatur, ſimulque nouum conſtituatur: (talem interpretationem in legibus adductis ſibi Imp: † meritò reſeruat, cum eius ſolius ſit abrogare legem, cuius eſt condere; *L. Vlt. §. 1. C. de LL.*) vel de eo Iure aut lege, cuius ſententia adeo ſit obſcura, vt nullâ ratione penitus elici queat, ſic vt ars interpretandi omninò deficiat. In † hac prorſus dubia & obſcura cauſa recurrendum erit iudici ad Imperatorem: ſecus autem, ſi probabili aliquâ ratione ſententia legis æqua elici poſſit. Ita in terminis Harprecht. *loc. cit. n.* 63. & 64. quò facit textus *in L. etſi* 183. *ff. de R. I.* vbi Marcellus IC. & ſi, inquit, nihil facile mutandum (ex ſolennibus) tamen vbi æquitas euidens poſcit, ſubueniendum eſt. 155. 156. 157.

Ad ſextum † Reſpondet Harprecht. *loc. cit. n.* 60. cum in *d. L.* 12. ſerui prohibeantur manumitti, alienariué, intra 60. dies, eoſque iura quæſtioni ad veritatem adulterij à muliere commiſſi ſubijci velint, idque in omnibus omninò ſeruis obſeruari, etiam ijs, qui extra miniſterium iſtius mulieris in agro vel prouincia fuiſſent, id Vlpiano primo intuitu perquam durum & iniquum videbatur: re autem melius conſideratâ æquum & juſtum eſſe comperit, propterea, quod ſerui iſti ex conſeruis, qui in mulieris miniſterio manſe- 158.

runt, adulterium commodius ſciſcitari potuerint, ac publicè quo-
159. que † interſit, vt tam atrox facinus penuria probationum non maneat impunitum & inultum, *arge. l. ita vulnerarum. 51. §. 2. v. cum neque. ff ad l. Aquil. ibid.*

160. Ad ſeptimum † octauum, nonum, & decimum reſpondetur, Doctores plus non velle, quam quod judex non debeat ex mero animi ſui arbitrio temperare, & mollire leges, ſed æquitatem formare, prout ſupra concluſione quarta indicatum fuit, non autem prohibent, ſi euidens neceſſitas, vtilitas, ratio, & æquitas id poſtulet, vt non quandoque incorrupto animi judicio recedere
161. poſſit. Sicut enim † in ijs, quæ ſunt relicta arbitrio judicis, judex non debet merum animi ſui motum ſequi, ſed illud ad legum diſpoſitionem, & commune boni viri judicium formare; *VVeſenb. n. 3. ff. de probat.* jurique & æquitati conformare, *Damhauder in prax.*
162. *crim. c. 36. n. 3.* ita quoque † æquitatem ex jure naturæ, jure ciuili, & bonis moribus conflare. Nam ex his fit pulchra quædam ac reipublicæ ſalutaris mixtura, per judicium animi incorruptum, Oldendorp. *in Lexico v. æquitatis causa mater.* vide plura *sup. concluſ. 4.*
163. Itaque æquitas † juri ſtricto præferenda, modò ſit jure informata, & quæ ex eo colligi poſſit, non cerebrina. *poſt Gothof. in L. quod Epheſi §. 1. ff. de eo, quod certo loco Dominus Zerer. q. 1. n. 159.*

164. Ad vndecimum † Reſpondetur, Marcellum IC. *in d. L. perſpiciendum* addere, quod judex debeat ſeueritatem legum, *cum aliquo temperamento benignitatis* ſubſequi: hoc autem temperamentum eſt ipſa æquitas, hancque in pœnis grauioribus obſeruari conuenit, Harp.
165. *loc. cit. n. 65.* vbi addit: Non eſſe exiſtimandum, æquitatem † perpetuò in commiſeratione & lenitate conſiſtere, ſiquidem pro ſcelerum atrocitate, interdum æquitas acuit pœnas, *arge. L. 1. in pr. ff. de eo, per quem factum erit. L. 1. §. 3. ff. ſi quis teſtamento liber eſſe.*

Et hæc de æquitate non ſcripta ſatis, Nunc ad jus ſcriptum vel ſcribendum redeamus.

QVÆ-

QVÆSTIO VI.

Vtrum per ſanctionem pragmaticam, conſtitutionem imperialem, vel ſtatutum induci poſſit, vt cenſus præteritorum annorum non præſtentur, ſed remittantur.

SÆpius † hactenus dictum fuit, in jure expreſsè definitum non 1.
eſſe, quod moderni calamitoſi debitores cenſus ſoluere non debeant. Sed quia, aliud eſt, juris eſſe, aliud pro Iure induci, & recipi poſſe, ideo ſuccedit illa quæſtio: an ſaltem de nouo tales conſtitutiones, & ſtatuta fieri poſſint?

Ego † ſcrupulum mihi feciſſem, ſi motu proprio hanc quæ- 2.
ſtionem in dubium vocaſſem, quia ſacrilegij crimen eſt de auctoritate ſtatuentium diſputare. *L. ſacrilegij 5. C. de diuerſ. reſcript: L. diſ-*
putare. 3. C. de crim Sacrileg. Gail. 1. obſ. 14. n. 6. ſed † quia feri paupe- 3.
rum patroni manus Romanorum Imperatori, cæteriſque Imperij ſtatibus ligare non formidarunt, ego auctoritatem eorum, pro modulo ingenij mei defendere haud grauabor.

Intrepidè † igitur teneo, & firmiter credo, nihil obſtare, quò 4.
minus lex aliqua, vel ſtatutum fieri poſſit. In gratiam † enim e- 5.
genorum condi poſſunt, & conditæ emendari, leges. §. 1. *Nouel. de non elig. ſecund. nub. Gregor. Tholos. in Syntag. iur. p. 3. l. 22. c. 14. n. 2.*

Exempla † non deſunt in antiquis legumlatoribus, qui ad re- 6.
leuandos debitores varia remedia induxerunt. Sic cum Iure † an- 7.
tiquo inductum fuiſſet, vt ſi debitor ſoluendo non eſſet, vel carceribus manciparetur, vel creditori ad operas præſtandas in ſeruum quodammodo addiceretur, *Vid. patr. decad. 1. q. 5. n. 106. cum ſeqq. &*
q. 8. n. 10. Matth. Stephan. ad Nouell. 135. num. 2. id jus † poſterioribus 8.
legumlatoribus durum nimis viſum, ac proinde ab ipſis emendatũ, illudque conſtitutum fuit, vt ſolutio ſolum ex bonis debitoris fieret, nec corpus quicquam pateretur, aut creditori addiceretur, *Vid. decad. 1. q. 5. num. 111.* qua de cauſa † varia remedia carcerem ſub- 9.
terfu-

perfugiendi fuerunt poſtea inuenta, *vid. decad. 1. q. 7. n. 101.* ac inpri-
10. mis † à Iulio Cæſare beneficium ceſſionis introductum, *L. legis Iu-
lia 4. C. qui bon. ced. poſſ. Toloſ. c. 14. n. 1. Matth. Stephan. ad d. Nou.*
11. *135. n. 4. id. ad Nou. 4. n. 32.* Sed quia ceſſio † quodammodo iniu-
rioſa eſt, & acerba valde, *Nou. 4. c. quod autem 3. Nou. 135. vid. quaſt. 6.
patrocin. q. 2. n. 99. q. 2. n. 88. & num. 58.* quia infamia ſaltem facti ce-
dentem manet, *Matth. VVeſenb. in parat. in f. de ceſſ. bon. Franc. Hotom.
q. 26. circ. f.* ideo Imperator Iuſtinianus, qui anteceſſores ſuos ſem-
per humanitate ſuperare contendit, *§. & quia 12. inſt. de fideicommiſſ.
hæredit.* poſtea in ſolatium & fauorem calamitoſorum debitorum
12. beneficium † *Nouell. 135.* inuenit, ne quis eorum cogeretur bonis
cedere, de quo egi ad longum in patrocin: *decad. 2. in quaſt. 1. & 2.*
13. ne † autem creditores nimium grauentur, *argt. Nouell. 4. c. 3. circ. f.*
ideo conſtituit, vt ſi debitor prædia haberet, ea venderentur, vel ſi
emptor inueniri non poſſet, creditori pro quantitate debiti in ſolu-
tum darentur, *textus in Nou. 4. c. quod autem 3. auth. hoc niſi C. de ſolut.
Zanger. de except. p. 3. c. 1. n. 145.* hacque ratione non tantùm carcer,
*per notata decad. 1. q. 7. n. 10. cum ſeqq. Cuiac. ad Nouell. 4. v. ſed ea ceſ-
ſio, &c.* verùm etiam ipſa bonorum ceſſio vitaretur; *vid. decad. 1.
q. 7. n. 105. & 106.* ne cum aliqua exiſtimationis imminutione, qui
bonis ſatisfacere poteſt, cedere cogeretur, *VVeſenb. in parat. n. f. de*
14. *ceſſ. bon.* Sic † alij legumlatores ante Iuſtinianum Imperatorem vo-
luerunt eſſe quaſdam actiones, quibus non ſemper ſolidum, quod
nobis debetur, perſequimur, ſed aliquando minus, vnde pluribus
tributum eſt beneficium, vt non teneantur, niſi in quantum facere
poſſunt, habitâ ratione, vt non perducantnr ad nimiam egeſtatem,
15. *Hartman. l. 2. tit. 18. obſ. 5. n. 1. & 2.* Etſi † enim finis actionum om-
nium ſit, vt vnicuiq; jus ſuũ tribuatur, & huc omnes leges tendant,
non tamẽ ſemper æquũ eſt, ſic vnumquemq; debitũ ſuũ conſequi,
vt aduerſario totum, quod habet, extorqueatur. Nam aliqui ſunt
caſus, in quibus humanitatis rationem habere oportet, ne ſum-
mum Ius perſequendi ſumma fiat iniuria, *Oldendorp: in locis commun:
16. act: diuiſ: 14. in principio.* Sic Conſtantinus † Imperator *in L. quoties
2. C. de precib. Imp. offer:* ſimiliter Gratianus, Valent. & Theodoſ.

in L.

in L. vniverſa 4. C. eod. in gratiam debitorum afflictorum, & fortuito caſu depauperatorum moratoriam quinquennalem introduxerunt, vt habeant ſpatium ad pecunias comparandas; ne intra tempus indultum quotidianis & moleſtiſſimis exactionibus tam miſerè excrucientur, vt interea poſſint reſpirare, & cogitare de modis ſoluendi, atque exigere viciſſim ſua debita, quibus alios obſtrictos habent, ſicque peruenire ad ad meliorem fortunam, *VVebner. in obſeruat. pract. v. quinquennel. circa princ. Beſold. in theſ. eod. §. eoq; fine Harp. ad §. praeterea 11. n. 6. inſt. de except.* Si dicas† hæc omnia 17.
parum ad rhombum facere, eò quod talia beneficia non auferant debitoribus ius ſuum, ſed tantum differant, *argt. L. 2. C de prec. Imp. off. ego in parnecim decad. 4. q. 9. n. 14.* ſubſtantiam obligationis non extinguant, ſed executionis actum tantum ſuſpendant, *Brun. de ceſſ. bon. q. 2. princip. n. 11.* & quoad tempus tantum à creditorum exactionibus liberent, *id. q. 15. quart. quaeſt. princ. n. 3. Harp. ad §. ult. n. 21. Angeli Aretin. ibid. n. 3. inſt. de action.* Reſpondeo: † ſatis mi- 18.
hi eſſe, quod in gratiam egenorum condi poſſint, & conditæ emendari leges, *§. 1. Novell. de non elig. ſecund. nub.*

Vt autē ſcias, legumlatores quædam † alia remedia, etiam ad libe- 19.
randos debitores ab ære alieno introduxiſſe, exemplo tibi ſit inprimis Lucullus in Aſia, qui (quemadmodum Plutarchus in eius vita author eſt.) oppreſſos alieno ære his legibus liberauit. Primò † 20.
non vltra centeſimam, jure fœnoris deinceps repeti poſſe inſtituit: omnes deinde vſuras capitali maiores abſcidit: poſtremò quod maximum fuit, neminem voluit fœneratorem vltra quartam fructuum debitoris poſſe accipere, qui verò cum capitali fœnus ipſum junxiſſet, vtroque priuatum eſſe, referente Couarr. *var. reſol. l. 3. c. 9. n. 6.*

Hunc † imitatus eſt Iuſtinianus Imp. qui in *Novell.* 121. *& Nov.* 138. 21.
conſtituit, vt vſuræ deſinant deberi, cum ſortem æquant, & ſi poſtea amplius aliquid vſurarum nomine ſoluatur, vt in ſortem imputetur, ita vt eius quantitatem diminuant.

Dices: vſuras † ex ſua natura improbas & illicitas, proinde 22.
odioſas eſſe, & de facili tollendas fuiſſe: proinde non poſſe bonum ab illis ad cenſus noſtros duci argumentum. Reſpondeo † anti- 23.

quitas de iure ciuili vſuras ſtipulatione promiſſas non minùs fuiſſe
24. licitas, atque modò cenſus noſtri liciti habentur. Vt tamen † videas beneuolentiam legumlatorum erga pauperes debitores non ſtetiſſe in vſuris, ſed vlterius ad ſortem capitalem progreſſam eſſe, ſcias velim, quod D. Marcus. *in L. 7. cum ſeqq. ff. de pactis* fauore liberationis, & in gratiam debitorum induxerit, vt ſi maior pars creditorum aliquam partem debiti remitteret, minor idem facere pro rata ſua nolens volens cogeretur, & ante ipſum nemo alius.

25. Sic Iulius † Cæſar cum poſt bellum ciuile fides debitorum totâ Italiâ eſſet anguſtior, neq; pecuniæ creditæ ſoluerentur, juſſit æſtimari poſſeſſiones, non ſecundũ valorem tunc currentem, ſed juxta eum, quanti quæque earum ante bellum fuiſſet, atque creditoribus ea æſtimatione in ſolutum dari, idque ad tuendam debitorum exi-
26. ſtimationem, *ipſe Iul. Cæſar in hiſtor. bell. ciuil. in pr.* imò † amplius deduci voluit ſummæ æris alieni, ſi quid vſuræ nomine numeratum, aut perſcriptum fuiſſet, quâ conditione quarta pars ferè cre-
27. diti deperibat, *Sueton. in Iul. Cæſ. n. 42.* Ecce † hic non tantùm vſuræ fuerunt remiſſæ, ſed ſors capitalis imminuta, & quarta pars crediti deperdita, idque propter miſerias & calamitates belli ciuilis, ad tuendam fidem & exiſtimationem debitorum.

28. Si dicas † hæc exempla eſſe in materia longè alia, ac proinde à ſeparatis non rectè fieri illationẽ, *arg. L. inter ſtipulantem. 83. §. ſacram. V. ſed hæc diſſimilia ſunt ff. de V. O. L. 20. ff. de minor.* Reſpondeo
29. † ſeparata non ſunt, quæ in ratione conueniunt: *arg. L. ſed ſi plures. 10. §. filio 2. de Vulg. & pupill. Vide Brun. de ceſſ. bon. quæſt. 2. num. 12.* hic autem eadem ſubeſt, vel maior ratio. Nam ſi propter belli calamitatem ſors ipſa capitalis potuit imminui, cur non idem admit-
30. tamus in cenſu? Vt autem † appareat etiam in materia cenſuum nouas leges induci, & antiquas immutari poſſe, certum eſt, quod Martinus V. & Calixtus III. Pontifices in hac ipſa materia cenſuum paucas conditiones præſcripſerint, quæ pro ratione temporum ſuorum ſufficiebant ad excludendam fraudem vſurarum. Cum autem
31. † Pius V. vidiſſet corruptos ſuæ ætatis mores, non contentus prioribus conditionibus alias prætereà adiecit, vt omnem ſui temporis

 fraudem

fraudem auerteret, *Caniſ. c. 12. de cenſ. n. 8. §. cæterum.* ſed Nicolaus V. & Gregorius XIV. cenſus ſub alijs conditionibus conſtitutos permiſerunt, *Leſſius c. 22. dub. 13. n. 92. Vide notata ſup. p. 1. q. 2. n. 121.*

Et quod † nouæ leges circa formam cenſuum conſtituendorum inducì poſſint, id exemplo ſuo probauit Maximilianus I. Imp. *in conſtit. Auguſtan. anno* 1500. vbi præter formam cenſuum à Martino & Calixto præſcriptam, plenā poteſtatem & auctoritatem dedit imperij regiminibus, formam aliquam moderatam, & modum concipiendi, & conficiendi, vt quilibet in poſterum ſciat, quâ formâ & modo in cenſu conſtituendo, vti debeat 32.

Sic etiam † Carolus V. *in reformat. polit. Auguſtæ anno Domini* 33. 1530. *ſub tit.* von wucherlichen Contracten §. vnd nach dem de nouo conſtituit, vt emptio cenſus non excederet quincunces, v. g. quinque annua pro centum, quod non erat in conſtitutione Maximiliani, deinde eandem pœnam in tranſgreſſorem conſtituit, quæ ante in vſurarium conſtituta fuit, *Vide Caniſ. in not. ad dict. conſtit. Carol. de Vſur. & cenſ. f. 212.* idipſum repetijt Auguſtæ 1548. *ſub eod. tit.* §. vnd nach dem.

Sic Rudolphus II. Imp. cum videret miſeros cenſuum venditores & debitores, qui ex bonis ſuis non pecuniarium, ſed fructuarium cenſum, v. g. vini, vel frumenti promiſerunt, cuius tamen pretium poſtea valde creuit, nimium lædi, in tantum eos *in ordinat. politic. anno* 1577 *Francofurti promulgata. tit.* 19. releuauit, vt juberet iſtos fructuarios reditus ad pecuniarios reduci, ita vt non plus in frumento, vel vino peteretur, vel acciperetur, quam quod reſolutum in pecuniam faceret valorem vnius pro viginti. Quid igitur † non feciſſet, ſi vidiſſet fructus non tantùm quoad æſtimationem creſcere, ſed imò nullos, vel modicos ex prædijs procreſcere, *Vide Frideric. Martin. c. 4. n. 107.* Ob eandem † rationem omnium fructuum cenſus in Hiſpania fuiſſe in pecuniarios mutatos tradit Nauarra *ad c. ſi fœnerauerit n. 120.* ſimiliter in Gallia reditus frumentarios cum pacto redimendi conſtitutos, *Carol. Molin. de commerc. q. 21.* & poſt eos Frideric. Martini *c. 4. n. 108.* 34. 35. 36.

Sic Sereniſſimus † Bauariæ Dux & Elector Maximilianus, 37.

Princeps ac Dominus meus clementiſſimus, cenſus frumentarios omninò abrogauit, Landts vnd Polcey ordnung *tit. 1. art. 3.*

38. Si dicas,† nullum tamen exemplum extare, quo probetur, cenſus ob calamitatem belli fuiſſe remiſſos, Reſpondeo imò verò. Nam
39. Imp. Iuſtinianus † *in Nouell. 163. de relenat. tribut. pub.* cum animaduertiſſet, quod mutua illa, & omnimoda hominum exitia ad tantam inopiam poſſeſſiones redegiſſent, vt neque reditus poſſint ſuis producere poſſeſſoribus, neque ſatis idoneè publica inferre tributa, non obſtante, quod militaris, & alius neceſſarius ſumptus immineret, vehementerque ipſum impelleret, dum multis vndique bellis allideretur, vt crebriores pecuniarum collationes faceret, nihilominus tamen non tantùm præteriti temporis reliquationes ſubditis
40. remiſit, verùm etiam in futurum tributa releuauit. Si ergo † defectus redituum tributorum & cenſuum publicorum remiſſionem operatur, cur non & priuatorum? *adde L. forma 4. §. illam æquitatem ff. de cenſib.*

41. Similiter † Rudolphus II. Imp. cum anno 1594. Turca cum ingenti exercitu imperio immineret, & proinde à ſtatibus imperij contributionem militarem deſideraret, ſponte illis magnam partem ob id remiſit, quod ſterilitatem aliquot annorum allegarent.
42. Si † igitur ſterilitas vnius atque alterius anni mouere potuit Imp. ad cenſum publicum pro communi neceſſitate impoſitum, remittendum? quantò magis clementiſſimũ Imperatorem noſtrum vniuerſalis illa famis, peſtis, & vicennalis belli calamitas, quæ fertiliſſimam patriam noſtram pro ſus exhauſit, ad cenſus priuatos vnius alteriuſque anni, non indiſtinctè omnibus, ſed calamitoſis de-
43. bitoribus remittendos? *Vide Dn. Aſſum f. 44. arg. 19.* Tacebo † illa, quæ recenſet Dn. Guil. Anton. de Freudenberg. *conclus. 9. num. 14.* quod videlicet Byzantinis, Thracio Boſphoranoq; bello feſſis, annitente Principe tributa in quinquennium remiſſa eſſe ſcribat Tacitus. *l. 12. annal. & l. 3.* Senatuſconſulta facta memorat, vt ciuitati Cybiraticæ apud Aſiam, Ægyrenſi apud Athaiam, motu terræ labefactis ſubueniretur remiſſione tributi in triennium.

44. Dices: Imperatores † bene potuerunt remittere Ius ſuum, &

cen-

cenſum publicum, ſibi debitam, Ius autem creditorum, & cenſum
priuatum fuiſſe quandoque remiſſum, id adhuc nondum eſſe proba-
tum. Reſpondeo: † ſatis probari per conſtitutionē & bullam Pij V. 45.
Pontificis, qui expreſsè ſancijt, vt re in totum, vel pro parte pe-
rempta, aut infructuosâ in totum, vel pro parte effectâ, ad ratam
pereat, vel extinguatur cenſus. Et quamuis † hæc bulla in Ger- 46.
mania nondum recepta ſit, *Leſſius. L. 2. c. 22. dub. 13.* & proinde non
obliget, *Canis: c. 11. n. 8. §. cæterum* ob Rationem: quod lex licet
promulgata, non ante obliget, quam moribus ſubditorum rece-
pta, & comprobata ſit, *c. erit autem cum 2. ſeqq. diſt. 4. L. de quib. 32. V.
nam cum. ff. de LL. L. 1. in pr. ff. de conſt. pec.* minimè tamen dubito,
quin † in locis, quibus recepta eſt, vim legis aut conſtitutionis ob- 47.
tineat: *Leſſius. L. 2. c. 22. dub. 13. n. 100.* & quin adhuc in Germania
recipi poſſit: nemo enim erit, qui eam adeo iniuſtam vel irrationa-
bilem dixerit, vt non in vim legis alicubi valere poſſit. Si tibi † forte, 48.
bulla Pontificis non placet, vel quia Eccleſiæ Romanæ & Catholi-
cæ non es addictus, vel quia Eccleſiaſticas conſtitutiones in terris
tantùm Eccleſiæ obtinere putas, vel quia bulla de cenſibus tantùm
realibus, non perſonalibus, vel mixtis diſponit, adducam exem-
plum Principis ſecularis, cenſus tam reales quam perſonales ob bel-
li calamitates remittentis.

Philippus † Rex Hiſpaniarum vaſtatis ciuili bello prouincijs 49.
Belgicis edictum publicauit anno 1587. vltimo Octob. quo mi-
ſeris debitoribus in multis ſuccurrit, de cenſibus autem ſiue re-
ditibus annuis remittendis in ſpecie cauit, quemadmodum Fran-
ciſcus Zypæus Iuriſconſultus, Protonotarius Apoſtolicus, Cano-
nicus, officialis, & Archidiaconus Antuerpienſis, & poſt eum
Ioan: Chriſtophorus Aſſum in telo neceſſitatis *f. 57. & ſeqq.* ita
formaliter ſcribit. Quibuſcunque † reditibus non ſuberat perſo- 50.
nalis obligatio, & hypotheca (id eſt, prædium cenſuale
ſic enim vulgò appellatur res cenſui ſubiecta) inutilis fuerat, daba-
tur remiſſio omnium annorum, quibus ſeri, meti, aut habitari
non potuerat, *& poſt aliquod interuallum.* quod † verò ſpectat ad re- 51.
ditus cuiuſcunque generis, quibus ſubeſt perſonalis obligatio, ri-

gore cuius debitores, quorum bona jacent proſtrata, exigi tamen
52. poſſent, nihilominus, quod ea ratione († *NB. Rationem ſufficientem, quæ facit recedere à rigore Iuris*) multi afflicti peſſundari poſſent, & damna diuiſa minus lædant, ſi quiſque de publico malo aliquid ſentiat, præſertim in reditibus pecuniâ emptis, naturâ ſuâ ſatis odioſis (*ecce cauſam impulſiuam*) qui ea propter realibus perſonalibus (*intellige mixtis*) fauorabiliores cenſeri non debeant, ex æquo & bono edixit Rex, vt vbi notabilis jactura debitoribus obuenerit, dilatio congrua tribuatur, vbi omnibus prouentibus exciderint, remiſſio fiat ad ratam temporis, & proportionem jacturarum, habitâ ratione ſtatûs conditioniſué debitorum, quibus ipſa remiſsio proficiat.
53. Habes hic † caſum noſtris temporibus & caſibus omninò conformem; habes conſtitutionem potentiſsimi, & ſapientiſsimi Regis, qui haud dubiè Iuriſconſultos (quos ſcimus circa latus Principis ſemper eſſe debere, *text. in L. Iuriſperitos. 30 in pr. ff. de excuſat.*) doctiſsimos in conſilium adhibuit, vt ita hoc ſolum edictum tibi loco multarum auctoritatum, ſiue doctorum eſſe debeat, habes & rationem elegantem ſupra *quæſt.* 5. à me tactam.

54. Quid † amplius deſideras, anne nimis antiquum hoc tibi videtur, vel quod extra imperium ab extraneo Principe conſtitutum minus tibi gratum? ſi aurum placet Hiſpanicum, ſi vinum ſapit, ſi pannus Hiſpanicus, quid ni ſaperet, & placeret edictum, non in Hiſpania, ſed in inferiori Germania publicatum?

55. Audi tamen † exemplum aliud magis nouum, & in ipſa Germania paſsim notum. Reuerendiſsimus atque Illuſtriſsimus Princeps ac Dominus Dn. Franciſcus Epiſcopus Bambergenſis, & Herbipolenſis, Dux Franconiæ 15. Aprilis Anno 1636. in gratiam & ſubleuamen ſuorum ſubditorum, & debitorum depauperatorum conſtitutionem fecit, quâ cenſus à die S. Burckardi anno 1631. vſque ad annum 34. decurſos non modò reales, ſed & perſonales, propter damna in bello Suecico illata, omninò remiſit. Verba con-
56. ſtitutionis in ſuperiori quæſtione videre licet. Quid † nunc reſpondes? an mirum tibi videtur, quod leges & contractus pro vno tempore valeant, pro alio non? vide Gothof. *ad L. vn. in princ.*

hi. ſ.

lit. f. C. de caduc. toll. vbi refert L. Valerium apud Liuium dicentem: quas † tempora aliqua deſiderant leges, mortales, & temporibus 57. ipſis mutatas video: quæ in pace latæ ſunt, plerumque bellum abrogat, quæ in bello, pax.

Dices fortaſſis † non exemplis, ſed legibus iudicandum eſſe. 58. *L. nemo. 13. C. de ſent: & interlocut:* atqui ego dico, te hominem mirabilis capitis eſſe. Quaſi verò in deciſione præſentis quæſtionis: vtrum lex noua de remittendis cenſibus fieri poſſit, ad leges antiquas reſpici deberet, cum implicet in terminis, nouum quid eſſe, & antiquis, nec dum antiquatis, legibus conforme eſſe, adde quæ † 59. ſcribit Zaſius. *ad L. 2. §. Nerua. n. 2. ff. O. I. n. 2.* allegatus à Dominò Freudenberg *tit. 5. conclus. 9. n. 13. circ. f.* Ciceronem ab exemplo præiudicia ſumi voluiſſe.

Inſtabis eiuſmodi † ſaltem conſtitutionem tibi non videri rationabilem: Reſpondeo: quis credat, prudentiſſimos illos Principes, qui non modò viros doctiſſimos in ſuis conſilijs adhibuerunt, ſed haud dubiè operâ profeſſorum ſuorum, virorum clariſſimorum vſi fuerunt, non omnia bene ponderaſſe, & aliquid ſine ratione ſtatuiſſe. 60. Atqui † inquies, ſtatuta non porriguntur extra territoriũ 61. ſtatuentium, *Gail. 2. obſ. 124.* fecerit ergo Philippus II. edictum, & Epiſcopus Herbipolenſis ſtatutum, non tamen poteſt effectum ſuum extendere ad alios, & vltra quam extendatur poteſtas ſtatuentium, *Gail. loc. cit. n. 1. & obſ. 32. per tot:* Ad hoc † Reſpondeo: 62. hic non quæri, an ſtatuta & edicta præfatorum Principum extendantur ad alios, ipſis non ſubditos, ſed illud potius: vtrum alij principes exemplum iſtorum ſequi, & ſimilia ſtatuta condere poſſint? ad quod iam ſupra reſpondi, & hic iterum reſpondeo affirmatiuè. Licet † enim ſtatutum ipſum territorio conſtringatur, ratio tamen, 63. quæ ſtatuto ſubeſt, loco non clauditur, *poſt Baldum in L. nemo C. de ſent. & interlocut: Gaſpar. Rodericus de ann. redditib. lib. 1. q. 7 num. 16.* vbi infert, quod ſententia ſenatus Parthenſis, æquitate & ratione, digeſta, vbique ſeruanda ſit, quando eadem ratio viget. Itaque † 64. de hoc ſolo quæſtio supereſt; vtrum lex vel ſtatutum de remittendis

dis cenſibus præteritorum annorum rationabile dicendum ſit, nec ne? Multi putant juri & rationi minus conforme eſſe,

65. Primò: quia priuatorum † Ius reſcripto principali remitti nequit, *per L. 2. C. de in Ius Voc. VVeſenb. n. 7 ff. de in Ius Voc.*

66. Secundò: Princeps † concedere poteſt dilationem temporalem, non verò omninò tollere Ius creditoris, *ego decad.* 4. *q.* 9. *n.* 133. *& ſeqq.* E. non poteſt cenſus creditori debitos remittere.

67. Tertiò: ex † communi Doctorum opinione Princeps non poteſt ordinare, ſeu reſcribere, quod debitor non ſoluat creditori, quod debet, quia debiti ſolutio eſt ex præcepto diuino. Nam præceptum de reddendo ſeu reſtituendo cadit ſub illo præcepto: non furtum facies, vt ait Natta *conſ. 591. ſub. n. 11. n. f.* & ex ipſo Rodolphinus *tract. de ſupra Princ. pot. c. 6. n.* 48. Renat. *n.* 146. E. Princeps ſiue Imperator non poteſt ſtatuere, vt non ſoluantur cenſus.

68. Quartò: ſicuti † pacta inuitantia ad delinquendum non valent, *L. illud conuenire, 5. ff de pact. dotal.* (vbi non valet pactum, ne ob res amotas agatur, quia ad furandum mulieres incitantur) ita neque ſtatuta, peccati & furti inductiua: atqui ſi ſtatutum fieret de non

69. ſoluendis cenſibus, illud peccatum & furtum nutriret, quia furti † ſpecies eſt non ſoluere debito tempore id, quod debetur, poſt Ioan: Medinam *tract. de rer. domin. & reſt. q. 2. ad f. Renat. f.* 4. Porrò,

70. dubitant † aliqui Doctores, vtrum in poteſtate Imperatorum ſitum fuerit, creditorum exactiones per moratorias quinquennales dilationes ſuſpendere, concludunt tamen, ideo ipſis fuiſſe permiſſum, quia creditoribus de ſuo credito nihil decedit: atqui per remiſſionem multum decedit, E. de remiſſione magis dubitandum.

71. Quintò: Princeps † publicum cenſum, tributa, collectas non ita remittere poteſt, vt illud onus reliquis priuatis accreſcat, *VVeſenb. n. 3. C. de ſtatuis* quia vnius immunitas non debet aliorum onus cumulare: *ad ibid.* E. multò minus remittere poteſt cenſum priuatum, qui directò, & immediate priuatos tangit.

72. Sextò: hæc † remiſsio cenſuum non eſt cauſa gratiæ, ſed juſtitiæ, & quod vni remitteretur, in alterius magnum præjudicium cederet, gratia autem locum non habet, vbi juſtitia ſubintrat. *Renat. in pr. f.* 2.

Septimò:

Septmò: licet † Princeps gratiam facere poſſit malefactori, 73.
non tamen poteſt tollere jus pœnæ quæſitæ parti priuatæ *L. Venia 1.*
& ibi gl. C. de in jus voc. vbi in ſpecie agitur de pœna. 50. aureorum,
ex edicto de in jus vocando debitorum, ac proinde gloſſa infert,
quod Princeps reſcripto remittere non poſſit pœnam parti appli-
candam. Si † igitur hoc verum eſt in caſu particulari, & in pœna- 74.
libus, vbi creditori nihil abeſt (pœna † enim dicitur, cum actori 75.
nihil deeſt, & reo nihil adeſt) adeoque quando is, qui debet pœnam
ſoluere, nullum ex hoc commodum ſenſit, *Schneid. §. pœnales n. 4.*
inſt. de action. quantò minus poterit vniuerſalem remiſſionem face-
re in contractibus, vbi creditori multum decedit?

Octauò: Quamuis † Impp. (præſertim verò Iuſtinianus) in 76.
perſonis illorum debitorum, qui ob infortunium aliquod fidem
ſuam ſeruare non poterant, rigorem juris temperauerint, à perſo-
nali & corporali detentione, & ceſſione bonorum liberârint, &
creditores cum ſua rigida exactione ad certos annos repulerint,
tamen ſummæ debitæ nihil demere, imò ne quidem curſum pro-
miſſorum cenſuum & intereſſe ſiſtere voluerunt. Nuſpiam enim
in jure, vel hiſtorijs reperitur, quod propter bellum, vel aliud in-
fortunium, etiam publicum, debitores à debitis vnquam fuerint
liberi pronunciati; Renat. *f.* 84. *&* 85. *n.* 144.

Nonò: Imperatores † antiqui per beneficia, in fauorem debi- 77.
torum calamitoſorum, qui caſu fortuito facultatibus lapſi fuerint,
introducta, v. g. per beneficiũ ceſſionis, quod Iulius Cæſar, *L. 4. C. de*
ceſſ. bon. per beneficium Nouellæ 135 quod Imp. Iuſtinianus; & per
beneficium quinquennalis dilationis, quod Conſtantinus Imp. *L. f.*
C. de prec. Imp. off. nouiter introduxit, tàm parùm creditoribus in
jure ſuo præjudicare voluerunt, vt è contrario debitores ad cautio-
nem futuræ ſolutionis adſtringerent. Hic † ſemper mos fuit in 78.
Imperio Romano vſitatus, quamuis bellorum & infortuniorum
ſatis ſuperque ſemper fuerit, cur ergo nunc aliud introduceretur,
nouumq; jus ſtatueretur? Cæſaris ſeu ſtatuũ licentia vltra conſue-
ta extenderetur? Renat. *n.* 145. *f.* 85.

Decimò: Fauendum † vni non eſt, vt alteri fiat injuria, *L. impu-* 79.

beri 40. L. cum filiusf. 28. ff. de teſtam. L. aſsiduis. C. qui potior in pign. hab. Gail. 2. obſ. 25. n. 10. Nemini cum alterius detrimento conſulendum, *argt. L. nec auus. 4. C. de emancip. lib. c. primum 8. cauſ. 22. q. 2.* conceſſio etiam priuilegij intelligitur facta ſine damno alterius *L. 3. C. de ſilentiar L. 2. §. 16. ff. ff. ne quid in loc.* beneficia atq; indulta Principis ſine præjudicio tertij. *Mynſ. cent 1. obſ. 35. L. 2. § meritò ff. ne quid in*
80. *loc. pub. c. quamuis 8. inf. de reſcript. in 6.* Et † quamuis dici poſſet, quod ex parte debitorum ſubeſſet fauor liberationis, qui mereretur aliquid ſingulare, *argt. L. fauorabiliores 125. ff. de R. I. L. Arrianus 47. ff. de O. & A.* tamen etiam fauorabilia in præjudicium aliorum non ſubſiſtunt, *argt. princip. inſt. quib. ex cauſ. manum. non licet*, quia fauorabilia ad normam juſtitiæ ſunt reuocanda, *c. 1. & 2. ext. de nou. op. nunc.*

81. Vndecimò: Principi † ſe licet opponere, quando reſcribit de his, quæ aliquem lædunt, & multò magis, ſi reſcribit contra vtilitatem publicam, *per L. Vlt. C. ſi contra ius vel vtil. publ. VVeſenb. n. 6. C. de diuerſ. reſcript.*

82. Duodecimò: † Principis reſcripta cum juſtitia & ſaluo jure tertij, hoc eſt, ita intelligenda ſunt, vt nemini iniuriam faciant, nec jus tertij lædant, ſed ſaluum & illæſum relinquant. *c. ſuper eo §. hoc tuam. de off. delegat. Gail. 2. obſ. 58. n. 4.* atqui quando Princeps remitteret cenſus debitori, illud non poteſt non fieri illæſo creditore; E. &c.

83. Decimum tertium † deſumitur ex Nouell. 4. *c. 3. inf.* vbi dicitur: decet ſanè debitoribus ita prouidere, vt ne creditores nimium grauentur: atqui ſatis prouidetur debitoribus, dum dilationem vſque ad meliora tempora habent: & ſatis grauantur creditores, quod eò vſque expectare, cenſibuſque carere debeant, quibus in præſens vel commodum ſuum promouere, vel incommodum auertere poſſent, *Renat. n. 148.*

84. Decimo † quartò: qui grauatur in vno, non eſt mirum, ſi releuetur in alio: & viceuerſa, *L. eum qui 30. in pr. ff. de iurei. L. 1. §. ſi quis 12. ff. ſi quid. in fraud.* atqui creditores ſuperioribus annis, in Germania ſatis fuerunt grauati, quando cenſus & ſortem in moneta ærosâ acceperunt, & ſæpe vix quartam crediti partem conſecuti

ſcenti fuerunt, vnde plurimi, qui totum patrimonium ſuum in cenſibus collocatum habebant, ad interitum ſuum vergebant, in quem jam omninò præcipitarentur, ſi durante bello neque cenſibus frui, neque ſummam capitalem recipere poſſent, ſed vtriſque carere, & non aliter, atque ſi eis gauderent, onera publica ſufferre deberent.

Decimo † quintò: quia ſi ſimilia ſtatuta fierent, vel eſſent permiſſa; facile ſtatuentes in propria cauſa, & propter priuatum ſuum intereſſe, à rectâ ſemita juris & æqui aberrarent. *Renat. f.* 2. 85.

Decimo † ſextò: magiſtratus ſuperioribus annis collectis & tributis grauârunt creditores, ita vt etiam de ſterilibus & infructuoſis capitalibus, imò quandoque de ceſſis, ſed non ſolutis cenſibus, contribuere debuerint. E. tacitè ſuppoſuerunt, quod cenſus decurſi non ſint indebiti, ſed creditoribus tanquam liquidum debitum ſoluendi, *Renat. f.* 88. *n.* 149. 86.

Decimo † ſeptimò: quod quis in ſe approbat, in alijs improbare non debet, vel poteſt, *L. in arenam* 11. *in fin. C. de inoff. teſtam.* atqui magiſtratus moderni cenſus publicos non attentis calamitatibus belli à ſubditis & ciuibus ſuis, ſine omni remiſſione exigunt. E. permittere debent, vt etiam creditor priuatos cenſus ſuos ſine omni remiſſione, & ſine vlla belli conſideratione exigat. *Renat. n.* 152. 87.

Decimo octauò: ſi † cenſus omnes præteritorum annorum remitterentur, multarum Eccleſiarum fundationes euerterentur, plurimæ tàm publicæ, quàm priuatæ perſonæ in egeſtatem redigerentur, argumento eorum, quæ tradit Frideric. Martini *c.* 14. *n.* 110. 88.

Decimo † nonò: vel ceſſit cenſus, præteritis annis, vel non ceſſit; ſi non ceſſit, non eſt opus nouo ſtatuto, ſi ceſſit, jus creditori ſiue emptori quæſitum fuit, quod ei ex poſtfacto adimi nequit: vel oſtendatur aliud, quod operetur illud ſtatutum. 89.

Vigeſimo: Contrahentibus jam jus ex contractu præcedente quæſitum eſt, qui quidem contractus tam de Iure communi, quam de conſuetudine loci eo tempore licitus erat: igitur ex noua & poſteriore conſtitutione hoc jus illi auferri non debet, cùm formatum ſolenniter, & in eſſe productum ex ſuperueniente caſu mutandum non ſit, *Gail.* 2. *obſ.* 9. *n.* 3. *in f. cum n.* 4. 90.

91. Vigeſimo primò: in † poteſtate venditoris, ſiue debitoris eſt, inuito emptore ſe liberare ab annuâ illâ præſtatione, tametſi ab initio pacto conuentum eſſet, liberationem vel redemptionem nullo vnquam tempore fieri debere, huiuſmodi enim conuentiones tanquam vſurariæ in conſtitutione Auguſtana *de anno* 48. reprobatæ ſunt, idem Gail. *loc. cit.* E. ſibi imputare debet, quare ſortem non ſoluerit, & ſe ab onere & obligatione ſolutionis cenſuum liberârit.

92. Hiſcè † rationibus motus concludit D Renatus *num.* 158. fruſtra debitores cenſitos ſperare, quaſi ſaluâ juſtitiâ à Cæſarea Maieſtate, vel à ſtatibus imperij obligatio debitorum in præiudicium
93. creditorum ſolui, caſſari, & annullari poſſit. Et † audiui quendam mihi ipſi dicentem, ſe tamdiu non ſuper victurû, donec talis in im-
94. perio lex promulgetur. Sed Dominus † Ioan. Chriſtophorus Aſſum in telo neceſſitatis *f.* 55. longè aliam ſpem concipit, quod videlicet Sacra Cæſarea Maieſtas futura ſit de hoc ſolicita, quomodo poſt impetratam pacem vniuerſalem, etiam pax inter creditores & debitores componi, & tale remedium inueniri poſſit, vt ambo
95. ſimul viuere, & iuxta ſe inuicem perdurare poſſint. Ego † de hoc parum ſum ſolicitus, quid vel in imperio, vel in certa aliqua regione futurum ſit, ſed de hoc tantum contendo, quid ſalua ratione juris, & æquitate ſuadente fieri poſſit, & quam rationabiliter in
96. Belgio & Franconia ſtatuta talia facta fuerint. Sed quia † non ſufficit dicere, ſic ſtatutum eſt, niſi cauſa ſtatuti aſſignetur, 22. *diſt. c. omnia. Guido Papæ deciſ.* 88. ideo, vt lectori plenè ſatisfiat, cauſas etiam, & rationes aſſignabo, ob quas exiſtimem rationabiliter cenſus præteritorum annorum per legem vel ſtatutum remitti poſſe.

97. Ratio † prima: Magiſtratus in ſuo territorio poteſt pro ratione circumſtantiarum varia ſtatuta & ordinationes pro bono publico facere & promulgare, *poſt Theod. Reinkung. tract. de regim. ſecul. & Eccleſ.* 1. *claſſ.* 5. *c.* 6. *n.* 7. *& ſeqq.* dummodo ſint rationabilia, neque contra honeſtatem aut æquitatem, *argt. L. pacta.* 6. *ff. de pact. c. erit.*
98. *diſt.* 4. atqui † ſtatutum remittens cenſus vnius, duorû vel plurium annorum

annorum non eſt irrationabile, contra honeſtatem, vel æquitatem, ſed ſimile moratoriæ dilationi, vulgò quinquennale dictæ. E. tale ſtatutum fieri poteſt, Dn. Zorer. *q.* 5. *n.* 352. *&* 359.

Ratio † ſecunda: quod conſuetudine & lege tacitâ induci poteſt, id vtique etiam lege expreſsâ, & ſtatuto poteſt, per tradita Nicola Euerhardi *in locis legat. loc.* 120. (tacita enim † non debent præualere, & plus operari expreſſis, *Dd. ad L.* 3. *ff. ſi cert pet. VVeſenb. n. f. ff. de rit. nupt.*) atqui † conſuetudine multorum locorum introductum eſt, vt cum hæreditas, ſeu bona ad ſolutionem æris alieni non ſufficiant, creditorum quilibet pro rata cenſus & penſiones dimittere teneatur. *Paul. Matth. VVebner. in obſernat. pract. V.* Zinſz. *circ. f fol.* 217. *& ex ipſo Zorer. q.* 1. *n.* 134. Similiter † in locis Gelriæ, Tranſiluaniæ, & vicinis pleriſque receptum eſt, vt prędio pro reditu obligato, idem ex fructibus aut penſione conſtitutus intelligatur. Ideoque ſi reditus ſit maior, quam fructus, & penſio ferat, diminuitur quoque præſtatio cenſus, & reditus, neque poſſeſſorem vltra vires penſionis & fructuum ligat, Paulus Buſius *lib.* 2. *de ann. reditib. c.* 9. *n.* 6. vbi *n.* 7. addit: quod plurimorum locorum conſuetudine reditus non aliter ſoluatur integer, quam ſi is ex fructibus, aut penſione prædij cenſualis redigi poſſit. 99. 100. 101. 102.

Ratio † tertia: quod pacto induci poteſt, id etiam ſtatutis induci poteſt (quia ſtatuta ſunt pacta & decreta publica, *argt. L.* 1. *ibi communis reip. ſponſio, & L. de quibus* 32. *ff. de LL.*) *VVeſenb. num.* 13. *C. de iureiur. propter calumn. Gail.* 2. *obſ.* 78. *n.* 4. *Schneid. §. actiones n.* 22. *inſt. de act.* vbi dicunt † bonum eſſe argumentum à pactis ad ſtatuta affirmatiuè, tanquam à minori ad maius, *Vid Nicol. Euerhard. in locis legal. loc.* 120. *à pacto ad legem ſtatutum vel conſuetudinem.* Atqui † nemo dubitat pacto induci poſſe, vt ſi prædium nihil, vel parum aliquando ferat, vel res omninò pereat, vel fructus non ſufficiant, venditor totam penſionem ſoluere non teneatur, *Zorer. n.* 313 & vt extincto prædio cenſuali creditor à petitione cenſuum ſubmoueatur, *idem n.* 48. Ergo, &c. 103. 104. 105.

Ratio † quarta: Princeps ex juſta cauſa dominiũ rerum priuatarum, *per notata in c. qua in Eccleſiarum. de conſtit. L. bene à Zenone C. de* 106.

Quadrien. præſcript. Myn ſ. 5. obſ. 97. num. 4. Natta conſil. 556. num. 7. (præſertim ſi non in totum abſorbetur, *id ibid.*) & priuatis propter publicam neceſſitatem vel vtilitatem jus ſuum auferre poteſt,
107. *L. f. C. ſi contra ius vel vtilit. pub. L. quoties C. de prec. Imp. off.* (fauor † enim publicus priuatæ vtilitati eſt præferendus, *c. Imperialem de prohibita feud. alienat. per Frid.*) & potentior grauiorque eſt cauſa & vtilitas publica, quam priuata, vnde meritò vincere & præponderare debet, *Gail. 2. obſ. 56. n. f.* atqui cenſuum remiſſio concernit bonum publicum E. priuatæ creditorum vtilitati eſt præferenda, *auth. res quæ C. commun. de legat. Nou. 7. c. 9. §. 1. Dn. Zorer. quæſt. 12.*
108. *n. 976. & q. 5. n. 373. cum ſeqq.* Nam ob bonum publicum † multa permittuntur, quæ aliàs ſunt illicita, & publicæ vtilitatis gratiâ à regulis juris facilè receditur, *L. 1. ff. de vſucap. L. ita vulneratus 55. §. æſtimatio v. multa ff. ad L. Aquil. Gail. 2. obſ. 56. n. 4.* vbi *n. 13.* dicit, ſi
109. Princeps † velit vti abſolutâ poteſtate, quod non teneatur priuatis refundere, vel ſoluere, pretium rerum ſubtractarum. Vt autem ad ſpeciem deſcendam, facit porro
110. Ratio † quinta: ſi tempore belli quis fuit damnificatus, is qui dammum accepit, jus quæſitum habet, videlicet obligationis & actionis ex lege Aquilia, atque ea de cauſa creditor quoque dici po-
111. teſt (per † creditorem enim non tantum intelligimus eum, qui pecuniam credidit & mutuauit, ſed omnem illum, qui actionem contra aliquem habere poteſt, *Cuiac. ad Nou. 4. v. ſed porrigitur, Schneid.*
112. *§. item ſi quis n. 21. inſt. de action.*) nihilominus † ſi Imp. damna ſubditis illata, remittat, hoc iuſtè facit, *Gail. 2. obſ. 57. per tot. Myn ſ. cent. 4. obſ. 9.* & ad reparationem damnorum non tenetur, *idem Gail. obſ. 56. in f.* (quia hoc ſumma & abſoluta poteſtate facere præſumendũ eſt, *id ibid.*) & tamen hoc ipſo obligationem tollit, & actionẽ aliàs competentem adimit, ita vt ſubditi perpetuò ab omni actione ciuili & criminali excludantur, *Gail. dict. obſ. 57. n. 1.* ſi hoc fieri poteſt
113. in vno, cur non etiam in altero caſu? Si † dicas: ibi ſubeſſe cauſam publicæ vtilitatis, videlicet bonum pacis, *per text. in c. in noſtra ext. de iniur. id Gail. ibid. n. 1.* ob quod multa alia contra juris diſpoſitionem ſint introducta, *c. 2. ext. de deſponſat. impub. c. quod ſicut 28. in f. pr. de elect. Vleſenb. n. 5. ff. de his qui not. infam. c. niſi eſſent 21. ext. eod.*

c. hic

q. his quæ 31. ext. de maior. & obed. vide Specialia mea, *iur. com. v. Bonum pacis.* illud autem in propoſito ceſſare. Reſpondeo: † ceſſante vnâ 114.
cauſa publicæ vtilitatis, non tamen ceſſare alteram, ac proinde nihilominus remiſſionem faciendam.

Sed † quæ illa cauſa? Dominus Zorerus *q. 5. n. 352.* reddit ſextò talem, Weil man deß jetzigen zerrütten vnd verderblichen Zuſtandts der geſambten Herꝛſchafften / vnnd Vnderthanen / da hin vnd wider faſt alle commercia handtlungen: vnd darmit ſchier aller Traw vnd glauben / wo nicht gäntzlich gefallen / doch mercklich geſteckt iſt. 115.

Eadem † nimirum eſt, quæ mouit Iulium Cæſarem ad hoc, vt 116.
curaret fieri æſtimationes poſſeſsionum, & rerum, quanti quæq; earum ante bellum fuiſſent, atque creditoribus ea æſtimatione in ſolutum dari, hoc enim ad timorem variarum turbarum tollendũ, minuendumq́;, qui fere bella & ciuiles diſſenſiones ſequi conſueuit,
NB. & ad debitorum † tuendã exiſtimationem, eſſe aptiſſimum pu- 117.
tauit, Iul. Cæſar. *in initio l. 3. belli ciuilis* Suetonius Tranquillus *in Iulio Cæſare c. 42.* Gregor. Tholoſ. *p. 3. l. 22. c. 14. n. 1.* Menoch. *de arbitr. iud. quæſt. l. 2. c. 2. c. 183. n. 7.* vbi dicit, quod creditoribus ferê quarta pars deperierit.

Si ergo † hæ cauſæ ſufficientes viſæ fuerunt Iulio Cæſari, vt 118.
propter eas calamitates belli, quartam partem ſortis principalis, ſiue ſummæ capitalis remitteret, quidni modernus Imperator, qui non minorem poteſtatem habet, ob eaſdem inducere poſſet, vt cenſus præteritis calamitoſis annis decurſi remitterentur?

Si dicas † hoc directò non concernere bonum publicum, ſed 119.
tantùm in conſequentiam. Reſpondeo, non † eſſe nouum, vt eti- 120.
am in ijs, quæ principaliter & directò non concernunt vtilitatem publicam, nihilominus aliquid ſingulare præter Iuris communis
diſpoſitionem introducatur. Sic priuilegium † tacitæ hypothecæ, 121.
& priuilegium prælationis in gratiam mulierum introductum eſt, (quia reip: putatur intereſſe dotes mulieribus conſeruari, *text. in l. 1. ff. ſolut. matrim. l. fin. C. de rei vx. act.*) licet directò nulla vtilitas to-
ti reip. & imperio per hoc accedat: ſic quando † Iura permittunt, 122.
vt per vſucapionem auferatur vero domino rei ſuæ dominium, idq́;

ob

ob eam cauſam: ne rerum dominia ſint incerto. *l. 1. ff. de vſurp. & vſucap.* vt aliquis ſit litium finis. *l. final. ff. pro ſuo.* & vt domini diligentius attendant ad res ſuas, palam eſt, id non concernere directò publicam vtilitatem (quia per hoc nihil directo reip. accedit) ſed tantùm in conſequentiam, & tamen omnia Iura vſucapiones permittunt, & ſic loquendo de cæteris

123. Ratio † ſeptima: Iure Ciuili inſpecto vſuræ ſtipulatione promiſſæ pariunt obligationem, & omnino debentur, Nicol. Vigel. *method. Iur. ciuil. lib. 15. c. 7. cauſ. 1. method. Iur. contron. lib. 5. c. 3. regul. 57.* non minus atque cenſus noſtri perſonales, de quibus agimus: nihilominus Iulius Cæſar poſt bellum ciuile eas remiſit. Nam cum

124. † fides totâ Italiâ eſſet anguſtior, neque creditæ pecuniæ ſoluerentur *lib. 3. belli ciuilis in pr.* de pecunijs mutuis diſiecta nouarum tabularum exſpectatione, quæ crebrò mouebatur, decreuit tandem, vt debitores creditoribus ſatisfacerent, per æſtimationem poſſeſſionum, quanti quaſque ante ciuile bellum comparâſſent, NB. deducto ſummæ æris alieni, ſi quid vſuræ nomine numeratum fuiſſet, qua conditione quarta pars crediti ferè deperibat, *Suetonius in Iul. in Iul. Cæſare. n. 42.* Vides, quod ſolutio vſurarum fuerit computata in diminutionem ſortis, & in effectu vſuræ in totum remiſſæ.

125. Ratio † octaua: de Iure communi in concurſu creditorum, qui prior eſt tempore, potior eſt Iure, *c. qui prior de R. I. in 6.* non tantantùm quoad ſummam capitalem, ſed etiam quoad vſuras. *l. Lucianus. ff. qui potior in pign. VVebner in obſeruat. pract. v. Zinß circa f.* nihilo-

126. minus in foro Saxonico † aliud eſt conſtitutum, vt ſcil: in concurſu creditorum, vſurarum etiam quincuncium non habeatur ratio, niſi prius creditores chirographarij, & alij ſuam ſortem perceperint, *VVeſenb. conſ. 50. n. ſ. Berlichius p. 1. concluſ. 46. n. 8. Dn. Zererus. q. 1. n. 133.*

127. Ratio † nona: maior pars creditorum poteſt in præiudicium minoris partis debitori non tantùm dilationem concedere, *l. f. C. qui bonis ced. poſſ.* ſed etiam remiſsionem facere, *l. & ſuum, aliàs l. 7. cum ſeq. ff. de pact.* vide quæ ſcripſi in patrocinio debit: *decad. 4. q. 10. in pr. & ſeqq.* cur ergo non idem poſſet Imperator?

Decimò

Decimò: Nonnemo † vſus fuit hoc argumento: licet admini- 128.
ſtratores liberare non poſſint, neque debitum liquidum remittere, *Alex. in l. pactum in pr. C. de pact.* hoc tamen non procedit in curatoribus, vel adminiſtratoribus Principum, illi enim vſuras & debita remittere poſſunt, ſiue liquida ſint, ſiue illiquida, *id. ibi:* Cardinal Tuſch. *lit. A. concluſ.* 201. *n.* 42. Cum itaque Imperator † ſit ad- 129.
miniſtrator totius imperij, non minus poſſe debet, quam adminiſtratores ab ipſo conſtituti. Sed ad hoc reſpondit alius, quod non ſit adminiſtrator ſingulorum.

Ratio † vndecima: Imperator poteſt calamitoſo debitori con- 130.
cedere dilationem quinquennalem, & ex aliquorum mente etiam vlterius prolongare, *Vide Dn Limnaeum de Iur. pub. tom:* 2. *lib.* 4. *c.* 8. *n.* 341. & tamen per tam diuturnam moram ſæpe non minus præiudicatur creditoribus, quam per vnius, atque alterius cenſus remiſſionem.

Ratio † duodecima: Imperator Iuſtinianus, cum intellexiſſet, 131.
quod hi, qui Meſopotamiam & Oſdroenam prouincias incolunt, illicitis ſe jungere auſint nuptijs, putauit ipſis pœnam indulgendam eſſe, & ipſas illicitas nuptias haud ſcrupuloſius perquirendas, propter diuerſas hoſtium irruptiones, quæ quotidie in ipſis fiunt, *Nouell.* 154. *c.* 2. *& ibi Gothof.* Si ergo tam graue ſcelus putauit propterea impunitum relinquendum, & ipſas inceſtas nuptias minimè conuellendas, quid non credendum eſt, ipſum facturum fuiſſe, ſi de cenſibus, non modò propter incurſiones, ſed propter occupationes, direptiones, & lanienas hoſtiles remittendis, interrogatus fuiſſet.

Ratio † decima tertia & cauſa impulſiua, quæ facilitare poſſet 132.
ac deberet Principes noſtros, vt tale beneficium debitoribus indulgerent, traditur à Domino Aſſum *f* 45. §. der alte/ exemplũ veterũ Romanorũ, apud quos cũ neruus belli aliquando ſucciſus eſſet, & fœminæ mundum muliebrem pro ſubſidio militari contuliſſent, æternam ſibi gloriam cum multis gratijs & beneficijs compararunt. Ita enim ſcribit Liuius *lib.* 5. *cap.* 25. In † æſtimationem vrbs 133.
agerque venit, Pecunia ex ærario prompta, & tribunis militum

conſularibus, vt aurum ex ea coemerent, negotium datum, cuius cum copia non eſſet, matronæ cœtibus ad eam rem conſultandam habitis, & communi decreto pollicitæ tribunis militum aurum, & omnia ornamenta ſua in ærarium detulerunt. Grata ea res, quæ vt maximè ſenatui vnquam fuit, honoremque ob eam munificentiam ferunt matronis habitum, vt pilento ad ſacra ludoſque: carpentis
134. feſto profeſtoque vterentur. Atqui † ſuperioribus annis, & præſentibus temporibus, plurimæ honeſtæ matronæ non modò mundum ſuum muliebrem, armillas, monilia, catenas aureas, vittas crinales, reticula capillaria, frontalia, calanticas, calypras, faſcias pectorales, mammillaria, multitia, patagia, tunicas, ſyrmata, ſandalia, crepidas, annulos, inaures, cingula, conchas & ſimilia alia
135. (quæ tamen † alioquin ægerrimè, & non ſine magno cordis dolore dimittère ſolent, *vid. decad. 2. patroc. quæſt. 5. n. 43. & ſeqq.*) ſed etiam dilectiſſimorum filiorum, & infantum ſuorum nummos, à patrinis & propinquis oblatos, cochlearia, & ſcyphos argenteos, cum calidiſsimis lachrymis in commune contulerunt. Viri honorarati ſeipſos ſuis ornamentis & decore ſtatus, atque dignitatis ſuæ
136. exuentes, militem veſtierunt. Quis igitur † cum Iuſtiniano, *in L. aſſiduis C. qui potiores in pign. hab.* mulierum non miſereatur? quis tam immiſericors ſit, qui afflictis iſtis cenſitis in exigendis cenſibus afflictionem addat?

137. Sed quid † ſi hoc infortunium cenſitores, æquè atque cenſitos, creditores non minus atque debitores tetigerit? tunc robur ſuum argumentum amittit, & regula Limitationem recipit.

138. His rationibus † & exemplis (non quidem ſingulis, ſed cunctis) motus concludo, Imperatorem in Imperio, & Principes in ſuo territorio poſſe calamitoſis debitoribus cenſus præteritorum annorum per legem vel ſtatutum remittere, & inferioribus judicibus mandare, vt illos creditoribus non adiudicent, neque vllam execu-
139. tionem ſuſcipiant. Eiuſdem opinionis † videtur eſſe Dominus Zorer *q. 5. in pr. n. 352. & ſeqq.* præſertim *n. 359. & ſeqq. & q. 14. in pr.*
140. *§. vnd zwar.* Sub tali † autem lege maximè comprehendi velim eos otioſos homines, qui ex cenſibus ſuis viuere conſueuerunt, qui dum

ne

ne inciderent in crimen vſurarum, & eius pœnas, ad hunc contra-
tractum confugiunt, & impunè in alienas opes graſſantur, lucrum
certius ex eo quærentes, quam ſi fœnori pecuniam ſuam expoſuiſ-
ſent. (Etſi enim jure † permittente hoc contractu cenſuali vtantur 141.
ad compendium ſuum, non vult tamen probare Caniſius *de cenſib.*
c. 10. *in ſolut. argr.* 3. hanc otioſorum hominum inſanam mentem,
in fraudem vſurarum conceptam.) Deinde † etiam illos, de quibus 142.
Pius V. Pontifex in ſua bulla *circ. primo.* dicit, quod præter ardentem
auaritiæ ſtimulum, legum etiam diuinarum manifeſtum contem-
ptum præ ſe ferant.

Quod de Imperatore & Principibus dictum, illud ego † am- 143.
pliandum puto, vt idem poſſint ciuitates imperiales, immediatè
Imperatorem recognoſcentes, per tradita Gailij 2. *obſ.* 57 *num.* 7.
vbi iiſdem facultatem concedit remittendi damna ab hoſtibus il-
lata, & auferendi bona priuatorum pro obtinenda pace. Per
Rationem: quia † huiuſmodi ciuitates ex communi Doctorum 144.
ſententia in ſuo diſtrictu & territorio jura Principis habent, &
vicem Principis obtinent, *per text. in L. prohibere. §. plenè cum §.*
ſequenti ff. quod vi aut clam. Recipit † hæc concluſio etiam mul- 145.
tas Limitationes, & reſtrictiones, quas ob ſui tùm pluralitatem,
tùm difficultatem, non poſſum hoc loco in compendio tradere,
ſed neceſſe habeo, peculiarem tractationem inſtituere, atque eam
in partem tertiam reijcere. Nunc igitur argumenta in contra-
rium allata reaſſumo, &

Ad primum † Reſp. ſi Princeps non poteſt tollere jus ad priua- 146.
tos pertinens, cur potuit auferre ius venationis, quod Iure gentium
ad priuatos ſpectabat. *§. fera.* 12. *inſt. de rer: diuiſ:* nunquid ſi hac
poteſtate careret, iniuriam ſubditis inferret, ſi edictis ſuis venatio-
nes prohiberet, *VVeſenb. n. 7. ff. de acquir. rer. dom.* & multò magis ſi
impediret, vt illi feras ex agris ſuis repellere, & damnum rerum
ſuarum auertere nequirent? Cur poſſet damna † ſubditis in bello 147.
illata remittere, & actionem atque Ius ex lege Aquilia conceſſum
adimere, *Gail.* 1. *obſ* 114. *n. f. id* 2. *obſ.* 57. *id. de P: P. c.* 19. *num.* 25. Cur
permittere, vt † per præſcriptionem dominium priuatis auferatur, 148.

149. *r. c. ff. de vſurp. & vſucap.* cur † ſtatuere, vt ſeruus noxæ deditus, ſi damnum aliunde reſarcire poſſit, contra ſubtilem Iuris rationem, etiam inuito Domino, manumittatur? §. *dominus* 3. *inſt. de noxal. acti*

150. *VVeſenb. n. 9. C. eod.* Si dicas † hæc fieri ob bonum publicum, & poſſe principem Ius alicui quæſitum publicæ vtilitatis gratiâ remittere; v. g. ſi pax aliter haberi non poſſet, niſi per remiſſionem talium damnorum, idque conſtaret, valeret remiſſio per principem facta, quia is ob huiuſmodi neceſſitatem, & publicam vtilitatem, ad euitanda maiora belli incommoda, vtiliter cenſeretur geſſiſſe negotium ſubditorum, *Mynſ. cent. 4. obſ. 9. Coler de proceſſ. execut. p. 2. c. 3. n. 336.* Hinc quia maior ratio publicæ tranquillitatis, & conſtitutionis dominiorum, quam priuatę ſingulorum vtilitatis habenda eſt, per præſcriptionem inuito res ſua aufertur, *VVeſenb. n. 13.*

151. *ff de vſurp. & vſucap.* Reſpondeo: eſto † militet in his duobus exemplis publica vtilitas, ea tamen non ita apparet in duobus reliquis. Deinde iam ſupra rationes publicæ vtilitatis fuerunt allegatæ, ob quas Princeps ad cenſuum remiſſionem moueri poſſet, ſi Ergo hunc effectum operantur in caſu vno, cur non etiam in altero?

152. Ad † ſecundum Reſp. quando *decad. 4. q. 9. n. 133.* ſcripſi, Principem poſſe temporalem dilationem concedere, non tamen Ius alterius partis omninò tollere & infringere, *per text: in L. 2. C. de prec.*

153. *Imp. off.* id *n.* 137. expreſsè † limitaui, niſi ex iuſta cauſa, v. g. propter publicam vtilitatem. Cum itaque in propoſito non deſint iuſtæ cauſæ remiſſionis faciendæ, ſupra ordine enumeratæ, non difficulter concedo, Principem cenſum vnius vel alterius anni omninò tollere, vel remittere poſſe.

154. Sed inſtat † rigoroſorum creditorum patronus, & dicit, ſe non poſſe capere, quomodo publicè bonum dici poſſit illud, quod tantùm vni parti vtile, alteri verò damnoſum accidit: vel quomodo reip: intereſſe promoueri poſsit, vbi fide humanâ ſepoſitâ omnia commercia & contractus labefactentur. Quis enim habebit animum cum altero contrahendi, ſi contractus tantùm melioribus & pacatis temporibus conſiſtat, tempore autem belli, & aduerſitatis concidat, debitor quod accepit, retinere, eoque frui poſsit, infor-

tunium

cunium autem creditores tantùm tangere debeat. Superuacaneam curam eſſe, quaſi ad interitum vniùs vel alterius debitoris imperium ipſum interire, de ſuis viribus, & authoritate notabiliter multum remittere debeat, quia nempe imperij dignitas & firmitas in ſubditorum opibus conſiſtat. Nam quod debitoribus decedit, id creditoribus accedit, qui æquè fideles ſunt imperio, ac proinde eorum incolumitas æquè bene atque debitorum conſideranda.

Sed hic ego † quæro: vtrum remiſsio debiti, quæ in præiudicium cæterorum creditorum, ex reſcripto D. Marci fieri poteſt: 155.
vtrum æſtimatio bonorum, quæ à Iulio Cæſare ſecundum tempora bellum ciuile antecedentia, ita facta eſt, vt quarta pars crediti creditoribus deperiret: vtrum remiſſio vſurarum ab eodem facta, & alia beneficia debitoribus indulta, de quibus ſupra, ſpectauerint vtilitatem tam creditorum, quam debitorum? ſi tantùm † debitorum, quare E. tanquam publicè vtilia nihilominus fuerunt recepta, 156.
vſurpata, & quædam in hunc vſque diem cuſtodita? aliqua verò ideo corpori juris non inſerta, vel quod legislatores crederent, tempora tam miſerabilia, & bella ciuilia tam periculoſa, & deuaſtationes regionũ & agrorũ tantæ, quantæ tempore Iulij Cæſaris fuerunt, vix amplius, vel ſaltẽ non niſi rariſsimè contingere poſſe, de rarò autem accidentibus jura non conſtituuntur, ſed de ijs, quæ frequenter accidunt. Deinde † dico me non videre, quomodo fides 157.
humana vacillet tunc, quando authoritate publicâ debita releuarentur, imò hæc ipſa ratio, quod videlicet fides debitorum totâ Italiâ eſſet anguſtior, Iulium Cæſarem impulit, vt bona creditoribus in ſolutum adiudicaret, non ſecundum valorem tunc temporis vſitatum, ſed quanti quæq; eorum ante bellum fuiſſet. Tertiò † etiam 158.
hoc non video, quomodo omnes contractus & commercia rerum periclitentur, quando cenſus vnius vel alterius anni per legem publicam remittuntur. Nam quid commune habent contractus reliqui, cum contractu cenſuali? nunquid emptiones & venditiones rerum aliarum, præter cenſum & reditum annuum in vigore ſuo conſiſtere, & nihilominus commercia ſaluari, & ſuſtineri poſſunt? Quod quartò † contractus pacatis tantùm temporibus conſiſtere, 159.

 calami-

calamitoſis autem concidere debeant, id nemo dicit, ſed contra-
rium ſcripſi *dict. ad. 1. quæſt. 1. n. 33. & ſeq.* vbi notaui, ſicut calami-
tates præſentes non impediunt, quò minus contractus celebrentur,
& obligationes de nouo contrahantur: ita quoque antiquas mini-
160. mè tollere. Manent † itaque contractus in ſuo vigore, & inter
cæteros etiam ipſe contractus cenſualis, licet ad vnum vel alterum
annum nulli reditus percipiantur; ſicuti locatio fundi, per hoc
non expirat, ſi propter ſterilitatem nulli fructus naſcantur, & pro-
161. pterea locator penſionē remittere teneatur. Quod autem † quin-
tò infortunium ſolùm creditorem, ſiue emptorem cenſuum tangat,
id plerique dicunt ex natura emptionis prouenire, & periculum ad
emptorem ſpectare, *Farbinaus lib. 2. cont. c. 43. id. c. 44. in f. Layman.
c. 18. de pact. & cont. n. 7. & 8.* adeo vt aliqui cenſuum perceptionem
vix aliàs velint abvſura defendere, vide quę ſcripſi *p. 1. q. 1. n. 65 & ſeqq.*
162. Quid enim † ſi pecuniâ ſuâ non annuum cenſum, ſed prædium ſibi
comparâſſet, & illud propter belli infortunium vno vel pluribus
annis nullus fructus protuliſſet, eſſetné iniquum, vt emptor ſolus
damnum ſuſtineret, venditor autē pretium in ſaluo haberet? Sextò
163. † negatur, quod debitor ſemper poſſit, quod accepit, retinere, vel
164. enim loquimur de mutuo, vel de cenſu. In primo † caſu, & ſi nul-
las vſuras creditor percipiat, (ſicuti etiam regulariter percipere
nequit, niſi vſurarius audire velit,) tamen habet repetitionem cre-
165. diti, & condictionem certi. In altero diſtinguendum † eſt, vtrum
pactum redimendi ex parte emptoris fuerit appoſitum, nec ne: ſi ſic,
vtique repetitio dabitur, juxta notata *ſup. p. 1. q. 2. num. 89. & ſeqq.*
166. ſi non, imputet ſibi, quod non magis ſibi vigilauerit. Neque eſt †
quod creditores animum credendi, & cenſus emendi ſub hac for-
midine abijciant, quod incertum ſit, an idem ſtatus temporū ſemper
ſit duraturus, quia poſſunt varijs cautelis vti, ſibi in omnem euen-
tum, tam ſolitum quam inſolitum, proſpicere, & ſic omne pericu-
167. lum ſubterfugere. Deinde licet † nemo ſub cenſu crederet, chari-
tas tamen Chriſtiana non propterea exularet, forent fortaſſis ali-
168. qui mutuum dantes, nihil inde ſperantes. Non nego † quod cre-
ditores æque fideles ſint Imperio, atque debitores, de hoc autem

valde

valde dubito, vtrum ruina & ſtrages debitorum æquè ſit periculoſa imperio, atqui præſtolatio creditorum. Tum † quia debitorum 169.
longè plures, quam debitorum reperiuntur (etenim non paucos videre eſt mercatores, Nobiles, & alios, qui ex reditibus talibus viuunt, & quorum vnus ſæpè decem, viginti, & amplius cenſitos numerat) tum quia illi debitores, vtpote homines laborioſi plerumq; reipublicæ ſunt magis vtiles, quam reliqui, qui in otio & delitijs ſunt nutriti. Quod † autem pupillorum & viduarum ſubinde ſa- 170.
lus ex cenſibus, & eorum præſtatione dependeat, id eſt de raro contingentibus, & ſi contingat, cum ipſis commiſeratio haberi poteſt, prout alibi latius examinabitur.

Ad Tertium † Reſpondeo, & quæro: vtrum tunc, quando 171.
maior pars creditorum, debitori remiſſionem facit, & minor pars nolens volens ſequi cogitur, maior minori furtum faciat, nec ne? ſi ſic, ſcire peto, quare *L. 7. cum ſeqq. ff. de pactis* toleretur, & à nemine improbetur? cum leges quæ furtum fouent; minimè videantur tolerandæ: ſi non, ſequitur quod is, qui facit, vt non ſoluatur creditori debitum, non impingat in ſeptimum diuinum præceptũ. Si igitur † priuati per pactum poſſunt præiudicare creditoribus in 172.
exactione ſuorum debitorum, cur non etiam Imperator, vel quiuis alius ſuperior, per legem vel ſtatutum? vtiq; nõ debent eſſe melioris conditionis priuati, quam Principes: *VVeſenb. n. 7. ff. de acquir. rer. dom.* Si Imperator † ex iuſta cauſa poteſt alicui auferre dominium, 173.
& rem ipſam. *gl. in L. 2. & L. f. C. ſi contra ius vel vtil. publ. VVeſ. n. 7. ff. de in ius voc.* cur non ſimiliter & actionem? cum minus ſit habere actionem, quam rem; *l. minus 204. ff. de R. I.* non debet autem illi, cui plus licet, non licere, quod eſt minus, *l. non debet 21. ff. eod.* Non dicam † jam de eo, quod remiſſio debiti, non tendat directò contra 174.
jus diuinum; & quod Princeps ex cauſa etiam jus diuinum limitare, & præter ea, quæ ſunt juris naturæ, & gentium ſtatuere & reſcribere poſſit, de quo vide Mynſ *cent. 5. obſ. 97.* alioquin enim non apparet, quare damna ſubditis in bello illata remittere, & ſi pacem ineat, ſuper ijs tranſigere, & actiones remittere poſſit, de quo vide eund. Mynſ. *cent. 4. obſ. 9.*

Ad

175. Ad quartum † Reſpondeo: me neminem legiſſe, qui poteſta-
tem Imperatorum, in concedenda quinquennali dilatione, ſeriò in
dubium vocauerit, vel impugnauerit, neminem etiam vidi à Re-
nato allegatum, ſi qui autem eſſent, dicerem ſacrilegos eſſe; qui de
auctoritate ſtatuentium diſputarent, *per L. ſacrilegij 5. C. de diuerſ. re-*
176. *ſcript. L. diſputare. 3. C de crim. ſacrileg.* Quod † per reſcriptum mo-
ratorium nihil de credito decedat, concedo, quod non ſaltem com-
modum repræſentationis, & commoditas illa, quam creditor face-
re potuiſſet, ſi pecunias præſentes habuiſſet, depereat, nego.
177. Quemadmodum † & illud, quod tunc tantùm dilatio moratoria
effectum ſuum ſortiatur, ſi ſolutio debitori grauior, quam mora
178. creditori accidat. Nam † Imperator & alij, qui quinquennalem di-
lationem concedunt, ſolius debitoris, & vix vnquam creditorum,
quorum conditio, numerus, & qualitas plerumque ipſis ignota eſt,
179. rationem habent. Nego † præterea moratorias dilationes tunc
tantùm juſtas & licitas eſſe, quando non eſt graue creditoribus ex-
pectare, quia vix vnus caſus contingere poteſt, in quo non graue
& moleſtum ſit creditori, per integros 5. annos expectare, ergo ad
caſus tam inſolitos reſcripta iſta non ſunt reſtringenda: tum quia
jura adaptantur ad ea, quæ frequenter accidunt, *L. nam ad ea, ff. de*
LL. L. 10. ff. eod. tum quia beneficia Principis cum effectu ſunt acci-
pienda, *Dd. c. olim 16. ext. de V.S.*

180. Ad quintum † reſponderi poteſt, ſi cenſus priuatis remittan-
tur, onus illud nemini alteri accreſcere. Deinde Reſpondetur: eti-
am in cenſu publico, ſiue tributo, rationabili de cauſa fieri poſſe, vt
immunitas in cæterorum incommodum & grauamen redundet, ſi
181. videlicet perſonæ tales ſint, quæ publicè proſint. Sic † patria mea
liberat Syndicum, vel Aduocatum ciuitatis, ab omni onere colle-
ctarum, ex pacto ab initio ſuſcepti officij inito. Quemadmodum
enim ciues tributis ſuis reipublicæ proſunt: ita ipſe ſanis ſuis conſi-
lijs toti ciuitati, vt immunitatem illam in partem ſalarij, quod ipſi
de publico aliàs præſtandum eſt, meritò imputet.

182. Ad Sextum † Reſpondeo, judicem tantùm ſecundum juſti-
tiam judicare debere, Principem autem gratiam facere poſſe. *Vide*
Weſenb.

Verſon. n. 10. *ff. de poen.* quamuis tunc, cum beneficium vniuerſis probabili, & iuſta de cauſa conceditur, magis iuſtitiæ, quam gratiæ attribuatur.

Ad ſeptimum † reſpondetur cum Abbate *conſ.* 109. *col. f. lib.* 2. licet Princeps de poteſtate ordinaria non poſsit tollere Ius quæſitum, bene tamen poteſt de plenitudine poteſtatis tollere, & quod non poſſit, ſine cauſa ſaltem publicæ vtilitatis, vti plenitudine, & priuare tertium jure ſuo, *Riminald. iun. conſ.* 18. *n.* 117. *& ſeq.* Exemplum quotidianum habemus in rebellibus Imperij, quibus Imperator non tantùm remittit pœnam publicam, perduellioni debitam, ſed etiam damna, cæteris priuatis illata. 183.

Ad octauum † Reſpondeo: fortaſſis Dominus Renatus non omnia jura, vel hiſtorias euoluit. Quod ſi feciſſet, haud dubiè exempla & jura ſupra à me allegata reperiſſet. 184.

Circa nonum † quæro ex Domino Renato, an ceſſio bonorum ante tempora Iulij Cæſaris vſitata fuerit, nec ne? ſi affirmat, nego nouiter ab eo introductam eſſe, quod tamen viri doctiſſimi aſſeuerant, *per L. legis Iulia* 4. *C. qui bonis ced.* Franciſc. Hottomann. *q.* 26. *§. lata enim* Gregor. Tholoſ. *p.* 3. *Syntagm. l.* 22. *c.* 14. *n.* 1. *vide decad.* 2. *patroc. q.* 1. *n.* 31. Si negat, infero Iulium Cæſarem aliquid præter vſitatum morem introducere potuiſſe. Idipſum † non tantùm de beneficijs debitoribus calamitoſis indultis, ſed de omnibus legibus nouiter inductis adſtrui poteſt. Quis enim tam rudis eſt, vt neſciat, Iuſtinianum Imp. plurima jura, ante hac inaudita, & inuſitata condidiſſe, & tamen nemo dicit, eundem maiorem ſibi poteſtatem, & licentiam, quam Anteceſſores eius habebant, arrogâſſe. Quod poſteriores fecerunt, & ſtatuerunt, id antiqui ſtatuere potuiſſent, ſi voluiſſent, non poteſtas deerat, ſed voluntas. Quomodo † deinde Renatus dicere poteſt, antiqua beneficia debitoribus calamitoſis indulta, (ponamus æſtimationem prædiorum à Iulio Cæſare poſt bellum ciuile factam, & ad tempus illud, quantum quodque ante bellum fuiſſet, redactam) creditoribus non præiudicâſſe, cum tamen Suetonius in Iulio Cæſare *num.* 42. ſcribat, quod quarta pars ferè crediti deperierit, Nunquid † ex reſcripto D. Marci *in L.* 10. 185. 186. 187. 188.

Z *ff de*

ff. de pact. prouiſum eſt, quod maior pars creditorum poſſit partem crediti debitori omninò remittere, in præjudicium minoris partis creditorum, ita vt etiam ipſi remittere debeant inuiti, *Henric. Caniſ. ad reg. 29. in 6. Matth. de Afflict. deciſ. 88. n. 1.* Apparet E. iterum Renatum, qui tam audacter *inf. n. 144.* aſſeuerat, nihil ſimile in jure & hiſtorijs reperiri, jura & hiſtorias non omnes euoluiſſe.

189. Ad decimum † Reſpondetur: verum quidem eſſe, quod tunc quando Princeps beneficium vel priuilegium aliquod concedit, illud ita ſit interpretandum, vt tamen alijs non noceat. Etſi enim †
190. beneficia Principis latiſſimè explicanda, *c. olim. 16. ext. de V. S. c. cum dilecti 6. ext. de donat.* hoc tamen eatenus verum eſt, quatenus concernunt jus Principis concedentis, nam quoad jus tertij ſtrictiſſimè accipienda ſunt, cum huius reſpectu beneficia odioſa ſint, & ſemper
191. illud tacitè in beneficijs † Principum ſubintelligatur: vt ita proſint, dummodo alijs non noceant, *Caniſ. ad reg. Odia 15. de R. I. in 6. VVeſenb. n. 2. ff. de Conſtit. Princip. id. n. 6. ff de diuerſ. reſcript.* Sed hoc tunc tantùm verum eſt, quando priuilegium obſcurum eſt, & dubitatur de mente, & voluntate Principis, tunc enim declaratio & interpretatio admittitur, per tradita Gailij 2. *obſ. 58. n. 7.* ſecus ſi de mente Principis apertè conſtaret, tunc enim nullâ amplius inter-
192. pretatione opus eſſet. Quare † ſi hoc exprimeret, quod etiam in præjudicium tertij beneficium concederet, vel motu proprio, & ex certa ſcientia prouideret, tunc nemo rectè læſionem allegaret,
193. *Myns. cent. 1. obſ. 35.* Vnde Doctores regulam iſtam: quod † beneficentia Principis ſine alicuius præjudicio, damno, & iniuria intelligi debeat, *L. 1. §. meritò 11. ff. ne quid in loc. pub.* ita in terminis limitant: niſi hoc expreſsè in indulto caueatur, *d. L. 1. §. ſi quis à Principe 16. c. 10. de reſcript. in 6.* tunc enim nullus amplius intellectus admit-
194. titur, quam qui verbis continetur. Quamuis † enim de Principis voluntate dubitare, & eam benignius interpretari liceat, *Gail. 1. obſ. 14. n. 6. id obſ. 58. n. 7. & ſeqq. Mynſ. cent. 1. obſ. 31.* non tamen de poteſtate, *L. 5. C. de diuerſ. reſcript. L. diſputare 3. C. de crim. ſacrileg.*
195. *Gail. 1. obſ. 14. num. 6.* & licitum † eſt negare, intentionem Principis fuiſſe concedere, ſed non poteſtatem, iſta enim ſunt diuerſa, &

negatio

negatio intentionis non inducit negationem poteſtatis, *Zab. conſ.* 14. *num.* 2.

Ad vndecimum Reſpondetur: Principi † aliquid ex certa ſci- 196.
entia, vel ex plenitudine poteſtatis facienti, reſiſti nequit, *arg. L ſacrilegij, C. de crim. ſacrileg.* vide Gail. 2. *obſ.* 56. *n.* 14. vbi dicit, factum ex certa ſcientia Principis in dubium reuocari non poſſe, & contradictori perpetuum ſilentium imponi debere. Ratio: quia † eſt cau- 197.
ſa cauſarum, ſeu prima cauſa, & ideo non poteſt quæri, cur ita faciat, *Gail. 2. obſ. 56. n* 15. *Pruckman. de ſupr. princip. poteſt mihi fol* 107. *Vid. VVeſenb. n. f. in f. C. Vt. lit. pend. Vid eund. n.* 3. *C. de LL & in pr. ff. de Iur. immunit.* & quia Princeps eſt ſupra jus, ideo contra jus poſitiuum ſtatuere & reſcribere poteſt, *Mynſ. cent* 5. *obſ* 97. adeo † qui- 198.
dem, vt in dubio præſumatur juſta cauſa, quando Princeps proprio motu ex certa ſcientia, vel de plenitudine poteſtatis aliquid contra jus poſitiuum reſcribit, quia Princeps jure poſituo non obligatur, *L. Princeps ff. de LL. L. digna Vox C. eod. Gail.* 2. *obſ.* 58. *n.* 1. & 2.

Ad duodecimum † Reſpondetur: diſcrimen faciendum eſſe 199.
inter reſcriptum Principis, & edictum. Reſcriptum eſt, quando Princeps vel ſubſcribit libellis, & epiſtolis ſupplicantium, vel magiſtratui, conſulentibuſque ad eorum relationem reſcribit, quid pro jure ſeruari velit, *VVeſenb. ad §.* 6. *inſt. de I. N. G. & C. Perez & Iul. Pac. ibid Harp. n.* 25. *Matth. Stephani de art. iur. c.* 15. *n.* 3. Edictum
† eſt, quando Princeps aliquid ex ſemetipſo, motu proprio, vel ali- 200.
quo ſuggerente ad vtilitatem ſubditorum omnium ſtatuit, & publice promulgat, *text in d. §.* 6. & *L.* 1. *C. de conſtit. Princip. L.* 3. *C. de LL.* Reſcripta ad † certas perſonas in ſpecie ſunt directa, edicta ve- 201.
rò generaliter abſque perſonarum complexu emiſſa. Hoc ita præſuppoſito, facile eſt intelligere, † quare reſcripta Principis in 202.
dubium vocare liceat, non ita edicta, quia in reſcriptis præſumptio eſt, Principem importunitate, & ex falſis narratis ſupplicantis circumuentũ eſſe, *L.* 1. *C. de petit. ſublat. l.* 10. ideo quotidie exceptiones ſub & obreptionis contra reſcripta opponuntur, *Gail.* 2. *obſ.* 58. *num.* 2. & 3. quæ ratio ceſſat in edictis, atq; etiam in illis reſcriptis, quæ motu proprio à Principe fuerunt emiſſa. *d. L.* 1. *Verſic. ſi quid autem Gail. d. n.* 2. & 3.

203. Ad decimum † tertium Reſpondetur, creditores non nimium grauari, quia ſors capitalis ipſis adhuc in ſaluo eſt, & cum [illegible] re nouos reditus ferre poteſt. Deinde talis lex, vel ſtatutum [illegible] temperari poteſt, vt ad eos, qui nimium grauarentur, non extendatur, qui autem illi ſint, in tertia parte fortaſſis dicam.

204. Ad decimum † quartum Reſpondetur, non eos ipſos creditores, qui ærosam & æruginoſam monetam loco argenti pro cenſibus & ſorte acceperunt, hoc tempore de cenſibus litigare, ſi enim ipſis ſatisfactum eſt, nulla amplius obligatio cenſuum ſupereſt. Dein-
205. de in † Camera Imperiali creditores læſi ſæpe reſtitutionem & reductionem impetrârunt. E. ſequeretur, quod etiam hoc tempore in eodem tribunali debitores auxilium aliquod impetrare deberent.
206. Tertiò illi, † qui totum patrimonium in cenſibus collocatum habent, plerumq́ueſunt homines otioſi, quorum interitus reipublicæ vix ita damnoſus, atque eorum, qui panem in ſudore vultûs ſui
207. quærunt. Verum onera † publica perinde ferre debeant, ac ſi ſorte & cenſibus gauderent, non huius, ſed alterius loci quæſtio eſt.

208. Ad decimum † quintum Reſpondetur: in Principe præſumi juſtitiam, & voluntatem rectam, *c. ſi quando §. f. de reſcript. Gail. 2. obſ. 58. num. 9.* An † autem tale ſtatutum, vel lex ad ipſum legisla-
209. torem, ſi debitor ſit, & cenſus debeat, porrigatur, id in parte tertia forte examinabo.

210. Ad decimũ ſextum † Reſponderi quidem poteſt, non quid fiat, ſed quid fieri debeat, attendendum, *L. nemo. 13. C. de ſent. & interlocut. L. ſed licet. 12. ff. de off. præſid.* factum quidem hoc eſt ſæpius, ſed fatetur ipſe Renat, *n. 152. circ. f.* ſe non affirmare, quod rectè fecerint ſtatus, & magiſtratus illi, qui bonis infrugiferis, & nominibus
211. infructuoſis onera talia impoſuerunt. Nihilominus inſtat † non nemo, quod hoc præiudiciali facto ſtatus ſententiam ſuam iam dixerint, conſequenter ſi conſultatio deſuper habeatur, calculo ſuo creditoribus ſuffragari, & in partem eorum declinare debeant, niſi pati velint, vt ciues & ſubditi tributa ſoluta, per condictionem in-
212. debiti repetant. Verum † ad hanc inſtantiam Reſpondeo, eam mihi minimè videri Chriſtianam, ſed pſeudopoliticam, ſi enim ini-

quum

quum fuit tributa exigere de capitalibus infructuoſis, quare ad iniquitatem iſtam ſaluandam, & tributa retinenda, deberet aliquid aliud, quod vel iniquum, vel dubium eſt, ſtatui aut definiri? Si hoc † valeret, deberemus ſemper iudici, qui ſemel iniquè pronun- 213.
ciauit ſuadere, vt in poſterum æquè malè, & iniquè pronunciet, ne ſuâ ſe ſententiâ alicuius iniquitatis condemnet: Vel vt in aliena cauſa ſtudio aliquid iniqui Iuris ſtatuat, ne poſtea in propria cauſa eodem Iure vti debeat. Similiter ei, qui ſemel mentitus eſt, conſulere, vt poſthac conuenienter & conſequenter mentiatur, ne ſuſpicionem falſitatis de ſe præbeat.

Ad decimum † ſeptimum Reſp: primò: ipſo domino Renato iu- 214.
dice tales magiſtratus, qui ſine vlla ratione prouentuum, cenſus & tributa exigunt, malè & iniquè agunt, quomodo E. ab illis ad creditores æquum poteſt duci argumentum? nunquid ex abſurdo non niſi abſurdum, *Rosbach. prax. ciuil. tit. 40. n. 49.* & ex illegitimo principio nulla legitima conſequentia naſci poteſt? *arg. L. f. C. de nat: lib.* Reſp. † ſecundò: à cenſibus publicis ad cenſus priuatos non rectè 215.
duci argumentũ, quia publica priuatis longè ſunt potiora, *auth. res qua C. commun. de legat: & fideicommiſſ:* nam ſi ſtatus militaris, & bonum publicum permittit noua tributa imponere, cur prohiberet antiqua exigere? Interim † ego ſemper putarem, in imponendis 216.
collectis magis ad prouentus, quam ad prædia & nomina infrugifera, hoc præſertim tempore reſpici, & pro diminutione eorum etiam tributa releuari debere, *argt. Nouell. de releuat. trib.*

Reſpondeo † tertiò: etſi abſurdum ſit in alio velle corrigere, 217.
quod in ſe ipſo conſpicitur vigere, *Dd. ad L. ſi Vxor. 13. §. iudex 5. ff. ad L. Iul. de adult. L. in arenam 31. C. de inoff. teſtam.* & propterea magiſtratus, quod alijs vetant, ipſi committere non debeant, *arg. L. altius. 15. ff. ſi ſeruit. vind. L. pupillus 5. §. item ipſe. 2. ff. de auct. & conſ. tut. L. non licet. 46. ff. de contrah. empt.* nihilominus † ſi prohibitio in ſe 218.
ſit honeſta, legi, rationi & æquitati conformis, nihil impedit, quò minus eam etiam ſequi debeamus, ſcriptum eſt enim in Lege DEI? non quod faciunt, ſed quod dicunt, hoc facite.

Ad argumentum † decimum octauum facilè Reſpondent illi, 219.

qui putant tale ſtatutum ad Eccleſiaſtica & pia loca non eſſe porrigendum, quemadmodum à me *decad.* 4. *q.* 9. *n.* 67. *& ſeqq.* dictum fuit, literas moratorias ad ea non extendi, quod an ſimpliciter verum ſit, & qua ratione, dicam alibi.

320. Ad decimum † nonum Reſpondent, in cenſibus realibus prorſus nihil ceſſiſſe, prædijs omninò deſtructis, vel ab hoſtibus occupatis, vel infrugiferis redditis, & quoad hoc non opus eſſe nouo aliquo ſtatuto, vel lege, ſed ad ſummum aliqua declaratione, ad
321. tollendam quorundam dubitationem. Ideo † autem nouâ lege non eſſe opus, quia ſufficit bulla Pij. V. quæ licet non ſit recepta, quoad hoc, quod cenſus prorſus non valeant. niſi ſint reales, non apparere tamen, quare non fuerit recepta, vel debuerit recipi, quoad effectum, vid: vt ſtante cenſu reali, eoque ſuppoſitô, re in
322. totum vel pro parte pereunte pereat etiam cenſus. In † cenſibus autem perſonalibus nouâ lege opus eſſe, per quam cenſus de rigore Iuris debiti remittantur. Aliter Reſponderi poteſt, prout ſup. *q.* 2. paſſim.

323. Ad Vigeſimum † Reſpondet Dominus Renatus. *f.* 93. *n.* 161. *in f.* quia in hoc deplorato rerum ſtatu, nullus debitor (voluit fortaſſis dicere creditor) extantias cenſuum honeſtè & efficaciter exigere poteſt, ideò non ſolùm nihil in re, ſed ne quidem Ius ad rem habet, ſed primum pace reuertente actio ipſius reuiuiſcet, ſi non in-
324. terea prorſus pereat. Mihi, vt † verum fatear, hæc reſponſio non placet, quia multa Iuri, & ipſius Domini Renati ſententiæ contra-
325. ria inuoluit. Nam † vel loquimur de cenſu reali, vel de perſonali: ſi de reali, vtique Ius in re creditori conſtitutum eſt, quemadmodum ſup. *p.* 1. *q.* 4. ad longum demonſtraui. Si de perſonali, ſaltem actionem habet, vel exempto, vel ex ſtipulatu, vel præſcriptis verbis, vel cenſiticam, pro diuerſitate opinionum, ibidem à me enarratarum, actio autem vtique eſt Ius ad rem, *pr. inſt. de action. & ibi*
326. *Dd.* Si † dicas, actionem iſtam inefficacem eſſe. Reſpondeo: actio omnis efficax eſt, niſi contra eam opponi poſſit aliqua exceptio. Itaque ſi actio cenſitica efficax non eſt, neceſſe eſt debitori calami-
327. toſo concedere aliquam exceptionem. Itaque illa † vel temporalis

& dila-

& dilatoria eſt, vel perpetua & peremptoria. Si dilatoria: debebit eſſe ſecundnm me exceptio competentiæ, vel ſecundum Dominum Aſſum, exceptio impoſſibilitatis, neceſſitatis, paupertatis; vel oſtendat Dominus Renatus aliam. Si peremptoria, debebit eſſe tamdiu exceptio in factum fructuum non perceptorum, quamdiu Dominus Renatus non aliam oſtenderit. Porro ſi † ſucceſſu tem- 228.
poris, & cum pace reduce actio reuiuiſcit, neceſſe eſt, quod fuerit extincta, oſtendat autem Dominus Renatus quare, quomodo, & quando, & quomòdo vulgaris illa regula vera ſit: actio ſemel extincta non reuiuiſcit. *L. qui res. 98. §. aream verſ. nec admiſſum. ff. de ſolut. arg. §. ſi ſeruus. 6. inſt. de noxal. Schnei. §. f. n. 5. inſt. de iniur:* Itaq; aliud reſponſum pete tam ex rationibus decidendi ſupra adductis, quàm reſponſis ad argumenta. *ſup. q. 1.* allata.

Ad vigeſimum† primum Reſpondeo: conceſſo antecedente ne- 229.
gari conſequentiam. Nàm quod fieri poteſt ex voluntate, non eſt imponendum ex neceſſitate. Redimere potuit cenſitus debitor cenſum ſuum, redimere autem non debuit. Præterea † non potuit 230.
diuinare, an bellum eſſet ſuperuenturum, quamdiu duraturum, an omnes fructus abſumpturum, an culturam impediturum, quia bellum reputatur inter caſus fortuitos, caſus † autem fortuitus præui- 231.
deri non poteſt, *L. quæ fortuitis. 6. C. de pignor: act.* dicitur enim inopinatus rei euentus, quem nulla hominum prouidentia cauere, aut præuidere poteſt, *Schneidevv. 4. 1. n. 33. inſtit: quib. mod. re contrah. oblig.* Inſuper † ſæpe contingere potuit, vt licet debitor cenſum 232.
redimere voluiſſet, tamen propter inopiam facere non potuiſſet. Irrationabile itaque eſt ei culpam imputare, qui nihil præuidere aut diuinare potuit, *c. vt noſtrum. ext. vt Eccleſ. benef. Decian. conſ. 115.* ſicuti imputari ei nihil poteſt, qui ſoluere, & ſi vellet, non potuit, *L. mora 32. ff. de vſur. L. ratum. 13. L. quod dicimus 105. ff. de ſolut.*

QVÆ-

QVÆSTIO VII.

Vtrum expediat generalem legem, vel ſtatuta localia de remittendis cenſibus facere?

1. EXperientia † docet illos, qui aulicis conſilijs aſſident, duo
frequenter circa vnum & idem propoſitum in quæſtionem
venire. Primò: vtrum id, ſuper quo conſultatio inſtituitur, iuſtum
ſit, & iuſtitiâ exigente, vel permittente fieri poſſit: deinde an vti-
le ſit præſenti ſtatui reip. adeoque vtrum expediat introducere, vel
effectui dare. Ad quod eſt textus *in c. magna deuotionis. 7. ext. de Vot.*
2. *& Vot. redempt.* vbi Innocentius III. Pontifex tria in omni † nego-
tio putauit eſſe attendenda, videlicet, quid liceat ſecundum æquita-
tem, quid deceat ſecundum honeſtatem, & quid expediat ſecun-
dum vtilitatem, vide; Cardinal Tuſch *lit. P. concluſ. 700.* vbi dicit,
Principem tria potiſſimum debere curare, in omni facto, quid de-
3. ceat, quid liceat, & quid expediat. Poſtquam † igitur expoſui,
quod iuſtitiæ in certis caſibus non repugnet ſtatuta de non ſoluen-
4. dis, vel remittendis cenſibus facere, quæſtio † nunc ſupereſt: vtrum
è re & commodo reipublicæ Romanæ, & populi Germanici ſit,
cum conſenſu ordinum talia ſtatuta, vel legem aliquam vniuerſa-
lem condere.

5. Dominus † Renatus putat quod non. Primò: quia cederet con-
tra Iuſtitiam, & fidem, in præiudicium & depauperationem tot in-
nocentium, & maximè egentium cenſitorum, *f.* 3.

6. Secundò: † quia iniuſtitia, quæ per belli calamitatem irrepſit,
adeo magna, & multa eſt, vt potius omni poſſibili ſtudio debeat
remedium adhiberi, quam noua iniuſtitia cumulari; *id. ibid.*

7. Tertiò: quia † hic non eſt modus, neque via pacem reducendi,
vel ſtatus Imperij ab oneribus belli liberandi. *ibid.*

8. Quartò: quia † inde ſequi poſſet illud. S. Auguſtini, quod non
das Eccleſiæ, dabis impio militi, hoc eſt, ſi immiſericordes debito-
res ſolutionem, quandoque de facili poſſibilem, ita differant, fame-
licos creditores deſerant, vt diabolus contributionis (ita puto eum

exacto-

exactores & commiſſarios appellare, qui colligendis publicis collectis præficiuntur) eorum ædes viſitet, atque iſtam pecuniam, quâ neceſſitati & paupertati ſuorum creditorum ſuccurrere deberent, auferat, *id. ibid.*

Quintò: quia † peccata, quæ hiſce temporibus manifeſtè perpetrantur, (quorum non minimum perfidia & ingratitudo, quæ contra Chriſtianam charitatem, & contra præcepta DEI homines committunt) iram DEI ſuper nos prouocant, & præcipua cauſa ſunt diuturni iſtius inteſtini Germanici belli. Horum, inquit, ingratorum, & perfidorum debitorum hoc tempore non exiguus eſt numerus, vnde non mirum, quod Dominus DEVS vnà cum alijs delictis, etiã iſtud virgâ ferreâ diuturni iſtius belli puniat, *Renat. f. 4.* 9.

Sextò: ſi hæc † iniuſtitia per legem vniuerſalem juſtificaretur, & pauperibus pupillis, & viduis, jam ante vſque ad extremum exhauſtis, vel alijs egenis, propter debitorum ſuorum negligentiam, & moram, obæratis creditoribus, omninò vita auferretur, quid proſperæ fortunæ, ſalutis, & benedictionis in patria noſtra, à Domino DEO ſperari & expectari poſſet, ſi præter alias iniuſtitias, quibus frenum propter ferocitatem belli relinqui debet, inſuper hæc iniuſtitia ex libera & deliberata voluntate, contra Domini DEI voluntatem, per pragmaticam ſanctionem introduceretur? *idem Renatus.* 10.

Septimò: non † expedit talem legem, vel ſtatutum facere, quod poſſit multas diſcordias & lites cauſare: Reipublicæ enim intereſt, ne inter ciues ſint diſcordiæ, *L. ſi quis, ingenuam 21. §. f. ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. L. æquiſſimum in pr. aliàs eſt §. 3. L. ſi enim 13. ff. de Vſuf.* Atqui ſi per imperialem ſanctionem juxta deſiderium debitorum penſiones durante bello decurſæ tollerentur, vel pro non debitis declararentur, multæ diſcordiæ & lites naſcerentur. E. &c. 11.

Minorem † probat Dominus Renatus primò hoc modò: creditores cenſiti, propter iſta capitalia & cenſus ſperatos, debuerunt tributa & collectas ſoluere magiſtratibus ſuis, quas non debuiſſent, ſi cenſus ipſis debiti non fuiſſent (nam tributum à nobis de eo exi- 12.

 gi, aut

gi, aut accipi, quòd noſtrum non eſt, nec naturalis quidem ratio patitur) E. ſi declarantur indebiti, ipſæ collectæ per condictionem indebiti venirent repetendæ, ſiquidem illud cenſui publico & tributo ſuppoſuerunt, quod ſupponi non debuit, quanta autem reuolutio inter magiſtratus & ſubditos oriretur, ſi iſtæ repetitiones permitterentur?

13. Octauò; magna † etiam reuolutio & commotio inter ipſos ſubditos oriretur, ſi cenſus promiſſi, & à primordio belli decurſi prorſus eſſent aboliti, & creditores longanimes poſt diuturnam ſuam patientiam juribus & actionibus ſuis in perpetuum priuarentur & deſtituerentur, *Renatus n.* 150.

14. Nonò: lites † & controuerſiæ etiam inde ſunt timendæ, quod multi ex debitoribus cenſus jam ſoluiſſent, quos ſi indebitos audirent, eos iterum condicerent, atque repeterent, quod creditores minimè admiſſuri eſſent. *Renat. n.* 150.

15. Verum † his non attentis contrarium tenet Dominus Zorer *q.* 12. *num.* 972. qui neceſſarium eſſe putat, vt propter reſtantes, nec dum ſolutos cenſus, quoad illos debitores, qui ab aliquot annis (propterea quod bona ſua non potuerint poſſidere, neque ijs frui, neque aliàs ſua commercia exercere, aut lucrari aliquid) ob impotentiam nihil ſoluerunt, aliqua ordinatio, lex, vel ſtatutum fiat.

16. Ratio prima † deſumi poteſt ex principio extrauagantium Calixti III. & Martini V. Pontificum, qui nouas conſtitutiones de cenſibus ideo fecerunt, quia curis angebantur aſſiduis, vt juxta creditam ſibi diſpenſationem officij ſubditorum quorumlibet paci & quieti intenderent, & dubia, quæ inter eos oriuntur, pro tempore (ne litigiorum anfractus exinde, ſeu ſcandala proueniant) debita (prout juſtitia ſuaſerit) declarationis ſuæ miniſterio ſopian-
17. tur, & illorum moderamine declarentur. Hanc † ipſam rationem aſſignauit Reuerendiſſimus atque Illuſtriſſimus Epiſcopus Herbipolenſis, in præfat: edicti ſui ibi: Haben derowegen zu abwendung allerhand weitläuffiger vnnöthiger koſtbaren Klag vnd proceſſen, den Schuldtherren ſo wol als den Schuldner daruon zu entheben vns / ꝛc. eines gewiſſen Schluſſes hierüber verglichen. vt videlicet ſublatis omnibus diſſenſionibus ac litibus pax & mutua con-

concordia inter ciues côaleſcat, & floreat, *Zorer in fin. quæſt. 14. & operis ſui.*

Nam teſtatur † quotidiana experientia, quod creditores debitoribus ſuis ratione cenſuum quotidie litem moueant, & non modò illos, ſed etiam judices fruſtra fatigent, ſe & aduerſarios nouis ſumptibus onerent, & tamen poſt diuturnam litem, nihil aliud efficiant, quam quod afflicto debitori maiorem afflictionem, & judici alijs negotijs diſtricto maiores occupationes & moleſtias afferant. Quod † omne facilè euitari poſſet, ſi ex lege publica ſcirent, nihil ſperandum, ſed cenſus aliquot annorum remittendos eſſe. Cum itaque vtilitas publica poſtulet, vt homines † liberi ſint à debitis litigioſis, *poſt Caball in mille loq.* 338. *& Mar. Mant. deciſ. reg. Arrag.* 2. *n.* 42. auctor parthenij litigioſi *l.* 2. *c.* 11. *n.* 21. vtique expediret, per legem vel ſtatutum definiri, vtrum cenſus præteritorum annorum debiti, an verò remittendi eſſent, nec ne. 18. 19. 20.

Ratio † ſecunda redditur ab eodem Domino Zorero, *quæſt.* 34. *in princip. n.* 3238. vbi dicit: quod ſumma neceſſitas, & magna paupertas paſſim deſideret ſtatutum, & ordinationem talem fieri, quia experientia quotidiana teſtatur, quod vna cum cenſibus decurſis etiam futuri, adeoque vt ſic liquidum cum illiquido (dum deciſio expectatur) ſæpenumero ſuſpendatur, adeoque cenſus & capitalia non ſine graui damno & præiudicio creditoris ſimul retineantur, & nihil à debitore ſoluatur. 21.

Tertiò Teſtatur † ipſe Renatus *f.* 88. *num.* 149. *& f.* 93. *num.* 161. etiamſi creditores cenſitici hoc tempore viam juris ingrediantur, & conſueta, atque à legibus præſcripta remedia amplectantur, nihilominus tamen neq; in ſecularibus, neque in Eccleſiaſticis tribunalibus vllum auxiliũ conſequantur, ſed paſſim vbiq; in cauſis cenſuũ juſtitium ſeruetur. Imò licet aduocati & procuratores litem ad exitũ perducant, ſententiam pro ſuis clientibus aut principalibus obtineant, nihilominus in puncto executionis omnia in ſuſpenſo maneant. Sed hoc ipſum † indicium eſt, quod ratio naturalis judicibus (qui alioquin nemini juſtitiam denegare deberent, vel poſſent) dictet, non poſſe hoc tempore juxta rigorem juris procedi; qua 22. 23.

de cauſa malunt judicium ſuum ſuſpendere, quam durius aliquid
ſtatuere. Vel ſi ſententiam tulerunt, vident executionem ob diffi-
cultatem, paupertatem & impotentiam, aliaſque cauſas impoſſibi-
lem eſſe.

24. Cum † itaque præſtet creditores prorſus non agere, quam &
debitorem fruſtra vexare, & ſe inanibus ſumptibus onerare, cum
obtinendi ſpem non habeant, *argt. L. 1. ff. de inofficioſ. teſtam.* cum
25. melius † ſit nullam ſententiam ferre, quam latam executioni non
dare, *per tradita VVeſenb. n. 1. ff. vt in poſſeſſ. legat. vel fideicommiſſ.* cum
26. judicis † decreta non debeant eſſe eluſoria, *Gail. 1. obſ. 15. in f. idem 1.*
27. *obſ. 78 num. 5.* Cum judicis † ſit ſententiam ſuam imperio exequi,
28. *l. t. ff. ne vis fiat, VVeſenb. n. 9. ff de rei vend.* Cum reipublicæ † inter-
ſit lites minui, & jurgia ſopiri, *text. c. nonnulli. 28. §. pen. ext. de re-*
29. *ſcript.* Nunquid expediret aliquid certi ſtatuere? Litium † mate-
riam amputare, *L. properandum 13 in pr. C. de iudic. c. nonnulli. 28. §.*
cum autem ext. de reſcript. §. item verborum 12. inſtit. de inut. ſtipulat.
30. diſcordiarum † occaſiones penitus remouere, *L. æquiſſimum, aliàs eſt*
§. 3. L. 13. ff. de vſuf. L. cum pater. 77. §. dulciſſimis 20. in f. ff. de leg. 2.
31. Ciuiles diſſenſiones, † per quas ipſa reſpublica læditur, tollere, *L. ſi*
32. *quis ingenuum 21. §. f. ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ.* & omnibus † mo-
dis cauere, ne judicia fiant ridicula & eluſoria, *L. ſi prætor. 25 ff. de*
33. *iudic. VVeſenb. in pr. ff. ſi quis ius dicenti.* Nullius † enim momenti
eſt ciuitas, quæ non habet neruos executionis: nullius momenti
ſunt edicta, quæ non ſunt munita executione, *argt. l. t. ff. vt in poſ-*
ſeſſ. legat. vel fideicom. VVeſenb. n. 1. ibid.

34. Ratio † quarta deſumitur à ſimili: vſucapiones bono publico
dicuntur introductæ, & reipublicæ vtiles eſſe propterea, ne rerum
dominia ſemper ſint in certo, *L. 1. ff. de vſurp. & vſucap.* vt aliquis re-
periatur litium finis, *L. f. ff. pro ſuo* vt hac ratione euitentur per-
petuæ de poſſeſſionibus lites, quas prohiberi & conſopiri publicè
vtile eſt, *c. nonnulli. 28. §. pen. ext. de reſcript. clem. diſpendioſam de iu-*
35. *dic. L. quidam. 21. ff. ſi cert. pet.* Et quamuis † videri poſſit iniu-
rium, alicui inuito rem ſuam auferri (vnde etiam vſucapio iniquũ
eſſe præſidium perhibetur, *in auth. vt Eccleſia Rom.*) quia tamen
maior ratio habenda eſt publicæ tranquillitatis, quam priuatæ ſin-
gulorum

ſingulorum vtilitatis, meritò etiam cum priuatorum incommodo vſucapiones introductæ ſunt, *arg. L. 2. C. de quad. præſcript.* vt aliquo ſaltem tempore vnicuiq; conſtare poſſit, quid ſuum, quid alienum eſſet, neque perpetuò lites timere quis cogeretur, quas innumeras oriri neceſſe eſſet, *VVeſenb. in parat. n. 9. & 13. ff. de vſurp. & vſucap.* vbi dicit: ſaluti & tranquillitati publicæ (quæ teſte Cicer. *l. 3. de leg.* ſuprema lex eſt) prouidendum fuiſſe, etiam cum priuatorum & ſingulorum detrimento. Atqui eadem † ratio eſt in cenſibus, ſuper 36.
quibus perpetua inter creditores & debitores lis eſt; vt itaque magiſtratus ab eorum moleſtijs & litigijs ſit liber, & grauioribus curis incumbere poſſit, atque illi ipſi ſciant, quid petere & expectare, quidué ſoluere poſſint, aut debeant, vtique publicè intereſt, aliquid ab ijs, qui jus & facultatem habent, lege publicâ definiri, *confer q. 2. rat. 21. n. 73.*

Ratio † quinta: quia hæc quæſtio, vtrum cenſus præteritorum annorum debeantur, eſt pulchra, ſubtilis, & anceps, quæ 37.
multorum Doctorum ingenia miris modis vexauit, & fatigauit, E. ſi non aliâ, ſaltem hac de cauſa videtur neceſſaria pragmatica ſanctio, vel conſtitutio, per tradita Ioann Köppen. *deciſ. 4. n. 3. poſt princ.* Berlichij *tom. 2. concluſ. 24. n. 1.* Manet ergò † in hac quæſtio- 38.
ne firma apud me, &

Prima † Conclvsio: expedire vtique ſtatutũ, legem, vel pra- 39.
gmaticam ſanctionem circa cenſus præteritorum annorum ſoluendos, vel remittendos fieri. quam † confirmari puto, per doctrinam 40.
R. P. Laymanni. *l. 3. de Iuſt. tract. 3. p. 1. c. 5. n. 31. §. cæterum.* vbi in controuerſia monetaria & pecuniaria, quæ ante 20. annos valde frequens erat, ijſdem ferè rationibus motus, ita conſuluit: non † 41.
dubito, quin ſupremus magiſtratus ſecundum æquitatis rationem, imperiali decretò decernere poſſit, ſolutiones debitorum tali modo faciendas eſſe, vt neque debitores immodicum lucrum retineant, neque creditores magnum damnum patiantur. Non enim hic agitur cauſa vnius, aut paucorum, ſed plurimorum contrahentium; ita vt ſi ſolutiones debitorum fiant conſpecta intrinſeca bonitate monetarum, (vti in aſſert. 7. dictum fuit,) creditores omnes

damnum capturi ſint, & debitores lucrum: quare id non omninò per accidens cenſeri poteſt, quod ita generaliter prouenit ex introducta illa monetarum mutatione. Quam cùm Imperij Principes partim permiſerint, partim propter neceſſitatis rationem introduxerint, ipſorum amor in ſubditos ſuadere videtur, vt incommoda, quæ exinde orta ſunt, quo optimo modo fieri poteſt, tollant; ita vt neutra pars, ſeu creditorum, ſeu debitorum multùm grauetur, aut iuſtè conqueri poſſit; idque propter publicum Imperij bonum, pacis & concordiæ conſeruandæ ſtudium.

42. Sed † an iſta lex deberet eſſe vniuerſalis per totum Romano-Germanicum Imperium? Dn. Renatus *n.* 79, 80. *&* 81. *fol.* 44. *&* 45. putat quod non, propterea, quia damna non vniformiter ab omnibus fuerunt accepta. Quamuis † enim bellum iſtud diu in Germania durauerit, ratione tamen impedimenti non omnibus locis diuturnum, vel debitoribus intolerabile putandum. Superior enim pars armis hoſtilibus aliquamdiu quidem funeſtata, ſed iàm à multo tempore, iterum fuit liberata. Multis in locis nihil aliud ſcitur de bello, & hoſtilitate, quam quod Cæſareanis hyberna fuerint aſſignanda. Præterea paſſim in imperio hoc practicatur, vt contributiones & onera militaria debili dorſo ſubditorum imponantur, bona autem Cameralia ſuperiorum minimè grauentur. Præſens, ait, belli intemperies non montes petit, ſed valles, È. ſaluâ Iuſtitiâ non omnes durante bello decurſi cenſus per vnam & generalem ſanctionem caſſari poſſunt, ſed particularia locorum & perſonarum ſeparatim bene conſiderari debent. Cum cæteroquin in toto Iure obtineat, quamlibet circumſtantiam variare ſpeciem, &
43.
44. ex ſpeciei variatione varium quoque Ius oriri. Idem ſentit † Dominus Zorer *q.* 14. *n.* 1260. *f.* 104 *in pr.* vbi dicit: in remittendis cenſibus, æquitatem; poſſibilitatem, & alias concurrentes circumſtantias diligenter conſiderandas, & iuxta varietatẽ illarum, vel in totum, vel pro parte remittendos. Nullum enim certum tempus aſſignari, vel præſcribi poſſe, cum infortunium vnum citius, for-
45. tius & ſæpius tetigerit, quam alium. Putat † tamen ad tollendas omnes controuerſias, & difficultates, poſſe legem vniformem con-

di in aliqua certa regione, prouincia, & territorio, & eam reip: vtiliſſimam fore exiſtimat; eò quod publica priuatis ſint anteponenda, & ob bonum publicum multa pro iuſtis habeantur, quæ aliàs illicita ſunt. Quò facit illud, quod † conſtitutiones & leges 46. ſui natura ſint vniuerſales & generales, *L. 1. & l. 8. ff. de ll. L. properandum. 13. in pr. C. de iudicijs. l. humanum. 8. v. formam generalem C. de LL. Gail. 1. de P. P. c. 1. n. 10.* & in communi ſine complexu perſonarum ſpectent ad omnes, *VVeſenb. n. 4. ff. de LL.*

Nihilominus † quia dantur etiam conſtitutiones particulares, 47. vel perſonales ac ſingulares, quæ potius priuilegia appellanda ſunt, *§. ſed & quod inſtit. de I. N. G. & C. VVeſenb. n. 2. C. de LL.* & ego iam ſupra ſemel dixi, remiſſionem cenſuum per modum priuilegij calamitoſis debitoribus ob exantlatas miſerias bellicas indulgendam, exiſtimarem † non indiſtinctè per vniuerſas prouincias eandem, vel 48. æqualem remiſſionem faciendam, ſed pro varietate locorum, ac perſonarum, nec non pro quantitate damnorum acceptorum determinandam (iuxta regulam, quæ ob cauſam permittuntur, ab ea cauſa moderantur, *l. cum antiquis. 37. in pr. v. ſed hac C. de inoff. teſtam.*) ac proinde determinationem Rectoribus prouinciarum, & ſtatibus in ſuo territorio reliquendam eſſe. Ad eum † fere modum, quo 49. Maximilianus I. Imperator in comitijs Auguſtanus. *anno 1500. ſub tit.* Von Wucherlichen Contracten. §. Die weilen aber/ mandauit imperij Regiminibus, & dedit ipſis plenam poteſtatem, & auctoritatem, horum cenſuum formam aliquam moderatam, & modum concipiendi, & conficiendi, & ſuo nomine vbilibet in imperio publicandi, vt quilibet in poſterum ſciat, quâ formâ & modo in redimendo vti debeat.

Quemadmodum † erga Maximilian: Imp. commiſit arbitrio 50. judicium prouincialium, quâ formâ conſtitutio cenſuum fieri debeat, *Cauſ. in notat. ad d. conſt. Maxim. de Vſur. & cenſ. c. 10. f. 202.* ita exiſtimo etiam remiſsionem cenſuum eorum prudentiæ & diſcretioni committendam eſſe. ſequitur proinde ſua ſponte

Conclvsio † secvnda: ſicut damna non vniformiter fuerunt 51. accepta: ita non expedit vniformē legem per totū imperiū facere.

Sed

52. Sed quemadmodum agentia † naturalia intra ſphœram actiuitatis ſuæ agunt vniformiter difformiter, vt Philoſophi docent, & quo obiectum agenti propinquius applicatur, vel actiuitati magis exponitur, eò plus patitur, & de qualitatē atque virtute agentis amplius conſequitur: ita quoque exiſtimarem, qui iniurijs, miſerijs, calamitatibus, & hoſtilitatibus plus fuerunt expoſiti, & maiora damna perpeſſi, eos maiorem gratiam, remiſsionem & indulgentiam participare debere.

53. Ad argumentum † primum in contrarium allatum, Reſpondeo, negando tale ſtatutum contra juſtitiam cedere, neque eam fidem frangere, qui lege & ſuperiore permittente contra pacta & conuenta venit, nam quod permittente lege, vel magiſtratu auctore fit, rectè fit, *L. Grachus. C. ad L. Iul. de adult. L. non videntur. 167.*
54. *§. 1. ff. de R. I. c. quod quis mandato. eod. in 6.* An † autem ſtatutum iſtud ad egenos creditores extendendum, vel iniquum ſit extendi, illud non hoc, ſed alio loco examinandum erit.

55. Ad ſecundum † dico, in eo ſupponi, quod deberet potius probâri, videlicet, quod noua iniuſtitia committeretur, ſi cenſus remitterentur. Nam viros iuſtiſſimos, ex cauſis grauiſſimis, iuſtitia & æquitate ſubnixis, ſtatuta talia condidiſſe, in ſuperiore & aliquot præcedentibus quæſtionibus demonſtratum eſt, pro quibus tamdiu præſumitur, donec iniuſtitia commiſſa probetur.

56. Ad tertium † Reſpondeo, cum bellum ſit duplex, caſtrenſe & forenſe, & onera ſe habeant ex parte creditorum & debitorum, litigijs fòrenſibus è medio ſublatis, pacem ſaltem aliquam reduci, diſcordias ciuiles ſopiri, calamitoſos debitores commiſeratione dignos releuari, & exonerari.

57. Ad quartum † dico: deciſionem præſentis quæſtionis in genere conceptam, & non ad illum caſum ſpecificum reſtrictam eſſe, quo creditor eget, & debitor in facultatibus poſitus eſt. Cætera commiſſarijs & exactoribus tributorum publicorum refellenda relinquo.

58. Ad quintum † Reſpondeo: perfidum eum eſſe, qui fidem frangit, cum eam lege iubente ſeruare deberet; ingratum verò illum,

quā

qui beneficium non agnoſcit, neque reponit, cum commodè poſſet: modernos autem calamitoſos debitores ſuppono ita exhauſtos eſſe, vt etiamſi facere aliquid vellent, non tamen poſſent, ac proinde ab ipſa lege, vel ſtatuto remiſſionem impetraſſe, vnde ſequitur, eos neque perfidos, neque ingratos dicendos eſſe.

Ad ſextum † dico, licet in vno vel altero ſpeciali caſu ſtatutum 59. tale limitationẽ recipiat, non tamen poſſe in totum dici iniquum, vel reipublicæ damnoſum, & nôrunt tyrones logices, quod à ſpecie ad genus non rectè per affirmationem ducatur argumentum, aliàs enim, ſequeretur, quod ſi vnum animal dirum & ferox eſſet, omnia animalia, conſequenter etiam omnes homines diri, feroces, & execrabiles futuri eſſent.

Ad ſeptimum † Reſpondeo: lites, quæ inter creditores & debitores ſuper cenſibus fiunt, eſſe fermè infinitas, jam præſentes, & certas, quæ, vt in rat. decid. 1. dictum fuit, facilè tollerentur, ſi aliquid certi decideretur: illas autem lites, quæ ex declaratione talis ſtatuti timendæ ſunt, futuras tantum, & incertas, proinde cum † 61. certum bonum pro incerto malo relinquendum non ſit, *argt. L. cogi 16. §. idem quærit. 14. ff. ad SC. Trebell. argt. L. cum Titio. 55. ff. ad L. Falcid.* quæro vtrum non expediat magis, præſens aliquod commodum promouere, quam multa futura, ſed incerta incommoda euitare.

Ad probationem † Reſpondeo, mihi tempore belli ſemper ini- 62. quum fuiſſe viſum, vt illi, qui facultates ſuas in nominibus poſitas habebant, onera militaria nihilominus ſuſtinerent, & tantundem de illis penderent, quantum contribuere debuiſſent, ſi præſentem pecuniam, vel prædia fertilia habuiſſent. Cum incertum † planè 63. fuerit, an ſortem capitalem, nedum cenſus, recipere vnquam poſſent, vnde factum vt plurimi tales, qui totum fere patrimonium in cenſibus habebant, & ex illis viuebant, ad extremam inopiam deuoluti fuerint, fortaſſis autem juſto DEI judicio, qui nos voluit non in otio viuere, ſed in ſudore vultûs panem quærere. Suaſi † 64. etiam paſſim magiſtratibus municipalibus, vt collectas imponerent, non ſemper pro ratione & quantitate prædiorum, aut nominum, ſed pro qualitate commerciorum. Daß ſie die anklag nit nach

den Gütern vnd Zinßgeltern/ ſonder nach den Gewerben machen/ vtpotè quod prædia jaceant inculta, & neglecta, capitalia ſint non
65. tantùm infructuoſa, ſed fortaſſis omninò perdita. Et † haud dubiè tàm meo, quàm ipſius Domini Renati judicio *f.* 93. *n.* 161. *cum.ſeqq.* malè magiſtratus illi fecerunt, qui non ad prouentus cuiuſque,
66. ſed ad bona & capitalia reſpexerunt. Vtrum † autem belli, & boni publici ratio patiatur, vt ſubditi per condictionem indebiti repete-
67. re poſſint, magnam difficultatem patitur. Nam inprimis † aliqui magiſtratus ab initio bona fide, & ex ſimplicitate ſua, eò progreſſi fuerunt, vt putarent, quod ante bellum æquum fuiſſet, adhuc tempore belli æquum eſſe, & manere, ſic ergo in probabili ignorantia, & errore aliquo modo excuſabili conſtituti exactiones iſtas fecerunt, ignari quamdiu belli infortunium eſſet duraturum, & quan-
68. do ſpes eſſet cenſuum iterum recipiendorum. Deinde † pecuniam ita collectam non in vſus ſuos conuerterunt, neque directò in vtilitatem municipij, aut ciuitatis, ſed ad furorem militum compeſcendum impenderunt, qui furioſo prorſus impetu ſtatis, imò non expectatis, ſibi aſſignatis temporibus, tanquam leones rugientes adfuerunt, quærentes quemadmodum non modò crumenas paganorum exhaurirent, ſed ipſos, ſi potuiſſent, deglutirent, & deuo-
69. rarent. Si ergo † pecunia mutuò data repeti à ciuitate nequit, quæ in eius vtilitatem conuerſa non fuit, *L. ciuitas* 27. *ff. de reb. cred. L* 4. *in f. ff. quod vi, Nouell.* 120. *c.* 6. §. 2. *circ. f. & auth. hoc jus in f. C. de SS. Eccleſ.* quantò minus pecunia ciuitati, vel militibus potius indebi-
70. tè ſoluta? Cum † ipſe Imp. Iuſtinianus inter indebitum & mutuum hanc comparationem fecerit, vt quibus, vel à quibus mutuum repoſci non poſsit, nec indebitum repeti queat. *§. is quoque* 1. *inſtit. quib. mod. re contrah. obligat.*

71. Tertiò † durum vtcunque eſſet, ob damna ab hoſtibus & vicinis illata, nullam actionem (propter generalem iſtam amniſtiam) prorſus ſupereſſe, cum tamen illi dolo malo, ex propoſito, proterpo animo, perfidè & improbè, quandoque nocuerint, lucrumque iniuſtum inde repertauerint: & tamen contra magiſtratus noſtros, quibus honorem & reuerentiam debemus, propterea quod ex er-

rore & perplexitate, quandoque à via juſtitiæ deuiârunt, neque vllum inde emolumentum perceperunt, actiones ſupereſſe..

Quartò ipſi † ſubditi & ciues ad repetendas Steiras, & tributa 72.
indebitè ſoluta, non ſunt ita propenſi, ſed cogitant, tranſeat hoc malum cum cæteris, gehe einß mit dem andern hin/ wo eines iſt/da ſey das ander auch / hat der Teuffel die Fetzen/ ſo hab er auch die Lumpen/ quemadmodum quotidie hæc & ſimiliâab ijs ingeminari audimus, E. non eſt periculum, quod ipſi ſponte ad litigandum proſiliant, niſi forte rigoroſi patroni eos ad opus ſtimulent, & contra ſuperiores ſuos ſuſcitent.

Ad octauum † Reſpondeo: non maiorem commotionem ti- 73.
mendam eſſe, quam ex amniſtia vniuerſali, & indulgentia omnibus illis conceſſa, qui præteritis belli temporibus contra jus & fas, non tantùm in bonis & fortunis, verùm etiam in corpore noſtro, & amicorum noſtrorum, conſanguineorum, & domeſticorum, parentum, & liberorum nocuerunt, qui agros, domos, regiones, & prouincias noſtras hoſtiliter occupârunt, inuaſerunt, in cinerem & fauillam redegerunt, nos ipſos violenter extruſerunt, iniurijs realibus & verbalibus affecerunt, chariſſimos noſtros parentes, liberos, & fideliſſimos conjuges, cruentum in modum trucidârunt.
Ita vt † vnicum noſtrum ſolatium in eo poneretur, quod cum tem- 74.
pore ſuam quiſque ſuorumq; iniuriam judicialiter perſequi poſſet. Certè plurimi à priuata vindicta propterea abſtinuerunt, quod cogitarent, judiciorum vigorem, juriſque publici tutelam in medio iterum conſtituendam, *L. nullus. 13. C. de Iudæis.* quam exercere etiam cum capitis periculo non ceſſaſſent, niſi præſidium juris ſui publicum ſe aliquando habituros confiſi fuiſſent, *Vide ad hoc VVeſenb. n. 15. ff de iudic.* Nihilominus † tamen, ſi propter bonum publicum 75.
viſum fuit expedire, vt tam atroces iniuriæ, quas fortiſſimus quiſq; animo ſuo vix valet concoquere, remanerent inultæ, enormia damna relinquerentur impunita, & nullæ vnquam actiones eo nomine in forum producerentur: quantò minor E. commotio & deſolatio timenda erit, ſi pauci cenſus vnius alteriuſque anni, illis, qui vel pari nobiſcum infortunio tacti, vel maiori calamitate affe-

ꝺi, de cætero autem nobis fidi, minimeque iniurij fuerunt, remitterentur? Cur ab inimicis arma ciuilia auerterentur, & in amicos conuerterentur? cur illis relictis, hi ſoli litigijs & actionibus impeterentur?

76. Ad nonum † Reſpondeo, nullum ex cenſibus ſolutis timendum eſſe litium & diſcordiarum periculum. Nam vel declarantur per ſtatutum indebiti, vel debiti quidem, nihilominus ex æquitate remittendi. In † primo caſu ad euitandas lites, poteſt legiſla-
77. tor legem ita concipere, quemadmodum in *L. creditor §. 1. ff. de ſolut.* judex concipiebat ſuam ſententiam: ſolutas quidem vſuras non repeti, in futurum verò non deberi, vel poteſt vti cautelâ Iulij Cæſaris, qui in caſu prorſus ſimili, poſt ſopitum bellum ciuile, in Italia ortum, ſummæ æris alieni deduci juſſit, ſi quid vſuræ nomine numeratum fuiſſet, *Sueton. in Iul. Cæſare n. 42. Vide ſimile quid apud Leſ-*
78. *ſium. l. 2. c. 22. dub. 13. n. 98. Vide d. L. creditor §. Vlt.* vel † ſi hoc durum videretur, legem vel ſtatutum ſuum ad caſus illos reſtringere, qui nondum ſunt tranſactione, judiciali ſententiâ, vel ſolutione actuali conſopiti. Quemadmodum Reuerendiſſimus atque Illuſtriſſimus Princeps, Franciſcus Epiſcopus Herbipolenſis, edictum
79. † ſuum ſæpè laudatum expreſsè ita reſtrinxit, his verbis: Welches wie nur allein von hinderſtendigen/ vnd nicht den innittelſt entrichten Zinſen/ lauter vnd klar zuverſtehen iſt. Alſo wollen wir/ daß ſo der Schuldner die Jahr vber an Zinß bezahlt hat/ nit mehr abgezogen/ Jngleichem der ſich mit ſeinem Schuldherrn ein gewiſſes zugeben verglichen hat/ dem getroffenem Vergleich nach/ zu leben/ gehalten werde/ vnd alſo deren beeden keiner diſer verordnung weiter zugenieſſen haben ſolle.

80. Sic in ſimili tam † in amniſtia Ratisbonæ publicata, quam in pacificatione Pragenſi videre licet, quod Auguſtiſſimi Impp. Ferdinandus II. beatiſſimæ memoriæ, & Ferdinandus III. feliciſsimi nominis, expreſſè caſus iſtos, tranſactione, ſolutione, vel ſententia judiciali ſopitos repoſuerint, & à regula diſpoſitionis & prouiſio-
81. nis ſuæ exceperint. Si autem † declarantur debiti, & jubeantur ex æquitate remitti, tum nullum dubium eſt, quod condictio, & repetitio, quæ pro fundamento ſuo indebitum ſupponit, nullum ſibi locum

locum vindicet, cum repeti prohibeantur, quæ naturaliter ſolùm (nedum ciuiliter) debita ſoluuntur, *L. 3. §. f. ff. quod quiſque iur. L. Julianus 60. in pr. ff. de condict. indeb.*

QVÆSTIO VIII.

Vtrum exemplum Superiorum cenſus ſoluentium pro lege ſit habendum?

QVoniam † nonnulli ex Principibus, cæterisq; Imperij ſtatibus, cenſus decurſos ſoluunt, atque ita ſuo exemplo ſubditis præeunt, quæſtio eſt: vtrum non hoc ipſo videri poſſint legem condidiſſe, quàm in tota prouincia neceſſe habeant ſubditi obſeruare? 1.

Renatus † *n. 154.* videtur innuere, quod ſic, adducit enim exemplum aliquot ciuitatum imperialium Noribergenſis, Francofurtenſis, & Vlmenſis, quæ litteris. *14. Iuly. Anno* 1638. ad Cæſaream Maieſtatem datis, agnouerint, ſe debere cenſus, etiam per hæc belli tempora. Idem † *n. 155. & 156.* adducit exemplum Sereniſſimi Ducis & Electoris Bauariæ, qui reſcripto ſuo debita non ſuſtulerit, ſed ſolutionis terminos tolerabiles præſcripſerit, & altero edicto profeſſus ſit, ſe creditoribus belli hoc tempore perinde, ac pacis antea ſatisfacturum. Pro hac opinione videntur etiam facere ſequentes rationes. 2. 3.

Primò: Voluntas † Superioris pro lege habetur, *§. quod Principi. inſt. de I. N. G. & C.* Atqui non minùs facto, quam verbo, aut ſcripto, aliquis voluntatem ſuam declarat, *L. pro herede 20. ff. de acquir. vel amitt. hered. l. recuſari 95. ff. eod.* E. &c. imo † quia facta ſunt plenioſa & potiora verbis, *L. noſtram. 30. ibi: ſiquidem C. de teſtam. §. ex eo autem 8. inſt. quib. mod. teſtam. infirm.* magis eſt, vt facto detur voluntas intelligi, *arg. l. reprehendenda. 5. C. de inſtit. & ſubſtit.* vnde tale argumentum formari poteſt: quod † Principi placet, legis habet vigorem; *§. ſed & quod. 6. inſt. de iur. nat. gent. & ciuil. l. 1. ff. de conſtit. Princip.* atqui quando Princeps cenſus ſoluit, non po- 4. 5. 6.

teſt non placere cenſuum ſolutio. E. vt ſoluantur, pro lege videtur habendum.

7. Secundò: paſſim † ex legibus noſtris conſtat, exemplum Principis ſequendum eſſe, *L. & hoc Tiberius. 41. ff. de hæred. inſtit. l. Titius 54. ibi.* quod mihi videtur non tantum æquitatis ratione, verùm
8. exemplo quoque motus feciſſe *ff. ad S. C. Trebell.* Sic licet † ante Auguſti tempora codicillorum Ius in vſu non fuiſſet, ſed primus Lucius Lentulus, cum decederet in Africa, codicillos ſcripſiſſet, teſtamento confirmatos, quibus ab Auguſto petijt, per fideicommiſſum, vt faceret aliquid, & Auguſtus voluntatem eius impleſſet, ſtatim deinceps reliqui eius auctoritatem & exemplum ſecuti fideicommiſſa præſtabant. Et quid mirum?

Regis ad exemplum totus componitur orbis

9. Tertiò: Princeps † vltimus eſt fons æquitatis & fidei, *Tiber. Decian. conſ. 25. n. 120. lib. 1.* & in eo præſumitur veritas & iuſtitia, *Bald. in c. 1. §. vlt. de his qui feud. dar. poſſ* Dn. Aſſum. *f. 10.* E. non poteſt facere, quod poſſet iniuſtitiam redolere.

10. Quartò: homines † malunt exempla, quam verba, cum loqui facile, præſtare difficile ſit, optatumq; , quod tàm multi bene facerent, quam benè loquuntur, *poſt Loth. de cenſ. c. 1. n. 17. Dn. Zorer. q. 12. n. 978.*

11. Quinto: quod † quis in ſe approbat, in alio reprobare non debet, vel poteſt, *L. in arenam. 11. in f. C. de inoff. teſtam.* quod quiſq; Iuris in alium ſtatuerit, eodem ipſe vtatur, *t. t. ff. quod quiſque Iur. c. cum omnes. ext. de conſtit.* quod quis in alterius perſona æquum eſſe crediderit, id in ſua quoque perſona valere patiatur, *L. 1. verſ. ſi quis ff. d. T.*

12. Verum his † non attentis ego contrarium cenſeo, & puto, etiam ſi Superior aliquis, vel ciuitas cenſus ſoluat, quod tamen exemplum illud minimè pro lege, vel ſtatuto ſit habendum, & ſecundum id inter partes litigantes iudicandum.

13. Ratio prima: quia † illæ leges tanquam generales ab omnibus æquabiliter obſeruari debent, quæ vel edicti nuncupatione continentur, vel per omnes populos iudicum programmatibus diuulgantur,

gantur, vel quæ expreſſius continent, quod Principes cenſuerint ea, quæ in certis negotijs ſtatuta ſunt, ſimilium quoque cauſarum ſata, (*vel ut Haloand. legit, facta*) componere, vel quæ ad omnes juſſa ſunt pertinere, *L. 3. C. de legib. & conſtit. Princip.* atqui quod † 14. cenſus præteritorum annorum calamitoſorum ſint ſoluendi, id neque per edicta & programmata diuulgatum fuit, neque Principes ſoluentes cenſus, expreſsè declarârunt, quod velint factum ſuum, & ſolutionem cenſuum, ad omnes pertinere. E. cenſuum ſolutio non eſt ab omnibus æquabiliter in poſterum obſeruanda.

Ratio † ſecunda: licet id, quod Princeps etiam cognoſcens de- 15. creuit, legem eſſe conſtet, *§. ſed & quod 6. inſt. de I. N. G. & C. L. 1. ff. de conſtit. Princip.* tamen expreſsè conteſtati ſunt Impp. Theodoſ. & Valent. quod interlocutiones, quas in vno negotio Iudicantes protulerunt, vel poſtea prolaturi eſſent, non in commune præiudicarent, neque ad generalitatis obſeruantiam pertinerent, *L. 3. C. de LL. & conſt:* Si ergò hoc receptũ in ſententijs in iudicio prolatis, vt vim legis non obtineant, quantò minùs factum Principis extraiudiciale? cum iudicialis actus potentior ſit extraiudiciali, *arg. l. pacta noviſſima, 12. C. de pactis.* Et † quamuis *in l. 1. §. 1. ff. de conſtit.* 16. *Princip:* dicatur, etiam illud pro lege haberi, quod Imperator de plano inter locutus eſt: attamen illa lex eſt intelligenda, vel pro decreto extra Iudicium ex nobili officio, & pro Iure poteſtatis interpoſito, *VVeſenb. ad §. ſed & quod. 6. v. cognoſcens inſt. de Iur. nat. gent. & Civ. id. n. 1. ff. de conſtit. Princip. Harp. ad. d. §. 6. n. 5.* vel vt Accurſius rectè notat, illa † interlocutio non aliter vim legis generalis 17. habet, quam ſi hoc expreſsè dicatur, & vt Iulius Pacius *cent. 3. enantiophanon. q. 17.* explicat; ſi conſtet Principi placere, vt vim legis habeat. Itaq; interlocutio per ſe non eſt lex *d. l. 3.* ſed ex illo Principis placito vim legis ſumit: ICtus autem *in d. l. 1.* de ea interlocutione Principis loquitur, cum vim legis ei tribuit, quam Princeps voluit vim legis habere, vt colligitur *ex pr. & ex §. planè einſd. L. vide VVeſenb. in parat. n. 2. ff. de conſtitut. Princip.* Si ergò † in interlocu- 18. tionibus Principis expreſſa voluntatis conteſtatio ad hoc requiritur, vt vim legis obtineant, quantò magis talis declaratio & expreſ-

ſio in

19. ſio in factis deſiderabitur? Imò † amplius tradit Weſenb. §. *ſed & quod. n. 6. inſt. de iur. nat. gent. & ciuil.* quod etiam ſententiæ defi-
nitiuæ Principis non ſemper Ius faciant, *per l. 2. l. Vlt. C. de li. ex regu. & ſæpe. 63. ff. de reiud.* ſed tunc tantùm, quando Princeps hoc addit,
vel pro lege illas publicat, aut ad ſenatum mittit, *L. 3. C. eod.*

20. Ratio † tertia: quando Princeps cenſus ſoluit, facit id ad im-
plementum contractûs antea à ſe celebrati & initi: Princeps autem
in contractibus conſideratur vt priuatus, *Gail. 2. obſ. 55. n. 7.*

21. Ratio † quarta: quia in Superiore vel ciuitate poſſunt concur-
rere circumſtantiæ tales, quæ ipſam excludant, à beneficio cala-
mitoſis debitoribus indulgendo, de quibus p. 3. fortaſſis agam. vel
22. illæ, quas ſupra *q. 3 in limitationibus concluſ. 1.* examinaui. Quid † ſi
enim Princeps aliquis, vel ciuitas imperialis, hoſtem inuitauerit,
& in imperium perpetuis ſuis ſolicitationibus attraxerit, prouoca-
uerit, ad hoſtilitatem exercendam conſilium, operam, & auxilium
dederit, & ſic cauſa vniuerſalis ruinæ & deuaſtationis extiterit, an-
ne præmij loco ipſi ad huc remiſſio cenſuum indulgenda? minimè
23. gentium, quia † nemo ex ſuo delicto præmium reportare debet,
L. relegatorum. 7. §. f. ff. de interdict. & releg. l. 10. §. 1. ff. ſolut. matrim.
24. Quid ſi † aliquis cauſa belli, conſequenter & cauſati damni extite-
rit, ac poſtea cenſus ſoluerit, quis dicat exemplum hoc totam di-
tionem obligare, & ſtatim in neceſſitatē legis trahendum eſſe, cum
25. notum ſit, etiam † emphyteutæ canonem non remitti, ſi bellum
eſſet motum culpâ ipſius emphyteutæ, *Thom. Maul. c. 6. de locat. & conduct. n. 67.* caſus enim, quem culpa antecedit, non liberat, *l. ſi ve
26. certò. §. ſed interdum. verſ. cæterum. ff. commodati:* Quid † ſi aliquis ſu-
ſpicetur tantùm, quod ipſius causa bellum motum, & prouinciæ
fuerint deuaſtatæ (ſicuti bonarum mentium eſt, timere culpam,
vbi culpa non adeſt, *Clement. exiui. §. Verum de V. S. c. 2. §. preces ta-
men, ext. de obſeruat. ieiun.* an propter ipſius ſcrupulum omnes cala-
27. mitoſi ſubditi gratioſo carere debent beneficio? Quid ſi † Prin-
ceps aliquis cenſus ſoluens habeat hanc conſiderationem, quod v-
bertas præcedentium annorum compenſare debeat ſterilitatē mo-
dernorum (quemadmodum ſcio vnum magnum Principem ea cau-

ſa mo-

ſi motum cenſus ſoluere) anne propterea ſubditi, in quibus cauſa iſta ceſſat, eandem viam ingredientur? Quid ſi † vnus aliquis, qui 28.
cenſum ex omnibus ſuis reditibus vendit, non toto territorio ſuo deſtitutus fuerit, vel reditibus exciderit; cenſus adhuc ſoluat, anne cæteri minoris gentium ſtatus, qui omninò fugati, in totum exterminati, omnibus prouentibus priuati fuerunt, pari modo ſoluent? ego certè non puto. Nam qui differunt † ratione & conditione, 29.
cur non differrent juris diſpoſitione? Quid ſi † Princeps aliquis, 30.
qui ſtatutum de cenſibus, vno vel altero anno remittendis condidit, nihilominus de ſua Camera (ideo fortaſſis, ne ſuſpicionem de ſe præbeat, quaſi principaliter ſui ipſius commodi cauſa aliquid ſtatuiſſet) cenſus ſoluat, quid tunc facient ſubditi? ſoluent, & non ſoluent. Soluent exemplo Principis ducti? non ſoluent, lege publicâ liberati?

Quintò † Renatus ipſe exiſtimat, ſi prædium ruſticum ſit factum ſterile, quod debeat minui æſtimum, & tributum, non modò ob intrinſecam, ſed extrinſecam bonorum diminutionem, ſi ſolitos fructus non ferat, *num. 167. & tamen n. 166.* tradit, licet hoc non vſquequaque hoc tempore obſeruetur, non tamen ſequi, quod 31.
† hoc exemplum inferiores magiſtratus imitari debeant, vel poſſint. E. pari ratione, ſi remiſſio cenſuum juſta putatur, non obſtante, quod ſuperiores illos vltrò ſoluant, inferiores exemplum illud ſequi non tenentur. Et quidem † hic longè magis, quia quod 32.
cenſus remittantur, id ex ſingulari fauore, & beneficio, calamitoſis debitoribus indulgendum eſt: Superior autem, ſicut quilibet alius, fauori ſuo renunciare poteſt, neque renunciatio illa, quæ perſonalis cenſetur, vltra renunciantem jure extenditur. Nunc ad rationes dubitandi, & quidem 33.

Ad † primam. Reſpondetur: non omne quod Principi placet, legis habet vigorem, ſed quod Princeps eo animo profert, vt pro lege ſeruetur, *Anton. Perez. ad d. §. ſed quod. 6.* & quod legis condendæ animo conſtitutum eſt, *Myſ. ibid. n. 4. & Harp.* Itaque inprimis † debet inſpici, quo animo, & quâ intentione aliquid fiat, 35.
nam quia actus agentium non operantur vltra intentionem eorum, 34.

 aggr.

argt. L. non omnis 19. in pr ff. de reb. cred. argt. L. 37. §. 14. & 15. ff. ad municipal non ſtatim ex actu ſolutionis colligi debet, quod ab
36. omnibus indiſtinctè cenſus ſolui velit. Nam † ſi ex ipſis conſtitutionibus aliquæ (vtpote perſonales) ad exemplum non trahuntur, quoniam non hoc Princeps vult. *d. §. ſed & quod. verſ. planè.* quantò minus factum Principis in conſequentiam trahi debet, quia conſtat, quod facta plerunque ſint perſonalia. *§. ſed cum factum. 3. inſt. de ſtipulat. ſeruor. Cardinal. Tuſch. lit. F. concluſ. 20.*

37. Ad † ſecundam Reſpondetur: ſi Princeps juſtè & laudabiliter agat, certis cauſis, & rationibus impulſus, rectè ſubditos facturos, ſi exemplum eius ſequantur: ſin autem longè alia ſit ipſorum conditio & ratio, ſufficit, ſi ab illo facta deuotè contemplentur, ſubmiſsè venerentur, & donec de expreſsâ voluntate illius conſtet, magis ea admirentur, quam imitentur.

38. Ad tertiam † negatur conſequentia, & porro Reſpondetur, neminem dicere, quod ſuperiores cenſus exoluentes iniuſtitiam committant, ſed id ſolum; quod ſubditi non ſtatim ſequi neceſſe habeant, quia aliàs etiam munificentiam, & liberalitatem (quæ maximè Principem decet, *vverſicul. num. 2. ff. de off. Comit. ſac. largit.*) aliaque ſupererogationis opera, ab ijs exerceri ſolita, indiſtinctè imitari deberent.

39. Ad quartam † Reſpondetur, dictum illud aliud nihil velle, quam quod Principes non debeant bonum jubere, & malum facere, ſed quod conueniens omninò ſit, vt quod verbs jubent, opere impleant. Culpari proinde poſſent, ſi calamitoſos ſuos ſubditos ad cenſus ſoluendos edictis publicis, vel mandatis rigoroſis adſtringerent, ipſi autem, cum æquè poſſent, & deberent, nihil prorſus ſol-
40. uere vellent. Secus † verò in propoſito noſtro, vbi ſubditis ſuis nullam neceſſitatem lege imponunt, cenſus autem, quos denegare poſſent, nihilominus ex libera & ſpontanea voluntate ſoluunt. Talia vtique malumus exempla, quam de ſoluendo rigoroſa mandata, & præcepta.

41. Ad quintam † Reſpondetur, ſuperiorem, qui cenſuum præſtationem in ſe ſuſcipit, & ipſo facto approbat, non ægrè ferre, neque improbare debere, ſi ſubditi eundem charitatis & liberalitatis actū exer-

exerceant. Interim † quod ipſe, fortaſſis dubius, facit ex voluntate, 45.
non ſtatim alijs quaſi jam certus, imponere debet ex neceſſitate. Donec rebus omnibus benè perpenſis, & peritis in conſilium adhibitis, lege publicâ definiat, quid in hoc negotio obſeruari velit.

QVÆSTIO IX.

Vtrum præjudicia Cameræ Imperialis pro lege in materia cenſuum ſint habenda?

SI patronos † rigoroſorum creditorum audire velimus, res jam 1.
ſalua, & controuerſia, totâ hac ſecundâ parte ad longum examinata, multis jam præjudicijs deciſa eſt. Siquidem in Camera † 2.
imperiali aliquoties cognitum, & judicialiter deciſum fuit, quod debitores cenſitici, non obſtantibus belli & impoſſibilitatis exceptionibus, cenſus ſoluere, aut creditoribus id petentibus hypothecas dimittere debeant, *Renat num.* 157. *f.* 90 idem *num.* 140. *fol.* 81. teſtatur de quotidianâ praxi, & obſeruantiâ, & de ſententijs paritorijs frequenter contra debitores prolatis. Idem ipſe *f.* 50. *n.* 90. quotidie in Camera fieri dicit, vt implorantibus creditoribus mandata de ſoluendo, ſeu dimittendo hypothecam decernantur, & exceptiones impoſſibilitatis propter bellum, aliudvè infortunium, rejciantur, ijſque minimè attentis, debitoribus paritiones imponantur, quemadmodum non ita pridem factum in cauſa Späth zu Gärttingen/ contra Späthen zu Gammertingen. Idem † teſtatur, 3.
& ſimul lamentatur Dominus Aſſum in telo ſuo *fol.* 6. vbi dicit, quotidie fieri, vt Cæſarea mandata de ſoluendo, vel dimittendo hypothecas ſine clauſula, & ſimiles ſententiæ paritoriæ, modò hic, modò alibi inſinuentur, executoriales & arctiores decernantur, atque ita debitores & ſtatus imperij ſub pœna banni ad ſatisfactionem vrgeantur & cogantur.

Quæſtio † igitur nunc eſt: vtrum præjudicia iſta Cameralia 4.
pro lege ſint habenda, & ſecundum illa ab inferioribus judicibus præciſè judicandum?

Videri † poſſet quod ſic: Primò, quod Imperator cognoſcens 5.

decreuit, legis habeat vigorem, *§. ſed & quod. §. quodcunque inſt. de I. N. G. & C.* Ergo etiam ſententiæ in Camera imperiali, prætermis
annis, & adhuc hodie latæ pro lege ſunt habendæ. Sequela pro-
6. batur: quia † judicium Cameræ imperialis tanquam ſenatus Impe-
rij, ſiue ſenatus Imperatoris Romani, Imperatoriæ Maieſtati æqui-
paratur, eiuſque perſonam repræſentat, quemadmodum hoc pul-
chrè oſtendit Ludolph. Schrader. *in tract. de feud. p. 10. ſect. 11. n. 1 &*
7. & paſſim Doctores tradunt, quod † Camera quoad juriſdictionem
contentioſam Imperatorem repræſentet, *Gail. 1. obſ. 1. n. 7. idem 1. obſ. 41. n. 3. Matth. Stephani l. 2. de iuriſd p. 1. c. 3. n. 2.* Nam conſi-
ſtorium ſummi Principis eſt, *Gail. 1. obſ. 42. n 3.* tribunal Cæſaris,
omniumque ordinum imperij, adeoque in toto Imperio ſupremum,
idem & vniuerſale, *Stephani 13. & ſeqq.* judicium ipſius Imperij, Im-
peratorem in judicando repræſentans. *Arumaus Vol 2. de Iur. pub. f. 21. n. 54. Stephani loc cit. n 13.* quod cum Imperatore concurrentem
juriſdictionem, *Gail. 1. obſ. 121. n 3 id. 1. obſ. 41. n. 8. obſ 29. n. 3. obſ. 42. n. 3. obſ. 97. n 8.* neque vllum ſuperiorem habet, *Gail. 1. obſ. 41. n. 8. Matth. Stephan. l. 2. de iuriſd. p. 1. c. 3. n. 1.* ſed imperatoriam Maieſta-
tem, dignitatem & auctoritatem in decernendo tenet, *Blar. ad L. diffamari. c. 6. n. 40.* nec eſt inferior Imperatore, quoad juſtitiæ ad-
8. miniſtrationem, *Matth. Steph. l. 2. de iuriſd p. 1. c. 3. num 1.* Inſuper †
Imperatoris nomine, atque auctoritate, & ſigillo, ex Camera cita-
tiones, ſententiæ, mandata prodeunt, fiunt, promulgantur, ſcri-
buntur, *ordinat. Cam. p. 1. tit. 27* §. vnd ſoll *p. 3. tit 12.* §. vnd ſo ſol. be *Dominicus Arumaus. Vol. 5. diſcurſ 2. f. 76. Matth Stephani l. 2. de iuriſd. p. 1. c. 3 num. 16.*

9. Hinc dicit † Harprecht: planè nos hodie maximè attendere
ſolemus & debemus, quid in Summo & Auguſtiſſimo Cameræ
Imperialis Tribunali Spiræ obſeruetur, *§. f. n. 9. inſtit. de ſatiſd. Vid. eund. ad princip. tit. quib mod. re contrah. n 220.* vbi ait: Cameralibus
præjudicijs in dubio tenaciter inhærendum, *confer. Rosbach. prax. ciuil. tit. de aduocat n 15.*
10. Et † meritò: quia Doctorum auctoritas,
vbi deficit lex, pro lege ſeruanda eſt, *Franciſcus Viuius commun. opin. lit D. §. Doctoratus n. 19. Beneckendorf de R. l. 2. memb. 4. p l 1. num 13.*
atqui in Camera imperiali aſſident viri grauiſſimi, doctiſſimi, pru-

dentiſſimi

dentiſſimi, & peritiſſimi, E. ſi ipſorum ſententiæ non valerent, in vim legis, valere ſaltem deberent in vim communis opinionis.

Præterea † deciſiones tales non minus valent, quam reſponſa prudentum, *Maſcard. Vol. 1. concluſ. 485 n. 13.* quæ tamen vim legis habere noſcuntur, *§. reſponſa prudentum. inſt. de I. N. G. & C.* Quæ † omnia inde confirmantur, quod deciſiones Rotæ, Capellæ, Gratianopolitanæ, Guidonis Papæ, Neopolitanæ, Matthæi de Afflictis pro lege fere receptæ ſint. *Vid. Vant. de nullit. ex defect. iuriſdict. iud. deleg. n. 20. Menoch. conſ. 53. n. 28.* atqui præjudicia, & deciſiones Cameræ imperialis non minorem vim habent. E. 11. 12.

Verùm † his non attentis liberè dico, quod ſentio. Ego Auguſtiſsimi tribunalis Cæſarei iudices & aſſeſſores ſemper laudari audiui, quod ſepoſito omni affectu, tàm in cauſis profanis, quàm etiam in cauſa religionis iudicent, non obſtante, quod ipſorum Collegium ex Catholicis & Acatholicis ſit congregatum, & præſertim etiam de eo, quod omnia in ſummo ſecreto ſeruent, ita vt conſtare vix poſsit, quis referentis munus in hac vel illa cauſa ſubierit, proinde † ipſis debitum honorem, reuerentiam, & auctoritatem relinquo, neque etiam propterea reprehendo, quod ipſi in cauſa cenſuum præciſè ſequantur id, quod de Iure putant præſcriptum. Nam † etſi ob rationes ſupra *argr. 1.* adductas, meritò inter maiores iudices referantur, qui ordinariè tantummodo iurant, ſe facturos, quod ijs viſum fuerit juſtius, & melius, *auth. hodie iurant. C. de iudicijs.* attamen tam † Iudex, quam Aſſeſſores Cameræ Imperialis iurant, quod ipſi velint iudicare ſecundum Ius commune, ſecundum leges & conſtitutiones Imperij Romani, & ſecundum legitimas atque laudabiles conſuetudines, & ſtatuta locorum, *ordinat. Cam. Imp. p. 1. c. 57. Ludolph. Schrad. in tract. de feud. p. 10. ſect. 11. n. 110. Andr. Gail. 1. obſ 36. n. 14.* Nihilominus † quicquid ſit, ego deciſiones Auguſtiſsimæ Cameræ Spirenſis, non puto præiudiciales eſſe, ita vt iudices inferiores eas præciſè in iudicando ſequi teneantur. 13. 14. 15. 16. 17.

Ad id me † mouet auctoritas Ioannis Fichardi *Vol. 2. conſil. Germanic. conſ. 59. n. 7.* Philippi Reyſeri *in repetit. auth. ex teſtamento C.* 18.

 de ſe-

de ſecund. nupt. f. 61. in fin. reſpo. ad arg. 3. (vbi tradit. quod ſupremorum tribunalium deciſiones non neceſſitatiuæ, ſed ad inſtar Dd. opinionum probabiles ſaltem ſint) Martini Beneckendorfij *in repetit. & explicat: rub. & L. 1 ff. de R. I. 2. memb. 4. part. lib. 1. n. 16. f. 73.* vbi in terminis dicit; ſententias definitiuas latas in Camera Imperiali vim legis non habere, neque illas pro decidendis cauſis allegari poſſe. vide etiam Paul. Chriſtianæum *Vol. 1. deciſ. Belgic. deciſ 63.* Bernhard. Græuen *in proœm. pract. concluſ concluſ. 2.* Rationes autem adducuntur tales.

19. Prima: ſententia † Iudicis inter partes litigantes tantùm Ius facit, *t. t. C. de re iudic. VVeſenb. n. 8. ff. eod. argt. l. ingenuũ 25. ff. de ſtatu hom.* non verò inter alios jus vniuerſale, *Reyſer loc. cit. §. eod. VVeſenb.*
20. *loc. cit.* (quia ſententia † ſtricti Iuris eſt, *argt. l. 1. C ſi plures vnâ ſententiâ. VVeſenb. d. n. 8.* talia autem quæ ſunt, ad alias perſonas, vel res, quæ non ſunt diſertis verbis comprehenſæ, extendi nequeunt,
21. *Gail. 1. obſ. 5. n. 9. VVeſenb. n. 9. & 10. ff. de pact.*) atqui † etiam Aſſeſſores Cameræ Spirenſis judicum ſolummodo vicem ſuſtinent, E. illorum ſententia non niſi inter litigantes Ius facit, vid. Maſcard.
22. *Vol. 1. concluſ. 485. n. 6.* vbi in ſimili dicit, deciſio † dominorum de Rota non conſtituit Ius, niſi quoad partes, inter quas iudicatur, & adducit Cardinalẽ Alexandrinum, qui fuit ipſe auditor Rotæ, hunc in modum loquentem, deciſiones noſtræ non ſunt Iura, ideò poſſunt reprobari.

23. Ratio ſecunda; quia † non eſt ſtandum auctoritati cuiuſcunque, niſi ſit talis, qui poſſit condere legem, *Maſcard. loc. cit. n. 6.* atqui iudices & aſſeſſores Camerales non poſſunt condere legem, neque de Iure, neque de facto, ſine conſenſu & mandato Principis, *poſt Boër in tr. mag. conſ. n. 178. & 179. Beneckendorff. loc. cit. E. &c.*

24. Ratio tertia: ſi † deciſiones Camerales haberẽt vim legis, tunc etiam moderni aſſeſſores tenerentur ſequi præiudicia ſuorum anteceſſorum. (iurant enim, quod velint iudicare ſecundum leges) atqui moderni nolunt præcisè ſequi deciſiones ſuorum prædeceſſorum, quemadmodum teſtatur Ioann: Fichard. *Vol. 2. conſil. Germa-*
25. *nic. 59. n. 8.* vbi † dicit, ſeipſum ab aliquot aſſeſſoribus Cameræ Spi-

renſis

renſis audiuiſſe, poſtquam obſeruationes Mynſingeri in publicum
prodijſſent, pluresq; aliæ Camerales deciſiones ipſi communicatæ
fuiſſent, ſe ad illas nolle eſſe adſtrictos, ſed in caſibus occurren-
tibus iudicare, quod iuſtum eſt. Sic etiam † teſtatur Reyſer *loc. cit.* 26.
quod Domini Camerales non conſtringantur ſententijs ante latis,
quin poſtea ab iiſdem in ſimilibus caſibus decidendis ſententiando
recedere poſſint. Quemadmodū † in ſimili de auditoribus Rotæ 27.
ſcribit Maſcard. *loc. cit. n.* 5. quod recentiores non debeant ſequi de-
ciſiones antiquorum, niſi quando in eis adducuntur Iura, vel ra-
tio vrgens de Iure. Et † audiui ego non ſemel, in Camera Spiren- 28.
ſi aduocatos & procuratores ſtatim mulctari, ſi præiudicium ali-
quod Camerale allegent, idque haud dubiè ea de cauſa, quod mo-
derni Domini Aſſeſſores, qui anteceſſoribus ſuis non minus docti,
iuſti & periti exiſtimandi ſunt, nolint alligari deciſionibus eorum.

Ratio † quarta: illi ipſi, qui deciſiones Cameræ Spirenſis ob- 29.
ſeruârunt, animaduerterunt, quod poſteriores ſæpe ab anteriori-
bus receſſerint. Vide Erneſt. Cothman: *conſ* 13 *n.* 129. *& ſeqq* vbi id
de obſeruationibus Gailij prodit, & liquet ex obſeruat 91 *n* 91. *l.* 2.
vbi Gailius † aſſeuerat, vtrinq; extare præiudicia, *Reyſer. loc. cit.* 30.
adde Fichard. *loc. cit.* vbi dicit, in caſibus conſimilibus ſæpenume-
ro in Camera imperiali contrarias ſententias prolatas eſſe, *cent.* 1.
obſ. 8. 70. *&* 79 *cent.* 2. *obſ.* 9. 18. *&* 59. *cent.* 3. *obſ.* 53. 83. *cum ſeq. cent.* 4.
obſ. 42. & pluribus alijs in locis. Subdit proinde Fichardus, talibus
deciſionibus non innitendū, quia laudabile reputatur opinionem in
melius à Dd. reformari, per *auth. de nupt. auth. Vt fratres fratrumque
filij. Reyſer. loc. cit.*

Ratio quinta: † non plus tribuendum eſt deciſionibus Came- 31.
ræ Spirenſis in terris imperij, & foro ciuili, quam deciſionibus Ro-
tæ Romanæ in foro Eccleſiaſtico: atqui deciſiones † Rotæ, licet 32.
ſint probabiles, tamen non ſunt neceſſariæ, nec ad deciſiones cau-
ſarum poſſunt adduci, (poſt Felin. & Dominic. Maſcard. *de probat.
Vol.* 1. *concluſ.* 485. *n.* 1. 2. *&* 5. vbi dicit, Rotam non eſſe ſequendam,
vbi liquido contra conſtat de rationibus Doctoris alicuius, item
n. 7. quod deciſionibus eius non maior fides ſit adhibenda, quam
deciſionibus Magiſtralibus.) Ergo nec deciſiones Camerales.

Ratio

33. Ratio † ſexta: non exemplis, ſed legibus judicandum, *L. nemo index C. de ſent. & interloc. ind.* vbi Imp. Iuſtinianus ait: nemo judex vel arbiter exiſtimet, neque conſultationes, quas non ritè judicatas eſſe putauerit, ſequendum, & multò magis ſententias eminentiſſimorum præfectorum, vel aliorum procerum, (non enim ſi quid nõ bene dirimatur, hoc & in aliorum judicum vitium extendi oportet) neque ſi agnitiones ſint ampliſſimæ præfecturæ, vel alicuius maximi magiſtratus prolatæ ſententiæ, ſed omnes judices noſtros veritatem & legum, & juſtitiæ ſequi veſtigia ſancimus, *adde L. 12. ſed licet ff. de off. præſid. L. 1. C. de Vet. Iur. enucl.* ita Beneckendorf. *loc. cit. num. 16.* Reyſer. *loc. cit.* vnde deducitur

34. Ratio † ſeptima: Camera Imperij ſuſtinet præfecturam prætorij Cæſareæ Maieſtatis, *VVeſenb. in parat. C. ſi aduerſ. rem. iud.* atqui ſententiæ ampliſſimæ præfecturæ, & eminentiſſimorum præfectorum, non faciunt præiudicium inferioribus judicibus. *d. L. nemo.* E. neque ſententiæ ampliſſimæ Cameræ, & ampliſſimorum Dnn. Aſſeſſorum.

35. Ratio † octaua: quia ante 20. annos, cum lites paſſim ratione æruginoſæ monetæ orirentur, & ſententiæ in Camera frequenter pronunciarentur, non tamen eas tantæ auctoritatis cenſuerunt inferiora tribunalia, vt eas tanquam authenticas & præjudiciales in judicando ſequerentur, ſed paſſim contrarias ſententias tulerunt, quemadmodum etiam inclyta facultas Iuridica Ingolſtadienſis plerumque contrarium reſpondit. E. etiam in præſenti negotio ſententiæ iſtæ non omninò pro oraculis habendæ.

36. Nono: quàm † periculoſum ſit præiudicijs inſiſtere, atque ſecundum ea præcisè iudicare, id benè cognouit immortalis & glorioſiſſimæ memoriæ Imperator Ferdinandus II. qui cum vidiſſet in hæreditario ſuo Bohemiæ regno paſſim iſta præiudicia à partibus litigantibus allegari, & à Iudicibus in cognoſcendo, tanquam Lesbiam regulam attendi, in noua ordinatione Bohemica anno 1627. publicata inter cætera D. 49. ſic ſanciuit, Ob wol vor diſem
37. auff die † Nalez, (wie ſie genandt worden) oder præiudicata geſchehen/ vnd faſt die Vrtheil darauff gericht worden: jedoch weil ſolches ſehr gefährlich vnd dardurch groſſe Vngerechtigkeit begangen wer-

den

den können / auch dergleichen præiudicia offters einander ſelbſt zuwider / zu dem ihrer ſehr wenig bekandt ſein. Als haben wir gnädigiſt anbefohlen / daß vnſere Landt Officier, vnnd Landtrechts Beyſitzer / wie auch andere / ſo derſelben præiudicaten, oder Nalez am beſten erfahren / die zweiffelhaffte Fäll / ſo bißhero durch die Nalez haben entſchiden werden müſſen / vnd ſo in diſer vnſerer Landtsordnung ſich nicht befinden / zuſamen tragen / dieſelbe in ordnung bringen / vnnd nachmals neben ihrem gutachten / bey einem jeden fahl oder zweyffelhafftigen Rechtsfrag vns ſolches zu vnſerer deciſion einantworten ſollen.

Decimò: Confirmatur † inde, quia Doctores & Profeſſores 38.
facultatis Iuridicæ in vniuerſitatibus Germaniæ, vel Scabinij non
minori labore examinant acta ipſis pro deciſione tranſmiſſa, &
reſponſa, ſiue conſilia ſua, non minori diligentia reddunt: & tamen
ſucceſſores non volunt ligari, vel adſtringi ad ſententiam, & opinionem anteceſſorum ſuorum, quia putant ſe æquè judicio valere, & juris peritiam habere.

Ad argumentum † in contrarium allatum Reſpondet Bene- 39.
ckendorffius *loc. ſup. cit. f. 73.* tametſi dicatur, ſententiam definitinam Imperatoris habere vim legis §. *quod Principi. & ibi gl. V. decrevit. inſt. de I. N. G. & C.* tamen † deciſiones, ſiue fuerint Rotæ, ſiue 40.
judicij imperialis, quas ſententias vocamus, non eſſe authenticas,
neque vim legis habere, quia auditores Rotæ, & Aſſeſſores Cameræ, non plus habent, quam Pontifex & Imperator ipſis conceſſerit: atqui non facultatem legis condendæ, ſed poteſtatem tantùm judicandi conceſſerunt. Ergo. Deinde † Camera tantùm quoad 41.
juriſdictionem contentioſam Imp. repræſentat. Ergo non indifferenter quoad voluntariam, multò minus quoad legislationem.

Ad authoritatem † Harprechtij reſpondetur ex ipſo Harprech- 42.
to *ad princip. tit. de obligat. quæ ex delict. n. 14.* tantum Doctoribus
credendum, quantum probant, nec dicta eorum obligant judicem,
niſi quatenus legibus ſunt conſentanea, aut vſu recepta. Quod
† de auctoritate Doctorum dictum eſt, illa non neceſſitat ad deci- 43.
ſionem cauſarum, ſed tantùm aliquam præſumptionem facit, quatenus bona ratione mouentur, *gl. ad L. 1. C. de LL.* & Doctorum pro-

nunciata non ſunt neceſſaria, ſed tantùm probabilia, *Schneid. §. quæ in proœm. inſt.* vide ad longum Beneckendorf, *2. m. 4. p l. 1. f. 62. &*
44. *ſeqq. n. 2. & ſeqq. f. 76.* Quod reſponſa † prudentum vim legis olim habuerint, id ea de cauſa factum, quia maieſtas imperialis hoc eis permiſit, *L. f. inf. C. de LL. VVeſenb. n. f. C. de Vet. iur. enucl.* nam à Cæſare jus reſpondendi ipſis datum, atque ea auctoritas tributa fuit, vt judici recedere à reſponſis eorum non liceret, §. *reſponſa* 8. *V. quibus inſt. de I. N. G. & C.* quod adhuc non legitur Dominis Cameralibus conceſſum, ſed vniuerſis Iuriſconſultis à Iuſtiniano Imp. iterum ademptum, *Mynſ. ad §. reſponſa* 8. *n. f. inſt. d. T.*

45. Ad Confirmationem † Reſpondet Matth Weſenb. §. *reſponſa* 9. *n. 6. inf. inſt. de I. N. G. & C.* quod hoc ſit accipiendum in ſuo territorio, non extra, *Vid. Afflict. deciſ.* 169. *n.* 9. *Guid. Pap. deciſ.* 50. *inf.*
46. Imò in terminis docet † Nicolaus Euerhard. *in locis legal. loc.* 95. *ab auctoritate n.* 10. quod argumentum ab auctoritate deciſionum Rotæ, Capellæ, vel Delphinatûs ſolum ſit probabile, quia tales deciſiones non habent vim legis, *Vbi allegat Philip. Franc. de reſcript. l. 6. Iaſ. in L. 1. ff. ſi cert. pet.* adde Maſcard. *Vol. 1. concluſ.* 485. *n.* 13. *& ſeqq.*
47. vbi † extra curiam non maiorem ipſis auctoritatem tribuit, quam reſponſis prudentum, & addit *num.* 9. quandoque Rotam rotare, & capellam Thóloſanam dici Capellam, non autem Eccleſiam, quia capella poteſt errare, Eccleſia autem nequaquam. Idem dicendum putat *num.* 14. de deciſionibus regni Neapolitani, & curiæ Delphinatus, & Pedemonti. Manet itaque verum, quod deciſiones Camerales in vim legis allegari non poſſunt, neque neceſſariò in inferioribus tribunalibus ſequendæ ſint.

QVÆ-

QVÆSTIO X.

Quæ ſint partes iudicis in hiſce cauſis cenſualibus hoc calamitoſo tempore definiendis?

CVm † dixerim ſupra *q. 1. 2. & 5.* ex mea mente cenſus, inſpecto 1.
juris rigore, etiam tunc deberi, quando prædia cenſui ſubiecta,
nullos fructus tulerunt, æquitate autem attentâ remittendos eſſe,
ideo quæſtio præſens in eo potiſſimùm vertitur: an judex † rigo- 2.
rem in judicando ſequi, an verò æquitatem potius attendere poſ-
ſit, & debeat. Et quamuis ſupra *quæſt. 5.* multa in genere dixerim,
quomodo ſe judex debeat in æquitate rigori præferenda, vel con-
ferenda habere: nihilominus pro maiori informatione aliquorum
lubet nunc ad ſpeciem deſcendere, paucisque oſtendere, quomodo
in his ipſis cauſis & controuerſijs cenſualibus ſe debeat gerere.

Et quoniam † remiſſio cenſuum in effectu aliud nihil eſt, quam 3.
reductio contractus cenſualis ad æqualitatem, videri poſſet, quod
quilibet judex imminutionem cenſuum ſuâ ſententiâ poſſet efficere, per text. notab. qui hanc reducendi contractus facultatem ju-
dicibus concedit, *in L. cum quidam in princ. ff. de Vſuris.* vbi Diuus
Marcus Fortunato ita reſcripſit: Præſidem † prouinciæ adi: qui 4.
ſtipulationem, de cuius iniquitate quæſtus eſt, ad modum juſtæ ex-
actionis rediget, *& ibi,* ſic temperanda res eſt, vt in futurum dun-
taxat ex die ceſſationis creſcant vſuræ. Et per eum text. in quodam
contractu coloniæ perpetuæ, qui tractu temporis effectus erat iniu-
ſtus, & iniquus, ita judicauit Senatus Pedemontan. *teſte Theſauro de-
ciſ. 220.* idem Theſaurus *deciſ. 120.* vbi † dicit, hanc eſſe ſingularem 5.
& mirabilem facultatem datam judicibus, vt poſſint hoc caſu eti-
am contra paciſcentium ſtipulationem, & conuentionem pro-
nunciare, & contractum ad æquitatem reducere, ita in terminis
Gaſpar Roderic. *de annuis reditibus L. 2. q. 15. n. 95.* qui *lib. 1. q. 6. n. 41.*
hanc ſuam doctrinam † vlterius extendit, & ampliat, moderatio- 6.
nem iſtam, prout caſus exegerit, fieri poſſe non ſolùm à ſummis
tribunalibus, ſed etiam à quibuſcunque inferioribus judicibus,

 quo-

quoniam huiuſmodi æquitas non eſt ſingularis (vt certi caſus diſpenſatio, ex cauſis tunc occurrentibus, contra jus ſcriptum, vel communiter receptum, quæ meritò ſummis tribunalibus reſeruatur) ſed communis in huiuſmodi negotijs æquè currens: neque eſt contra leges, & conſtitutiones, ſed magis illis conformatur: nec in particulari, ſed in communi juſtitiâ fundatur; vndè meritò ſpectat ad officium cuiuſuis aliàs competentis judicis. Idem ibidem *n.* 42.
7. pergit, † & dicit, quod poſſit fieri prædicta moderatio etiam à judice Eccleſiaſtico, ſi fortè coram eo agatur contra Clericum ad ſolutionem præteritarum penſionum reditus pecuniâ conſtituti: ſi enim appareat de nimio, vel immodico exceſſu, ſecundum prædicta poterit abſoluere reum in totum à petitis, vel in moderatam quantitatem condemnare.

8. In contrarium † verò, quod non ſit penes judicem eiuſmodi remiſſionem, ſiue moderationem facere, videtur colligi Primò: ex ſcriptis Ludouici Molinæ, *tom.* 2. *tract.* 2. *de contract. diſput.* 454. *n.* 4. *in fine.* vbi ait: ſe vidiſſe in Eccleſiaſticis tribunalibus practicari, quando res emphyteutica redditur notabiliter infructuoſa arenis maris, aut flumine (quod non rarò in Luſitania eueniat) diminutionem fieri penſionis, bonorum virorum arbitrio. Et quamuis æquum ſit, vt proprietarius in eam imminutionem penſionis conſentiat, ſe tamen non videre, quomodo ſtando in natura contractus, & diſpoſitione juris ad id teneatur, aut quomodo judices proprietario inuito poſſint illam efficere. Si ergo hoc † in remittendo, vel
9. imminuendo canone emphyteutico fieri nequit, quomodo poſſit fieri in cenſu, cum in illo maior habeatur ratio fructuum, quam in iſto caſu?

10. Secundò † Ariſtoteles *lib* 1. *Rhetoric. c.* 13. hanc differentiam inter judicem & arbitratorem conſtituit, quod judex legem ſcriptam ſequi debeat, arbitrator verò æquitatem, quod Dd. ita explicant, vt judex adſtrictus ſit ad leges, ſecundum quas judicare teneatur, arbitrator verò nullis prorſus legibus ſit adſtrictus, nec teneatur juxta legem præſcriptam arbitrari, ſed ſolum in arbitrando id ſequi, quod bonum & æquum eſt, quamuis nulla in lege fundatum,

Harp.

Harp ad §. fine ſcripto. 9. n. 67. inſt. d. I. N. G. & C. vbi addit: quod
judex leges, vbi opus eſt, temperare & mollire poſſit.

Tertiò † communiter tradunt Theologi, etiamſi leges ſcriptæ 11.
contineant jus poſitiuum, ordinariè ſecundum eas judicandum,
præſertim inferiori judici, poſt D. Thom. & alios Leſſius *l. 2. c. 29.*
dub. 5. n. 46. 12.

Ego † in hac varietate opinionum diſcrimen faciendum eſſe exi-
ſtimo inter magiſtratus ſuperiores, qui facultatem ſtatuta con- 13.
dendi habent, & inferiores, ſiue municipales: item † inter judices
maiores, qui jurant ſe facturos, quod eis viſum fuerit juſtius, & me-
lius, *auth. hodie iurant C. de iudiciis* & inter minores, qui jurant,
quod ipſi velint judicare ſecundum præſcriptum juris, *vide Schra-* 14.
derum in tract. feudal. p. 10. ſect. 11. n. 110. vt † videlicet illi poſſint
ſecundum æquitatem: hi verò ſecundum leges & conſtitutiones
debeant judicare. Ratio: ne fines & terminos ſui officij & pote-
ſtatis excedant. Nihilominus † quia judices inferiores ſubinde ra- 15.
tionabiliter dubitare poſſunt (præſertim communi omnium ho-
minũ judicio & opinione diſcrepante) an leges prout ſcriptæ ſunt,
ſecundum corticem verborum ſequendæ, an verò non potius aliquâ
ἐπιεικείᾳ temperandæ, ideo ego ſaluâ aliorum ſententiâ.

Exiſtimo † Primò, in hiſce cenſualibus controuerſijs judicem 16.
ante omnia conari deberi, vt partes litigantes ad concordiam, &
amicabilem compoſitionem diſponat. Sic † Philippus II. in edicto 17.
ſuo ſupra ſæpius laudato expreſsè inter cætera prouidit, vt debito-
ribus, damna, & poſſeſſionum vaſtationes veriſimiles allegantibus,
commiſſarij darentur, qui partes remiſſione aliquâ, aut dilatione
debiti redderent concordes. Idem † conſilium in multis alijs 18.
controuerſijs ex belli calamitate oriundis placuiſſe video Domino
Zorero *q. 8. n. 600.* vbi *n. 606.* Rationem reddit: quod in caſu am-
bigui & controuerſi juris, aliáue conſimili ex cauſa partes ad pacem
vel compoſitionem ineundam cogi poſſint, *Beſold. p. 3. conſ. 69.*
num. 45. & ſeq. id ipſum † in ſimili tenet dictus Dn. Zorerus *num* 513. 19.
vbi talem Rationem aſſignat; quia hoc modo ſumptuoſi proceſſus,
& lites præcauentur, *arg. cap. 1. extr. de mut. pet. c. quarelam extra de*

20. *ſim. c. ſi primates* 5. *q.* 2. officio † enim judicis incumbit tollere fo-
menta litium, *poſt Hiller in informat. iur. monet. n.* 42. *id. ibid.* con-
cordare diſcordes, & pacificare, vel ratione, vel poteſtate, *argt. c.*
diſcordantes. 1. *diſt.* 90. etiam antequam ad judicium veniant, ſi po-
teſt, *d. c. ſi primates* 4. *cauſ.* 5. *q.* 2. ſtudendum eſt enim, vt diſſiden-
tes ad pacem magis, quam ad judicium cohortentur, *c. ſtudendum.* 7.
diſt. 90. *c. ſi quis membrorum* 33. *cauſ.* 24. *q.* 3. neque hoc graue, vel
21. difficile partibus: quia † Chriſtianus ad componendum vel tranſi-
gendum debet eſſe pronior, quam ad contendendum, *diſt.* 90. *per*
22. *tot.* Sic etiam † in cauſis æruginoſæ monetæ, & controuerſijs inde
æquè frequenter, atque modò ex cenſibus oriundis, R. P. Layman
lib. 3. *de iuſt. tract.* 3 *p.* 1. *c.* 5. *n.* 30. cum videret, æquitatis ratione con-
ſideratâ, cauſam creditoris eſſe valde probabilem, ſuaſit, vt proin-
de, ſi fieri poſſit, partes ad amicabilem compoſitionem adducendæ
ſint, atque perſuadendum debitori, vt conſideratâ hinc quadam
commoditate ſua, quam ex iſto mutuo percepit; illinc verò in-
commoditate creditoris, quam paſſurus eſt, niſi compenſatio ali-
23. qua fiat, ob pacis † & concordiæ bonum, quod omnibus pecunijs
præferri debet, aliquid de juris ſui rigore, remittere velit. Quem-
admodum itaque in alijs, ita quoque in his cauſis judex operam da-
re debet, vt ſi fieri poſſit, partes ad concordiam reuocentur, ſicuti
colligitur ex *c.* 3. *de mut. pet.* cum ad officium eius pertineat lites di-
minuere, *L. quedam ff. de reb. cred.* Laynman. *l.* 3. *de iuſt. tract.* 6. *c.* 9.
24. *num.* 2. Si † autem judex inferior nihil apud partes proficeret, &
creditor nihil remittere, debitor nihil ſoluere vellet, tunc

25. Secundò iudex † in hoc dubio Iuris ad Principem ſuum (vel
magiſtratum ſuperiorem, qui Principis locum tenet) recurrere, &
quid in iudicando ſeruari velit, exquirere debet, *per text. in l. f.* §.
26. 1. *per tot. C. d. LL. L.* 9. *C. eod. L.* 1. *& t. t. C. de relat.* Nam † quia Iuriſpe-
ritos ſemper circa latus ſuum habet, vel habere ſaltem debet, *L.* 19.
27. *l. Iuriſperitos.* 30. *ff. de excuſ. tut.* ideò omnia Iura † in ſcrinio pecto-
ris ſui habere dicitur. *L. omnium,* 19. *C. de teſtam.* monui proinde in
patrocinio debitorum *decad* 4. *q.* 3. *n.* 13. vt omnes judices & præfe-
cti ſæpius id agant, cauſasq; dubias ad Principem ſuum referant,

(tales,

& tales enim † conſultationes & relationes libenter Principes ad- 28.
mittunt *l. 2. C. de offic. Vicar. adde VVeſenb. n. 4. ff. de appellat. & relat.*
Simile † conſiliũ præbuit Ioan. Fichard. *Vol. 1. conſil. 65. n. 4. §. qua-* 29.
propter Centgrauijs & Scábinis alicuius loci, vt negotium iſtud, de
quo lis erat, ad clementiſſimum Principem ſuum, & Electorem
Moguntinenſem referrent, eiuſq; reſcriptum peterent, ne ſcilicet
propria authoritate conſuetudinē nouam introducere videantur,
quæ Reu:mæ Celſitudini illius (præcipuè ſi deinceps in ſimilibus
caſibus fortè obſeruaretur) non eſſet placitura. Vide Leſſium † 30.
L. 2. c. 29. dub. 5. num. 47. §. ſecundo, vbi dicit: ſi ſuperior facilè
conſuli poſſit, conſulendum eſſe, quia lex infringi non debet, ne
quidem quoad verba, niſi conſtet, aliam eſſe mentē legiſlatoris. &
tradit Farinac: † *de indic. & tortura. q. 37. n. 48.* quod etiam tunc, 31.
quando judici licet Iura transgredi, illud ſic intelligendum ſit, vt
procedat Principe conſulto & requiſito.

Quid ſi † autem Princeps ita conſultus non ſtatim reſcribat, 32.
(nam grauioribus curis diſtrictus, non poteſt ſemper ad priuatas
cauſas attendere, & de Iure cuilibet reſpondere, vide quæ ſcripſi
in patrocin. debit. decad. 3. q. 2. n. 11.) quid tunc debet iudex facere?
Ad hoc reſpondet † Dominus Guilielmus. Anton. de Freudenberg 33.
de reſtript. morat. concluſ. 16. n. 42. his formalibus verbis: Quod ſi ve-
rò contingat Principes ad has & alias preces noſtras legitimas non
ſtatim reſcribere, (Wie dann der Fürſten brauch / Brieff vnd an-
dere Supplicationes; ſo jhnen täglich vberreicht werden / gering zu-
ſchätzen / vnd vngeleſen auff den expedirbanck zuwerffen / ein ſehr
böſer brauch iſt / referente & exemplificante Ioh. Werner. Gebhardo
lib. 1. Fürſtlicher Tiſchreden / *c. 30.* non tamen quam protinus eſt de-
ſperandum de gratiæ iuſtitiæq; conſecutione, ſed ſæpius tunc, &
nonnunquam etiam, ſi res ſuadeat, aliquantò importunius (tem-
peramento tamen modeſtiæ, ſobrietatis & curialitatis non omni-
nò poſthabito,) inſtare debemus, ad exemplum † duarum illarum 34.
viduarum, de quarum altera memoriæ proditum eſt; quod Phi-
lippo Macedonum Regi interpellato, & propter negotium, quod
impenſius habebat, rem differenti: Ergo ne Rex eſſe vis? reſpon-
derit:

derit: Altera verò Hadriano multa de illatis ſibi iniurijs conquerens, & tandem redire juſſa regeſſerit: Imperator, & ſi tu reuerſus non fueris, ad quem ego confugiam: Imperare ergò noli? ad quarum anicularum voces rauas non modò ſubſtitiſſe Impp: verũ etiam illarum votis extemplò reſpondiſſe, Hiſtorici paſſim narrant.

35 Nimirum † cum his mulierculis exiſtimare debet quilibet, quemadmodum vnicus ictus nihil momenti adferre videtur ad deijciendam molẽ querni roboris, verùm ea crebris ictibus facilè proſternitur, vt vulgò dicitur: ita etiam de Principibus ob negotiorũ plauſtra, aliáſue cauſas auxilium protendentibus non aliter confidendum eſſe, quam quod apud eos primis petitionibus noſtris multùm ponderis addat iteratio, hactenus Freudenb.

36. Quid † ſi autem Princeps bis vel ter requiſitus omninò nihil reſcribat? (& quidem ſubinde juſtâ de causâ, quando ipſe debi-

37. tor multorum cenſuum eſt. Nam † ſi creditori adiudicare iubeat cenſus, ſuâ ſe ſententiâ condemnabit: ſi reſcribat remittendos eſſe, ſiniſtram fortaſſis ſuſpicionem apud alios pariet, quaſi ſui ipſius commodi causâ, & ad ſeipſum à ſolutione cenſuum releuandum

38. tale reſcriptum emiſerit.) Quid ergò tunc fiet? certè judex † cuius officium partes implorant, cunctari diutius non debet, alioquin fieri poſſet, vt ſi in proferenda ſententia negligens eſſet, parti læſæ compenſare damnum teneretur, per tradita Laynmanni *lib. 3. de Iuſt.*

39. *tract. 2. c. 5. n. 7. §. ſecundo* Itaq; in eo † caſu vel ad praxin communem (iuxta ea, quæ ſequenti quæſtione dicentur) reſpiciendum, vel ſi quid definiendum, ex mente Domini Zoeri *q. 1. n. 174.* (ſi e-

40. um bene intelligo) arbitrio † diſcreti iudicis committendum erit, ea, quid & quantum debeat remitti, qui omnes circumſtantias benè conſiderabit, & ſingulariter attendet, vt æquitatem Iuri conformem inter creditorem & debitorem obſeruet, eam non tranſgrediatur, & per ſuam ſententiam, neque plus, neque minus adiudicet: ordinariè enim bellum, & quod ob id bonis cenſiticis frui non licuit, nullam remiſſionem à debiti præſtatione & ſolutione tribuit.

41. Id *ibid. n* 177. addit, damnum † allegatum & illatum non debere eſſe modicum, ſed magnum, inſupportabile, ita vt notoria impoſ-

ſibilitas.

ſibilitas adſit, alioquin enim paupertas, nec obligationem, nec actionis exercitium impedit. Idem † *quæſt. 8. n. 607.* in ſimili ferè 42.
ſcribit, quod iudex perſonam actoris & rei, illorum facultates, qualitatem & conditionem, vtrum nempe hic ſoluere, actor verò cōmodè exſpectare, & aliunde ſuſtentationem ſuam habere poſſit, nec ne: vtrum bona & prædia cenſualia, ante belli calamitatem paucos, vel magnos, aut multos fructus attulerint: vtrum valde ſint deuaſtata, vtrum præteritis annis, omninò nulli fructus, vel qui, & quanti fuerint percepti: vtrum infortunio belli, ſiue potius culpâ debitoris deteriorata fuerint, vtrum de facili, vel difficulter iterum ad frugem reduci: an & quid reus ſine extremo ſuo damno & periculo, vel ſtatim, vel ſucceſſiuè, in terminis ipſi præfigendis facere; & ſoluere poſſit, & ſi quæ ſint aliæ tales circumſtantiæ conſiderandæ & ponderandæ, & *n. 609.* ſubijcit, † quod 43.
juxta præfatas & ſimiles circumſtantias ex bono & æquo tales termini ſolutionis ſint conſtituendi, qui vni & alteri parti tolerabiles & proficui ſint, nemoque eorum ſe grauatum dicere queat. Neque enim † certum aliquid determinari poſſe, quod in omnibus ca- 44.
ſibus emergentibus obſeruari debeat, eò quod illa, quæ facti magis, quàm juris ſunt, ad certas cōmentitias regulas non ſint adſtringenda. Vnū quandoq; debitorem, † ſi congrua dilatio ipſi concedatur, 45.
non modò ceſſos, ſed etiam futuros, ſine ſingulari damno, dummodo velit, ſoluere poſſe, (eumque ad hoc cogi debere) alium id præſtare non valere, ſed pro ratione patrimonij, non modò certos ſolutionis terminos concedendos, verum etiam, ſi aliter fieri non poſſit, de reſiduo capitali aliquid remittendum, ſiquidem rei domeſticæ diutius præeſſe, bona conſeruare, ad frugem reducere, onera & grauamina præſtare, neque omninò deſerere, & ad ſaccum redigi velit. Ita † in ſimili Dominus Zorer, *num. 609. & 610.* vbi *611.* 46.
addit, hæc omnia arbitrio diſcreti judicis committi debere, cum in facto conſiſtant, quo variante ipſum jus variari, atque immutari neceſſe ſit.

Ego † inprimis attendendum exiſtimo, quas exceptiones reus 47.
attulerit, vtrum dilatorias tantùm, an verò peremptorias, hoc eſt,

verum à creditore connentus petierit ſibi tantùm dilationem concedi, an verò ſe propter calamitates belli prorſus à præſtatione cenſuum abſolui, & liberari. In primo † caſu ſentio omninò, cir-
48. cumſtantias paulò ante allatas, & quas in decad. 3. patrocinij mei examinaui, probè attendendas, & prout judex deprehenderit, reum depauperatum & calamitate belli afflictum, vel malè affectũ fuiſſe, dilationem magnam vel paruam concedendam, certoſque ſolutionis terminos aſſignandos eſſe, nullâ prorſus liberationis vel remiſſionis mentione factâ. Ratio: quia † cum reus nullam ex-
49. ceptionem peremptoriam oppoſuerit, judex eum non ſupplebit, per tradita Weſenb. *n. 4. ff. de pact. n. 8. ff. de compenſat. n. 9. in f. ff. de except. n. 8. C. eod.* imò † fatuus eſſet judex, qui aliud judicaret, quã
50. quod petitum eſt, *L. f. ibi, Vnde ſi talis C. de fideicom. libert. argt. L. Vt fundus* 18. *ff. commun. diuid.*

51. Quid ſi autem † debitor cenſitus petat ſub alternatione, ſe propter ærumnas belli à præſtatione cenſuum abſolui, vel ſi id de jure obtinere nequeat, dilationem ſibi eouſque ſaltem concedi, donec ad meliorem fortunam reuertatur?

52. Hoc in caſu † nonnemo exiſtimauit, ſi judici juſta videatur petio quoad dilationem, dubia autem quoad remiſſionem, & ſpes aliqua ſubſit, quod reſcriptum adhuc à principe impetrari, vel ſtatutum aut edictum expectari poſſit, ipſum non malè facturum, ſi ſuper dilatione pronunciet, remiſſionis autem nullam in ſententia mentionem faciat.

53. Sed † nunquid hoc ipſo, ſi dilatio tribuitur, termino elapſo tacitè ſolutio iniuncta cenſetur? Ad hoc reſpondit is ipſe, quod
54. ſolutio, quæ per ſententiam differtur, † non quidem auferatur, *gl. in §. libertas 2. inſt. de ſing. reb. per fideicom. relict.* interim tamen non
55. hoc ipſo ſtatim conferatur, vel adiudicetur. Sicuti † in ſimili, qui tacet, non vtique fatetur, ſed verum eſt tamen, eum non negare, *L. qui tacet,* 142. *de R. I. c. is qui tacet,* 44. *eod. in 6. c. 2. §. Verum ſi. de*
56. *confeſſ. in 6.* Nihilominus † ad hoc dubium euitandum putabat, judicem poſſe ſuam ſententiam verbis ita temperare, vt exinde ap-
57. pareat, ſe reum ad ſolutionem minimè condemnare, † dicendo v. g. in cauſa N. actoris ex vna, contra N. reum conuentum ex altera parte,

parte, in puncto cenſuum pronunciamus, reum propter rationes in actis allegatas hoc tempore ad ſolutionem adſtringi non poſſe: in eum autem euentum, quo ad meliorem fortunam peruenerit, actori jus ſuum integrum ſeruamus. Cui † cum obijcerem, ex 58.
L. terminato 3. C. de fruct. & lit. expenſ. quod nefas ſit, poſt abſolutum dimiſſumque judicium litem alteram conſurgere ex litis primæ materia; & † quod aliàs, cum debetur aliquid annuum, nihilominus creditori permittatur in eum finem promiſſorem in judicio 59.
conuenire, non quidem ad actualem ſequentium annorum & penſionum ſolutionem, ſed ad id, vt judex declaret hunc debitorem, qui annuum quid promiſit, ex hac promiſſione obſtrictum, ſiue obligatum eſſe, ſuâ die ſoluere, prout ex Schradero notaui *in tractat. Ratisreg. de contract. §. at ſi ita 3. n. 3. inſt. de V. O.* Reſpondit † 60.
ille mihi: ratione incertitudinus, & dubij euentus aliqua licita eſſe, quæ aliàs illicita forent, *argt. L. ſi ea lege 17. C. de Vſur. L. 23. ff. eod. c. in ciuitate. 6. ext. eod.* vide regulam & exempla apud Sichard. *L. 12. n 3. C de inoff. teſtam. L 1. C de pact. Gail. 2. obſ. 8* Mynſ. *reſponſ. 49. n. 8. adde L. de fideicommiſſo. 11. C. de tranſact. L. 1. C. de pact.*

Quid ſi autem † partes præcisè ſuper remiſſione & liberatione 61.
litigent, & actor inſtanter petat, ſibi jus & juſtitiam adminiſtrari? poteſt ne judex ex æquitate cenſus per ſententiam debitori remittere? ad hoc videtur poſſe peti † reſponſum ex ijs, quæ venerabi- 62.
lis collega meus R. P. Layman. *p m. l. 3. tract 3. p. 1. cap. 5. num. 35.* ſuper controuerſijs monetalibus conſultus in hæc verba ſcripſit: Veruntamen hoc judicibus ſupremo Principe inferioribus nequaquam permiſſum eſt, vt poſthabita contractuum natura, & conditionibus; poſthabito etiam legum ac juſtitiæ præſcripio, ſecundum æquum & bonum, prout ipſis videtur, ſententiam ferre poſſint, quare Conſtant: Imperator *in l. 1. C. de legibus* ait; Inter æquitatem, eiuſque interpoſitam interpretationem nobis ſolis & oportet, & licet inſpicere. Vbi rubrica: judex non debet recedere à jure ſcripto propter æquitatem non ſcriptam, niſi auctoritate Principis, ad quem hoc pertinet, ſcilicet limitare jus ſcriptum. Ratio † eſt manifeſta: quia judex in judicando non poteſt excede- 63.
re limites poteſtatis ſuæ: At verò Princeps judicibus ſuis committit

 pote-

poteſtatem ſecundum leges tum naturales, & omnibus gentibus communes, tum proprias regni judicare: cum lex ſit norma & re-
64. gula, ſecundum quam judex judicare debet. Alioquin † jacebunt leges tanta ſapientiâ & auctoritate conſtitutæ, tantâ temporum diuturnitate ac vſu comprobatæ; præſertim Cæſareæ, quæ propter æquitatem & juſtitiam, ab alijs etiam, Romano Imperio non ſubditis regnis, in honore & exiſtimatione ſunt, & pleræque in Eccle-
65. ſiaſtico foro receptæ: Ipſique † adeò Iureconſulti, qui ætatem optimam in legum Cæſarearum ſtudio, magnis expenſis, inſumpſerunt, huius ſui laboris, atque ſcientiæ juſtam retributionem non conſequerentur, ſi inſpectis extrinſecis cauſarum circumſtantijs, ex æquo & bono, ſicuti judici videtur, liceat judicare. Id enim quiuis alius, in legum ſtudio non exercitatus, modò ingenij acumine, & naturali prudentia polleat, æquè præſtare poterit.

66. Ego † in propoſito eodem prorſus modò reſponderem, ſi canonem vel legem ſcirem, quæ expreſſè definiret, quod cenſus etiam tunc ſoluendi eſſent, quando propter aliquod infortunium nulli fructus aliquot annorum decurſu percipi poſſint. Sed quia con-
67. cluſio † quarta & quinta, quam ſupra *p. 3. q. 12. n. 69. & ſeqq.* feci, non verbis legis, ſed Doctorum tantùm auctoritatibus, & rationibus nituntur, & æquè rationes & auctoritates in contrarium repe-
68. riuntur. *Vid. ibid. n. 5. 6. & ſeqq.* inſuper verba † Calixti Pontificis, *in extrauag. de empt. & vendit.* ibi: *deſolationis opprobrium*, & verba Pij V in bulla *anno* 1568. *edita*, ibi: infructuoſa in totum, vel pro parte effectâ, volumus ad ratam perire, &c. varios ſenſus & intellectus
69. patiuntur; præterea † adhuc inter Doctores lis & controuerſia eſt, an dicta bulla in id ſolum, quantum eſt juris noui inductiua (vt videlicet cenſus tantùm realis, ſuper bonis frugiferis conſtitutus, valeat) non ſit recepta, an verò etiam in quantum juris antiqui declaratiua (v. g. ſi cenſu merè reali conſtituto contingat prædium cenſuale perimi, aut infructuoſum effici, vt etiam cenſus hoc ipſo
70. perimatur) ideo † quia altera opinio, quam ego reliqui, non omni probabilitate caret, nolo judicem præcisè ad meam opinionem adſtringere, ſed quia ſæpe dixi, me alijs ſuum judicium relinquere malle, quam ipſum eſt judicare,

Re-

Reſolutiuè dico: ſi † controuerſia ſit ratione cenſus merè per- 71.
ſonalis, vel mixti, hoc eſt, perſonalis & realis ſimul, in, ex vel ſu-
per prædio aliquo venditi; vel perſonalis, & hypothecâ tantùm
ſubnixi, id eſt, ſi prædium pignoris loco pro maiori tantùm aſſecu-
ratione ſit aſſignatum, in his tribus caſibus iudicem poſſe ſecurè
reum, non obſtante, quod propter belli infortunium bonis ſuis frui
non potuit, ad ſoluendos cenſus condemnare, ſtatim & in conti-
nenti præſtandos, ſi ſaluâ congruâ ſuâ ſuſtentatione præſtare poſ-
ſit, vel ſi belli calamitate depauperatus, pro hic & nunc nihil face-
re poſſit, in id ſaltem tempus differendos, cum facere aliquid pote-
rit. Ratio quia † in his caſibus reus non liberatur per totalem in- 72.
teritum rei, E. multo minus propter interitum vel defectum fru-
ctuum. Et quamuis † ſupra q. 5. multæ rationes fuerint aſſigna- 73.
tæ, ob quas remiſſio cenſuum debitori facienda ſit: tamen iudex
inferior (de eo enim loquor, ſuperioribus nihil præſcribo) intre-
pidè rigorem communiter à Doctoribus approbatum, & quoad hanc
partem juri ſcripto vtcunque conformem ſine omni ſcrupulo ſe-
quatur: quia † ipſe Iuris miniſter eſt, & à iuſtitiæ legumque veſti- 74.
gijs recedere non poteſt, *L. nemo. 13. C. de ſentent. & interlocut. c. in-
dicet. 3. q. 7.* ſi autem ſcrupulum habet, eum in ſuperiorem ſuum,
qui ſæpius requiſitus rigorem mitigare omiſit, reijciat.

Si verò † controuerſia oriatur ratione cenſus merè realis, tunc 75.
Iudex, ſi quidē Iuris peritus eſt, ea quæ à me ſup: *p. 1. q. 11. & 12.* item
totâ hac parte ſecundâ ad longum tradita, & examinata fuerunt,
& quæ ipſi ad huc occurrere poſſunt, diligenter ſecum, omni affe-
ctu ſepoſito, examinet, & inuocatâ deſuper Sancti ſpiritus gratiâ
ſecundum id, quod ipſi probabilius videbitur, iudicet, non pro ami-
co, non pro mero animi affectu, ſed cum iudicio, conſtanter, pro
iuſtitiæ amore, per ea, quæ notat R: P. Laymann *lib. 3. tract: 1. cap.
5. 4. 3. n. 16* Ita enim, meâ † quidem ſententiâ, non modò in foro 76.
externo ab omni Syndicatus pœna, atque ab omni periculo, quod
litem ſuam facturus ſit, excuſatus, ſed etiam in conſcientia tutus
erit, pertradita R. P. Laynmanni: *lib. 3. de Iuſt. tract. 2. c. 2. n. 11.* vbi
in terminis † ita ſcribit: ſi Iudex, alioquin non imperitus, ſed ad 77.

 tale

tale manus idoneus, eam, quam moraliter debet, diligentiam adhibeat; ſed nihilominus ex humana fragilitate & obliuione inter iudicandum erret, in foro conſcientiæ non tenetur reſtitutionem facere, ex proprijs, quandoquidem iniuriam formalem non intulit; neque, vt ponimus, aliquid commodi ex tali ſententia à parte læſa accepit; ideoque ex neutro capite reſtituendi, videlicet nec ratione rei acceptæ, nec ratione iniuſtæ acceptionis, læſionis ve obliga-
78. tus eſt. Hactenus Laynmannus, cui ſuperaddi poteſt † ratio talis: qui fecit, quod potuit, legem adimpleuit, *L. ſi quis in graui. 3. §. 4.*
79. *ff. ad S. C. Syllan. Brun. de ceſſ. bon. q. 27. princ. n. 8. inf.* & DEVS, qui † non angelicum, ſed humanum intellectum nobis præbuit, plus à nobis non requirit, ſed iudici conſtanti, iuſtitiæ amanti, eiusque opem & gratiam imploranti, ſine dubio aſſiſtet, & hoc ipſo, quia cum ad hunc ſtatum vocauit, quid faciendum ſit, per inſpirationem docebit, parùm abeſt, vt dicam, inſpirare & docere debebit.
80. Quodſi † verò iudex juris peritiam non habuerit, conſulere poterit, & debebit aliquem Iuriſconſultum *per text. in L. regula. 9. §. ſed facti. 2. cum §. ſeq. ff. de iur. & facti. ignor. L. in bonorum 10. ff. de bon. poſſeſſ. text. in c. f. diſt. 37.* (vbi dicitur: ille poteſt excuſari, qui à quo diſceret, non inuenit, illis autem hoc ignoſci non poterit, qui à quo
81. diſcerent, operam non dederunt) non obuium † quemuis Doctorellum, qui honoris titulum ex peregrinis terris in habitu alamodico ſecum retulit, & pecuniâ mercatus fuit, ſed virum doctum, prudentem, maturum, & conſcientioſum, & qui communiter in aliquâ Prouinciâ pro tali reputatur, eiuſque conſilium tutò ſequi.
82. Nam † etſi vnus ex litigantibus ſe adhuc læſum conquereretur, remedium appellationis ei ſaluum foret, & ſic judex inferior damnũ inferendo (ſi quod tamen faceret citra omnem culpam ſuam) dici
83. non poſſet damnum irreparabile intuliſſe. Imò † poſſet judex ad exonerationem conſcientiæ, & ſcrupulum ſuum ſibi eximendum, vti conſilio R. P: Laymanni *d. L. 3. de iuſt. tract. 6. c. 2. n. 12.* & ſuggerere parti victæ, vt ſi ſe grauatã exiſtimet, ad ſuperiorem appellet.

84. Interim † tamen, ſi cenſus jure, æquitate, & publicâ vtilitate ſuadente, judex vel inferior, vel ſuperior remittendos eſſe exiſtimauerit,

manerit, probè ad circumſtantias (quarum aliquas obiter in epilogo attingam, & fortaſſis in p. 3. fuſius deducam) perſonarum, locorum, & debitorum attendere debebit, quia regula æquitatis multas limitationes patitur, id quod hoc loco magis inſinuare, quam declarare, & tractare volui.

Quid ſi † denique iudex poſt cauſæ diutius dilatæ accuratam 85.
diſcuſſionem ſe extricare non poſſit, & neutra litigantium pars
inſpectis allegatis de facto, aut de iure ſuperare videatur, tunc
non eſt imitandus † imperitus ille iudex, qui teſſeris ſemel pro acto- 86.
re, & ſemel pro reo iactis, illi cauſam adiudicabat, cuius iactus plures oculos, ſeu puncta oſtentabat: ſed vel ad ſuperiorem † cauſa 87.
ableganda, vel arbitri partium conſenſu conſtituendi, vel compoſitio ſuadenda, imò etiam imperanda in tali caſu nimis intricato, *Abbas in cap. Vlt. not. 4. de maior. & obed.* vel denique vni dimidium rei, de qua lis, alteri alterum dimidium adiudicandum. Ita † in ter- 88.
minis Laymann. *Lib. 3. tract. 1. §. 3. n. 16.* vbi plura alia ſalutaria monita, & præcepta tradit, quæ iudici inſeruire poſſunt. Confer etiam Leſſium *lib. 2. c. 29. dubit. 5. per tot.*

QVÆSTIO XI.

Quid ſi debitor aliquid ſoluat, neque tamen exprimat, an in diminutionem ſortis, an vero in cenſuum præſtationem computari velit, quid tunc cenſendum?

DIxi † in præfatione præludij, ſiue primæ partis huius tracta- 1.
tûs cenſualis, quod debitores cenſiti, aliquando miſericordiâ ducti, aliquando importunitate creditorum commoti, parum aliquid ſoluant, non tamen exprimant, an in diminutionem ſortis; & ſummæ capitalis, an verò in partem cenſuum computari velint. Quæſtio † itaque eſt, in quam cauſam id, quod ſolutum eſt, ac- 2.
cepto ferendum, & à quo debito, per ſolutionem contingat liberatio?

Si

3. Si de ſorte † & vſuris ſermo eſſet, res nullam vel exiguam difficultatem haberet, ſed facilè ex Iure ſcripto decidi poſſet, quo generaliter conſtitutum habetur, ſolutum prius in vſuras, deinde in ſortem accepto ferendum, *text. in l. 5. §. 2. verſic. ſed ſi fortè ff. de ſolut. l. 48. in f. ff. eod. l. 1. in f. C. eod. l. cum & ſortis. 35. in pr. ff. de pignor. act. l. ſi vſuras. 21. C. de vſur.*

4. Ratio eſt: quia † licet longè leuius debitori eſſet, ſolutionem illam intelligi pro ſorte (quia pro rata ſortis ceſſarent in futurum vſuræ) quam intelligi pro vſuris: nihilominus, quia ex eadem radice ac debito ſors ipſa & vſuræ debentur, interim dum ſors manet, ſoluuntur vſuræ decurſæ, tanquam fructus ſortis principalis, in euentibus, in quibus hodie vſuræ accipi poſſunt, eaque de cauſa meritò accomodateq; ad praxin, atque ad id, quod natura ipſa rei poſtulat, fuit id ſancitum, & quidem contra rationem & regulam juris, Molina *de contract. tract. 2. diſput. 565. n. 4.* Hoc autem Limi-
5. tatur: † dummodo vſuræ fuerint debitæ, nam ſi fortè vſuræ non ſunt debitæ, & quis ſimpliciter ſoluerit, Imp. Antoninus cum diuo patre ſuo reſcripſit, vt ſolutio in ſortem cedat, *d. l. 5. §. 2. u. ſed ſi fortè.*
6. *ff. de ſolut. concordat l. ſi ir. 94. §. Fanius ff. eod.* Ex † quo licet coniecturam ſumere, cum Iulius Cæſar, poſt bellum ciuile ſuo tempore in Italia ortũ, & deuaſtatas regiones decreuiſſet, vt debitores creditoribus ſatisfacerent, per æſtimationem poſſeſſionum, quanti quaſq; ante ciuile bellum comparâſſent, deducto ſummæ æris alieni, ſi quid vſuræ nomine numeratum aut perſcriptum fuiſſet, *Sueton in Iul Cæſar n. 42.* tacitè id egiſſe, vt vſuras pro illo tempore calamitoſo indebitas exiſtimaret.

7. Quandoquidem † autem hoc loco non de vſuris, ſed de cenſibus, titulo emptionis vt plurimum, vel quandoque etiam alio modo, & titulo, *vid p. 1. q. 2. n. 2.* comparatis ſermo eſt, ideò vlterius quæritur: vtrum idem in cenſibus ſit præſumendum, quòd de vſuris re-
8. peritur definitum? Videri † poſſet, quod ſic: Molina *loc. cit. n. 4.* Ratio: quia cenſus in locum vſurarum ſuccedanei ſunt, *vide notata ſup. p. 1. q. 1. n. 39. Zorer quæſt. 14. n. 1251. Gaſpar. Roderic. lib. 1. de annuis reditibus. q. 11. n. 2. eund. lib. 1. q. 7. n. 25.* Surrogatum † autem
9. induit naturam eius, in cuius locum ſurrogatur, *argt. L. ſi cum iu-*

dicio.

dicis 10. *§. qui iniuriarum.* 2. *ibi: nam & deſunktus ff. ſi quis caut. L. vn. C. de rei vx. act. argt. L. in conditionibus.* 19. *§. ſi patronus.* 2. *ff. de cond. & demonſtrat.* Nihilominus † quia hoc non procedit, ſi diuerſa quali- 10.
tas ſit in ſurrogato. *Gail.* 2. *obſ.* 120. *n.* 8. & jam ſup. *p.* 1. *q.* 1. *n.* 61. *cum mult. ſeqq.* declaratum fuit, quod contractus cenſualis à mutuo, & cenſus ab vſura plurimum differant, ideo ab ijs, tanquam valde ſeparatis, non rectè fit illatio, *argt. L. inter ſtipulantem.* 83. *§. ſacram. ff. de V. O.* Proinde † mihi hoc loco plenior diſtinctio adhibenda, at- 11.
que ad id reſpiciendum videtur, vtrum debitor aliquid ſoluens cauſam expreſſerit, nec ne? Vtrum cenſus fuerit redimibilis, an irredimibilis? ex parte emptoris, vel venditoris, vel ex parte vtriuſque? vtrum renunciatio fuerit facta, nec ne? vtrum cenſus ſine controuerſia ſint debiti, an verò in controuerſia poſiti, & incerti? Pro varietate harum circumſtantiarũ varias concluſiones ponam.

Conclvsio Prima: ſi † debitor cenſitus antequam ſolueret, 12.
aut illo tempore, quo ſoluit, vel ſtatim in continenti, clarè expreſſit, in quam cauſam ſolutum velit, an in ſortem, an verò in cenſus, tunc in eam & non aliam cauſam à creditore ſolutum eſt accepto ferendum, *per text. in L.* 1. *in pr. ff. de ſolut.* vbi Vlp. talem Rationem
† aſſignat: quia quoties quis debitor ex pluribus cauſis vnum de- 13.
bitum ſoluit, eſt in arbitrio ſoluentis dicere, quod potius debitum voluerit ſolutum, & quod dixit, id erit ſolutum, poſſumus enim certam legem dicere ei, quod ſoluimus, ad idem eſt *text. in L. Vbi fideiuſſor.* 24. *L. Paulus.* 101. *§.* 1. *L. creditor.* 102. *§. cum de ſorte ff. eod.* vbi Scæuola IC. reſpondit, ſi is, qui dabat, in ſortem ſe dare dixiſſet, vſuris non debere proficere, *add. L.* 1 *C. eod.*

Ex quo † ſequitur: quod ſi debitor creditori ſoluens expreſſe 14.
dixerit, ſe in defalcationem ſummæ capitalis, & non in cenſus ſoluere, quod ſolutio non debeat in cenſus, ſed in ſortem imputari, & vice verſâ. Ratio: quia vt dictum, in poteſtate ſoluentis eſt, ſolutioni certam legem dicere.

Ampliatur † autem hæc concluſio primò: vt non interſit, ſiue 15.
conuenerit de redemptione cenſus, ſiue nõ conuenerit. Ratio: quia ſi conuenit, vt venditor cenſus, ſiue debitor redimere poſſit, quandocunq; velit, nullum dubiũ eſt, quin tale pactũ valeat, per tradita

Ff ſup.

ſup. p. 1. q. 2. n. 61 & ſeqq. & quin reſtituto pretio ſe poſſit liberare
16. ab onere præſtationis cenſuum. Si autem † non conuenit, tacitè
hoc actum, & venditori, ſiue debitori liberum relictum videtur, vt
ſi velit, redimere ſaltem poſſit. Neque enim deſunt, qui putant,
redemptionem iſtam ex parte venditoris eſſe contractui natiuam,
& venditioni cenſuum per ſe coniunctam, vide quæ ſcripſi *loc. cit.*
num. 63. quod de jure Bauarico nullum prorſus dubium habet.
17. Nam † ſiue pactum de redimendo interceſſerit, ſiue non, ſemper in
facultate poſſeſſoris rei cenſualis eſt, vtrum redimere velit, Landtrecht/*tit. 7. art. 1. in f.* confer tamen Limitationem 3. *mox. ſeq.*

18. Ampliatur † ſecundò: vt non interſit, an debitor ſummam
ſorti æquiualentem ſoluat, an verò tantum partem illius, *per text. in*
L. ſtipulatus 9. §. 1. ff. de ſolut. vbi dicitur: qui decem debet, partem
ſoluendo, in parte obligationis liberatur, & reliqua quinque ſola
19. in obligatione manent. Ex quo textu † apparet, licere debitori (ſi
non ſummo jure, ſaltem ex æquitate, *L. quidam 21. ff. de reb. cred.*
Schneid. §. item per acceptilationem n. 15. inſt. quibus modis tollitur oblig.
20. *Gothof. ad L. 9. §. 1.*) etiam partem debiti ſoluere. Præterea ex †
conſtitutione Martini V. & Calixti III. expreſsè permiſſum erat,
cenſum per partes redimere, vide quæ ſcripſi ſupra *p. 1. q. 2. num. 71.*
& q. 9. num. 69.
21. Limitatur † autem hæc concluſio primò: dummodò debitor
ſtatim in ipſa ſolutione, & non primùm ex interuallo dicat, in quod
debitum velit eſſe ſolutum, an in ſortem capitalem, an verò in cen-
22. ſus, *text. in L. 1. in f. cum duob. ſeqq. ff. de ſolut.* Ratio † habetur
in L. 2. ff. eod. vt creditori liberum ſit non accipere, ſi alio nomine
23. exolutum velit. Ex † quo textu, & ratione, videtur aſſerendum, ſi
debitor aliquid ſoluens exprimat, ſe non in cenſus, ſed in ſortem
imputare velle, & creditor ſolutionem recipiat, quod videatur in
eandem cauſam acceptare, & conſentire, ſi autem non aliter niſi
in defalcationem cenſuum ipſe creditor imputare velit, quod poſ-
ſit, & debeat ſolutionem recuſare, & pecuniam non accipere, quo
in caſu debitori liberum eſt pecuniam deponere, atque eo modo ſe
24. ab obligatione liberare, Molina *loc. cit. n. 1.* Deinde † videtur in-
ferri

ferri poſſe, ſi debitor cenſitus, cum ab eo cenſus exigerentur, aliquid ſoluiſſet, & ſtudio nihil dixiſſet, à quo debito ſe liberare velit, quod debeat id in cenſus debitos imputari, & non poſſet poſtea primùm in ſortem imputare. Ratio: quia † in dubio cenſetur de- 25.
ſiderio & petitioni creditoris ſatisfeciſſe. Ratio alia: quia cenſetur ſe accommodare praxi & communi conſuetudini, ſecundum quã prius cenſus exolui conſueuerunt. Ratio tertia: quia quoties non dicimus id, quod ſolutum ſit, in arbitrio eſt accipientis, cui potius debito acceptum ferat, *text. in L. 1. ff. de ſolut.* atqui hoc ipſo, dum cenſus exigit, & non ſortem repetit, ſatis apertè determinat, in quod debitum imputare velit. E.

Limitatur † ſecundò: niſi debitor per errorem expreſſerit in 26.
cauſam indebitam ſe ſoluere, *arg. L. 102. §. f. ff. de ſolut. L. 26. ff. de condict. indebiti. L. 26. §. ſi quis C de Vſur.* tunc enim illa expreſſio ipſi non nocebit, v. g. ſi diceret, ſe vſuras ſoluere velle, quas tamen non deberet. Idem † ergo videtur dicendum, ſi debitor ex- 27.
preſſiſſet, quod cenſus ſoluere vellet, & tamen cenſus tunc non eſſent debiti, quod illa expreſſio ei non præjudicaret, ſed id quod cenſuum nomine ſolutum eſſet, ſortem minueret, *d. L. 102. §. f.* multò magis ergò, ſi nihil exprimeret, ſed omninò taceret, quia tacendo nemo ſibi præiudicat in ijs, vbi lex loquitur, neque videtur aliquis renunciare juri ſuo, *L. cum oportet. 6. §. cum autem 3. C. de bonis quæ liber.*

Limitatur † tertiò concluſio præſens, & quod in ampliatione 28.
prima dictum fuit: niſi expreſsè inter partes actum & conuentum fuiſſet, vt cenſus eſſet perpetuus, & irredimibilis, id eſt, vt neque emptori, neque venditori fas ſit contractum reſoluere: vel niſi libertas redimendi fuerit per pactum ad certum tempus reſtricta, vt nimirum cenſus poſt aliquod tempus (quod jam præterijt) maneat irredimibilis: vel ſi conuenerit, vt venditori liceat poſt certum tempus, & non prius redimere, oblato vel reſtituto pretio, & tempus illud nondum venerit. Licet † enim talia pacta, quæ directè 29.
vel indirectè facultatem redimendi venditori auferunt, quibuſcunque verbis aut clauſulis concepta ſint, ex diſpoſitione bullæ Pij V.

clauſ. 9. non valeant: tamen in locis, vbi bulla non eſt recepta, primum illud pactum defenditur à Feliciano *L. 1. c. 7. n. 4. vide eund. L. 1. c. 8. n. 16. & c. 10. n. 28.* & approbatur in jure Bauarico, Landtsrecht/ *tit. 7. art. 1. inf.* à Leſsio *dub. 10. num. 57. inf.* alterum à Leſſio *L. 2. c. 22. dub. 9.* Laymanno *c. 18. n. 9.* vide Felician. *L. 1. c. 7. n. 4. & c. 10. num. 28.* Couarr. *l. 3. var. reſol. c. 8. num. 7. inf.* tertium apud Couarruu: *loc. cit. n. 8.* Felician. *loc. cit. n. 6. § ſecunda & c. 10. n. 18. v.*
30. *an vero.* Sed hæc † Limitatio videtur tunc eſſe vera, quando creditor debitori cauſam ſolutionis exprimenti contradicit. Nam ſi taceret, videri poſſet à primo pacto receſſiſſe, & in ſolutionem
31. iſtam de nouo conſenſiſſe. Ratio: quia † redemptio ex parte debitoris eſt contractui naturalis, & juri communi conformis, res autem facile redit ad ſuam naturam, & ad jus commune, *L. ſi vnus 27. §. pactus. 2. v. quod & in ſpecie ff. de pact. gl. Clem. 2. circ. f. v. non contradicentibus. de V. S. c. venerabilis 21. ext. de cenſib.*

32. Limitatur † quartò concluſio, & quod in ampliatione ſecunda dictum fuit, niſi pactum interceſſiſſet, vt venditor non redimat ſortem, niſi totam ſimul, vel notabilem partem; tale enim pactum putat Leſſius *dub. 12. n. 93.* valere, proinde licet debitor partem ſoluendo dicat, ſe in cauſam ſortis, non cenſuum ſoluere, non poteſt illud creditori contradicenti nocere; ſecus † fortaſſis, ſi non con-
33. tradixerit, ſed tacuerit, tunc enim videri poteſt, per hoc poſterius à priori pacto receſſiſſe, & æquitatem, quæ particularem ſolutio-
34. nem admittit, rigori prætuliſſe. Cauti proinde † ſint creditores, vt ſi debitores contra pacta veniant, ijs expreſsè contradicant, multa enim fieri poſſunt parte tacente, & non opponente, quæ fieri non poſſent, ſi ſe opponeret, juxta ea, quæ tradit Gail *2. obſ. 23. n. 2.*

35. CONCLVSIO † SECVNDA: ſi debitor cauſam ſolutionis non exprimat, creditor exprimere poteſt, in quod debitum accipere velit, an in cenſus, vel in ſortem, per *text. in L. 1. §. quoties ff. de ſolut. L. 1. §. quod ſi debitor. C. eod. L. ſi vſuras 21. C. de vſur. vide Molin. num. 2.*
36. Ratio † ne in incerto vagentur, & neuter ſciat, quid & quantum debeatur, & quia ſibi imputare debet debitor, quod jure ſuo non fuerit vſus, & certam ſolutioni legem non dixerit, *arg. L. veteribus, 39. vbi Dd. ff. de pactis.*

Amplia

Amplia: vt † non interſit, ſiue in ipſa ſolutione dixerit, in quā 37.
cauſam accepto ferre velit, ſiue ante ſolutionem expreſſerit, quid
ſibi ſolui deſideret. Ratio: quia † quæ in præfationibus dicuntur, 38.
cenſentur repetita in actibus poſtea ſubſecutis, *gl. poſt text. in L. Titia 103. §. idem reſpondit, la. 1. ff. de V. O.* & exactio in certam cauſam facta, ſi à debitore non mutatur, cur ſtare prohibeatur? *argt. L. ſancimus 27. C. de teſtam.* Itaq; debitori † videtur incumbere, vt ſi non 39.
in eandem cauſam, ex qua exactus fuit, ſoluere velit, creditori contradicat, vel pecuniam retineat.

Limitatur † primò: niſi non in re præſenti, ſeu ſtatim tunc, cum 40.
ei ſoluitur, ſed ex interuallo creditor dicat, in quod debitum id, quod ſoluitur, accipiat, *L. 1. inf. cum duab. ſeqq. ff. de ſolut.* vbi Ratio † redditur, vt debitori liberum ſit non dare, ſi alio nomine exolutum velit, *L. 2 ff. de ſolut.* 41.

Limitatur † ſecundò: dummodo creditor in id conſtituat ſolu- 42.
tum, in quo, ſi ipſe deberet, eſſet ſoluturus, id eſt, in id debitum, quod non eſt in controuerſia *L. 1. §. quoties ff. de ſolut. L. 1. §. quod ſi debitor. ff. eod. L. 21. C. de Vſur.* Ex quo videtur † inferri poſſe, ſi de- 43.
bitor creditori prius controuerſiam mouerit, an cenſus pro hoc tempore ſoluendi ſint, nec ne, quod tunc creditor non poſſit in cauſam cenſuum imputare. Ratio † habetur *in d. L. 1. §. quoties* 44.
quia æquiſſimum viſum eſt, creditorem ita agere rem debitoris, vt ſuam gereret. Permittitur ergo † creditori conſtituere, in quod 45.
ſolutum velit, dummodo ita conſtituat, vt in re ſua conſtitueret: atqui nemo creditorum, qui prudens eſt, vellet id, quod controuerſum, & dubium eſt, pro certo claro & indubitato ſoluere. E. &c.
Ratio † alia: ſi debitor ante dixit, in quod debitum velit eſſe ſolutū, 46.
creditori non amplius permittitur determinatio, *dd. LL. 1. argt. L. ſi Vſuras 21. C. de Vſur.* atqui ſi creditor controuerſiam mouit, cenſus ſatis manifeſtè negauit, conſequenter etiam hoc ipſo teſtatum fecit, ſe id, quod ſoluturus eſt, in defalcationem ſortis ſolutum velle, E. &c.

Conclvsio Tertia: ſi † debitor dicat, ſe in cauſam ſortis 47.
ſoluere, creditor autem aſſerat, ſe in cauſam cenſuum accipere, li-

48. beratio cæteris paribus contingit à ſorte. Ratio † deſumitur iterum ex *L. 3. in pr. ff. de ſolut:* quia quoties quis debitor ex pluribus cauſis vnum debitum ſoluit, eſt in arbitrio ſoluentis dicere, quod potius debitum voluerit ſolutum, & quod dixerit, id erit ſolutum, adeoque electio eſt debitoris, quam ei creditor auferre non debet. vide Molinam loc. cit. n. 2. vbi dicit: ſi debitor creditori in continenti contradicat, antequam ex eo loco diſcedat, accipiendum eſſe pro debito, pro quo dixerit, ſe illud ſoluere, aut pecuniam illi reſtituendam eſſe, quam ſi conſignet & deponat pro eo debito, liber omninò erit.

49. Quid ſi † verò à neutro fuerit dictum, an tunc id, quod ſoluitur, in ſortem, an verò in cenſum acceptò ferri debet? Videri
50. poſſet, quod indiſtinctè in ſortem. Ratio: quia ſi ex † pluribus cauſis eidem ab eodem debeatur, & non omnis pecunia, ſed pars tantum ſoluta ſit, non expreſsâ causâ in quam ſoluatur, tunc in duriorem cauſam id, quod ſolutum eſt, accepto ferendum, *L. cæterum. 3. & L. in his. 5. in pr. ff. de ſolut:* atqui cauſa ſortis ſemper eſt durior, quia quamdiu ea non ſoluitur, cenſus ſemper currunt, & debitor
51. magis grauatur E, &c. Nihilominus † quia Vlpianus IC. *id d. L. 5. in pr:* ſeipſum explicat, dicendo: in his quæ præſenti die debentur, in grauiorem cauſam ſolutum videri, quoties indiſtinctè quid ſoluitur: ideo meo iudicio diſtinctio ſupra memorata adhibenda erit, vtrum videlicet dies ſoluendi ſortem venerit, nec ne.

52. Conclvsio qvarta: ſi cenſus de præſenti debentur, ſors autem vel omninò non amplius, vel non niſi poſt tempus aliquod, nondum elapſum, vel poſt conditionem, nondum exiſtentem repeti poteſt, tunc ſolutum potius in cenſus, quam in ſortem eſt im-
53. putandum. Ratio: quia † quoties à neutro dictum eſt, ſolutum potius in eam cauſam, cuius dies, vel conditio venit, quam in eam, cuius adhuc conditio pendet, vel dies nondum venit, accepto ferendum eſt, *L. 3. in f. ff. de ſolut.* Menoch. *l. 3. præſumpt.* 136. *n.* 13. Molina *loc. cit. n.* 3. & cum ex pluribus cauſis debitor pecuniam ſoluit,
54. Julianus † elegantiſſimè putat, ex ea cauſa eum ſoluiſſe videri debere, ex qua tunc, cum ſoluebat, compelli poterat ad ſoluendum,

D. 103.

L.103.ff. eod. atqui ſi cenſus fuerunt debiti, ad illos ſoluendos pote-
rat cogi, ad ſortem ipſam in præfatis caſibus non poterat cogi,
E. &c. vide Weſenb. *in parat. n.7. ff. de ſolut.* vbi dicit: planum † eſ- 55.
ſe, certa & præſentia grauiora eſſe futuris, & in illa potiùs, quam
in hæc ſolutionem conuertendam. Neq; obſtat † *text: in l.1. §. quo-* 56.
ties ff. de ſolut. vbi dicitur, in id imputandum eſſe ſolutum, quod nō
eſt in controuerſia, aut in illud, *cuius dies nondum venerat*, quia illa le-
ctio mendoſa eſt, & fortaſſe pro *aut in illud*, Vlpianus ſcripſerat,
haud in illud Weſenb. *loc. cit.* vbi dicit, Græcos paſſim ita legere: *non
in id debitum, quod eſt in controuerſia, aut in illud, cuius dies nondum ve-
nerat, &c.* vel ſi mendoſa non eſt, neceſſariò hanc interpretationem
habet; vt tum ſolutio cedat debito in diem, cum nullum præſenti
die debetur. *id ibid.* Ex quo à contrario hæc

Limitatio † ſequitur: vt in quibus caſibus hodie cenſus non- 57.
debentur, ſolutio ſine expreſſione facta, in ſortem imputetur, non
obſtante, quod dies ſortem ſoluendi nondum venerit, aut nulla
adhuc renunciatio facta fuerit. Ratio: quia † concluſio procedit 58.
de cenſibus debitis, & cenſuum indebitorum ſolutio inuoluit ia-
ctationem inutilem, nemo autem præſumitur iactare ſuum, *l. cum
de indebito in pr. ff. de probat:* Ratio † alia; quia de vſuris expreſſè de- 59.
finitum eſt, quod in illas nummus ſolutus ſit accepto ferendus,
& tamen idem Vlp. ad eas vſuras reſtrinxit, quas debitor exoluere
cogitur, *L.1. §.2. ff. de ſolut.* E. multò magis id exiſtimandum eſt
de cenſibus, in quibus nihil de Iure deciſum fuit. An verò † idem 60.
ſit in ſorte omninò non amplius debita, vel non niſi poſt conditio-
nem (quæ adhuc nondum extitura ſperatur) debenda, tibi, le-
ctor, conſiderandum relinquo.

Conclvsio † qvinta: ſi tempus ipſius ſortis principalis ſol- 61.
uendæ venerit, (fortè quia renunciatio facta ſit, aut dies repe-
titioni præfixus tranſierit) & pecunia, neutro voluntatem ſuam ex-
primente, ſoluta fuerit, in dubio ſolutio potius in ſortem, quàm
in cenſus imputanda venit. Ratio † prima: quia ſi vnū ex debitis plus 62.
grauat debitorem, quam aliud, ſolutio cenſetur facta pro eo debito,
ex quo plus detrimenti imminet debitori, ſi eius ſolutionem diffe-
rat,

rat, quam immineat ex dilatione ſolutionis aliorum: *Molina n.* 3.
atqui ſors magis grauat debitorem, quam cenſus (quia pro rata ſortis ſolutæ ceſſarent in poſterum cenſus. *id n.* 4.) E. ſolutio magis cenſetur facta in ſortem, quam cenſum; quia cauſa ſortis ſemper eſt durior, & grauior per ſupra dicta, & veriſimile eſt, quod debitor curſum cenſuum ſiſtere, & debitum, meliori quo potuit modo, decurtare voluerit, *per text. in L. cum ex pluribus. 97. ff. de ſolut.* vbi di-
63. cit † Papin: IC. veriſimile videtur, diligentem debitorem admonitum ita negotium ſuum geſturum fuiſſe, quæ verba Menoch. *l.* 3. *præſumpt:* 136. *n.* 8. ſic explicat: ſi fuiſſet interrogatus debitor, quam in cauſam ſoluere voluerit, reſpondiſſet vtique, in hanc & non in aliam.

64. Declara, † vt id maximè procedat hoc tempore, quo paſſim ſuper cenſibus controuertitur. Ratio: quia ſi debetur ex duabus cauſis, quarum vna eſt certa, & clara, altera verò in controuerſia poſita, ſolutum præſumitur pro cauſa certa, *L.* 1. *ff. de ſolut.* Menoch: *loc. cit. n.* 12. vel aliter: quando vnum debitum eſt liquidum aliud non item, ſolutio facta cenſetur pro debito liquido, & non pro illiquido, *Molina loc. cit. n* 3. Itaque in caſu conuerſo.

65. Limitanda † videtur concluſio primò: vt ſi certum ſit cenſus deberi, in dubio potius in cenſus, quam in ſortem ſolutio ſit imputanda. Ratio: quia hoc reperitur ſtatutũ in vſuris. E. idem obtinebit in contractu cenſuali cum pacto de retrouendendo, Molina *n.* 4. quia eadem ratio videtur ſubeſſe, quæ *ſup. n.* 9. fuit adducta. Ni-
66. hilominus, quia † n.10. & ſeq. dictum, non paruum inter cenſum & vſuras differentiam eſſe, & ipſe Molina *n.* 4. *in f.* fatetur, in vſuris aliquid peculiare contra rationem & regulã juris receptum eſſe, dubitare licet, an id ad cenſus extendere liceat, quod enim contra rationem juris receptum eſt, non debet trahi in argumentum, vel conſequentiam, *c. quæ à iure* 28. *de R. I. in* 6. *c. in argumentum* 78. *eod. in* 6. *L. quæ propter* 162. *ff. de R. I.*

67. Limitatur ſecundò: niſi ratione cenſuum in judicio fuerit actum, & creditori cenſus adjudicati. Ratio: quia ſi quid ex cauſa judicati debetur, id videtur ſolutum, ſuper quo judicatum eſt,

L. 7 ff. de ſolut. Molin. n. 3. in f. Et hoc † verum eſſe puto, etiamſi 68.
cenſus fuerint, quemadmodum hodie, controuerſi. Ratio: quia ſibi imputare debet, cur remedium appellationis non apprehenderit.

Limitatur † tertiò: niſi ſtatutum in aliquo loco ſit, quod hoc 69.
tempore ſors repeti non poſſit, (de quo *quaſt. ſeq.*) tunc enim demonſtratione ceſſante videntur cenſus præ ſorte ſoluti. Ratio quia tunc partes ſe videntur accommodaſſe ſtatuto.

CONCLVSIO † SEXTA: ſi ſolutio cum hac expreſſione ſit fa- 70.
cta, (quemadmodum hodie frequenter fieri ſolet) vt pecunia in id imputetur, quod per legem vel ſtatutum aliquando pro debito fuerit agnitum, & declaratum, tunc in incerto quaſi & in ſuſpenſo erit liberatio, & ſi quidem lege vel ſtatuto fuerit definitum, quod cenſus debeantur, in cenſus computabitur, ſin minus in ſortem, *arg. §. ſi ab hoſtibus. 5. inſt. quib. mod. pat poteſt ſoluitur.* Ratio: † quia de- 71.
bitor tantum de hoc videtur dubitaſſe, an cenſus eſſent debiti, nec ne; ita vt ſi debitos eſſe ſciuiſſet, eam cauſam in ſoluendo expreſſiſſet; ſi ergo ex poſt facto declarantur debiti, videntur per retroactionem ſoluti.

Quid ſi † autem creditor libenter certus eſſe vellet de hoc, quid 72.
& quantum ipſi debitor adhuc deberet, & proinde ipſum ad calculum ſubducendum, & rationes ineundas adigere tentaret, quæſtio eſt, an iudex eo nomine imploratus, & quâ ratione officium ſuum impertiri deberet? Videtur hoc † debitori periculoſum, ac 73.
præiudicioſum, creditori autem parum proficuum, ac proinde rebus ita ſtantibus negandum, iuxta regulam: quod alicui prodeſt, & nemini nocet, illud facile eſt concedendum, *L. 9. ff. de impenſ. in res dotal. fact. L. 2. §. 5. ff. de aq. pluu.* quid autem prodeſt creditori hoc ſcire, nunquid poteſt in ſuo diario, vel regiſtro annotare domi, quid & quantum acceperit, & cum tempore calculum ſubducere?

Quid ſi † autem creditor velit omnia ita benè ordinata, vt ſciat 74.
ſuo quæque loco reponere, & omnem diſordinem atque confuſionem in libris rationum euitare? hæc ratio me parum moueret.

Quid ſi † verò vellet cedere ſuam actionem alteri, quid ſi de- 75.
Gg legare

legare debitorem creditori ſuo? quid ſi nomen vendere? certè expedit ei, imò neceſſarium eſt, in hoc caſu ſcire, quid & quantum debeatur, quia citra hoc vix æſtimatio nominis fieri poteſt?

76. Ego † ſi judex eſſem, & dubitarem, an cenſus præteritorum annorum deberentur, nec ne, inuocatus, vt debitorem cenſuum ad ſubductionem calculi adigerem, nollem petitioni creditoris eatenus ſatisfacere, vt determinarem, quid & quantum de cenſibus, qui de ſorte deceſſiſſet, (quia hæc determinatio inuolueret tacitam deciſionem quæſtionis principalis, an vid: cenſus deberentur, nec ne) ſufficeret mihi conſignare, quid & quantum quoquo tempore ſolutum, & numeratum fuiſſet. Idque tamdiu, quamdiu ſpes eſſet alicuius ſanctionis pragmaticæ, conſtitutionis imperialis, vel ſtatuti.

77. Ergo † inquies, nullus creditor erit certus vnquam de jure ſuo, quia poſt 10. 20. & amplius annos, in infinitum ſemper adhuc ſperare liceret talem deciſionem, & interea temporis in ſuſpenſo omnia forent. Reſpondeo: † hæc ipſa cauſa vna eſt ex cæteris, ob quas

78. expedire putem, controuerſiam iſtam lege publicà definiri, atque ob eam partes, & ipſos judices inferiores moueri debere, vt Principi ſuo pro decreto, vel edicto, aut ſtatuto faciendo ſupplicent.

79. Quid ſi autem † ſpes omnis ceſſaret, vel Auguſtiſſimus Imperator à ſtatibus Imperij, vel Princeps à ſuis prouincialibus, aut officialibus ſæpius requiſitus, vt aliquid ſanciret, vel ſtatueret, nihil

80. tamen quicquam ageret? quid tunc faciendum? Reſpondeo: † ſi paſſim in imperio per omnia tribunalia aliquid certi practicaretur, tunc ſi populus non contradiceret, ſed acquieſceret, ipſa taciturnitate ſuâ deciſiones illas comprobaret, & quæ aliàs inter litigantes tantùm, eæ poſtea inter omnes jus facerent, tanquam conſuetudine & vſu ipſo comprobatæ. Ratio: quia † ſi ſæpiùs ſecundum de-

81. ciſiones reperiatur judicatum, tunc cenſetur ſtylus introductus, & conſuetudo, Maſcard: *de probat. conclus* 485. *n.* 12. & non intereſt ſuffragio populus declaret voluntatem ſuam, an reipſa & facto, *L. de quibus* 32. *ff. de LL.*

82. Si autem † non vbique locorum idem practicaretur, poſſet

fortaſſis

fortaſſis judex vicinorum conſuetudinem attendere, & ſeruare, per textum *in c. ſuper eo 22. ext. de cenſib. & procurat.* (de quo tamen videatur Cardinalis Tuſchus *lit. C concluſ. 821.*) vel tandem ad ea, quæ ſupra *quæſt.* 10. ad longum fuerunt tradita, attendere, iiſque ſe in judicando conformare.

QVÆSTIO XII.

Vtrum ſors, aut pretium cenſus, poßit ab emptore repeti, ſiue, vt vulgò loqui ſolemus, cenſus à creditore hoc tempore renunciari?

POſtquam, † de cenſibus ſoluendis diu multumque diſputatum eſt, nunc appendicis loco parum aliquid de ſortis redhibitione, ſiue penſionum reluitione dicendum ſupereſt. Et quidem ex parte † debitoris nullum dubium eſt, valere pactum, vt reſtituto pretio ſe poſſit liberare ab onere præſtationis cenſuum, quemadmodum oſtendi ſupra *p. 1. q. 2. n. 61. & ſeqq.* vbi *n.* 63. dixi, ex mente † viri docti redemptionem iſtam ex parte venditoris huic contractui cenſuali natiuam, & venditioni cenſuum per ſe coniunctam eſſe, ita vt non habeat effectum perpetuum, ſed venditor, qui ad redituum præſtationem tenetur, quocumque tempore eundem redimere poſſit, Paulus Buſius *de annuis reditib: l. 2. c. 11. in princ:* vbi *n.* 12. dicit, quod libertima illa redimendi facultas omnibus ferè locis ipſo Iure, abſque ſpeciali permiſſione, conceſſa ſit. De quo † licet dubitet Leſſius. *L. 2. c. 22 dub. 10. n. 55. & 57. §. dices* tamen de Iure Bauarico certum eſt, ſiue pactum redimendi interceſſerit, ſiue non, ſemper in facultate poſſeſſoris rei cenſualis poſitum eſſe, verum redimere velit, Landtrecht *tit. 7. artic. 1. in f.* niſi expreßè debitor hanc redimendi facultatem pacto ſibi ademerit. 1. 2. 3. 4.

Imò † de Iure communi hanc redimendi facultatem impediri, aut coarctari non poſſe, docuit Paul: Buſ. *loc: cit:* & paſſim alij 5.

ſup. p. 1. q. 2. n. 72, allegati, ſi non Cæſareo, vel Pontificio antiquo, ſaltem ex Bulla Pij. V. *clauſ. 9.* ibi: non obſtantibus aliquibus pactis, directè vel indirectè talem facultatem auferentibus, quibuſcunque
6. verbis, aut clauſulis concepta ſint. *Vide ſup. q. 6. n. 91 p. 2.* Nec † referre dicunt, quod pretij refuſio non ſit in obligatione. Nam conditionale quaſi redituum debitum eſt, vt ita demum continuetur, ſi præſtans debitum non malit refundere. Reditus propriè ſolum in obligatione eſt, refuſio pretij ſolutioni ineſt, perinde nimirum vt in ſpecie, *L. miles. 6. §. decem ff. de re indeb. & in L. ſi quis ſtipulatum 53. Vbi Bart. ff. de ſolut.* Buſius *loc. cit. n. 7.* Cum † itaque vendi-
7. tor facultatem habeat cenſum redimendi, & contrahentium æqualis debeat eſſe conditio, *text. in Nouell. 64. col. inf. Mynſ. cent. 4. obſ. 61. n. 11.* quæſtio nunc eſt: vtrum etiam emptor reſoluere poſſit contractum, repetendo quod dedit, & cogere venditorem ad redimendum cenſum, ſiue reditum annuum?

8. Hac in re † videndum eſt, vtrum ſuper retrouenditione aliquid pactum & conuentum fuerit, nec ne: item an pactum in merum arbitrium emptoris ſit collatum, ita vt repetere poſſit, quod dedit, quandocunque voluerit: an verò tantum in caſum non præſtitarum annuarum penſionum, ita vt ſi cenſus non ſoluatur intra aliquod tempus, poſſit pœnæ quodammodo loco iterum repeti pretium illud, quo cenſus conſtitutus, & emptus fuit: denique an tale pactum effectum ſuum ſortiatur in omnem euentum moræ, etiam non culpabilis, an verò in illo tantum caſu, quo culpa debitori imputari poteſt. Pro varietate iſtarum diſtinctionum, iterum diſtinctas concluſiones ponam.

9. Conclusio prima: ſi cenſus fuit venditus ſimpliciter & abſolutè, & ſuper retrouenditione, vel reſolutione contractus, aut repetitione ſummæ capitalis nihil ab emptore ſpecialiter pactum, & prouiſum fuit, tunc facultatem reuendendi cenſum, vel vt vulgo loqui ſolent, renunciandi non habet, idque per text. conſtitutio-
10. nis † Carolinæ *anno. 1548. in Comitijs Auguſtanis publicata rub.* von wucherlichen contracten vbi expreſſe ſancitum eſt, vt renunciatio eiuſdem cenſus per viam redemptionis, vt redimendi Ius eſt, penes vendi-

venditorem, non emptorem ſit. Ad idem eſt text in † extrauagᵉ [illegible]
Martini. V. *anno* 1423. & Calixti. III. *anno* 1455. *tit. de emptione* quibus
prouiſum reperitur, vt venditori liberum ſit, cenſum eodem pretio redimere, & vt venditor ad redimendum non obligetur, quemadmodum hos textus intelligunt Caniſ. *de Vſur. & cenſib. innov. ad Carolin. f.* 214. *Leſſius l.* 2. *c.* 22. *dub.* 12. *n.* 75. quamuis ego ſupra *p.* 1. *q.* 2. *n.* 77. exiſtimauerim, & vnà mecum Molina *diſputat.* 391 *clauſ.* 11. ſentiat, ex iſtis extrauagantibus non colligi, quid fieri debeat, ſed tantum quid in caſu Pontifici propoſito factum & approbatum fuerit. Quicquid tamen ſit, conſtitutio Carolina clara eſt, cum quâ concordat bulla Pij. V. *clauſ.* 11. & transeunt † Doctores fere omnes, 12.
Caniſ. *c.* 10. *n.* 7. *in ſolut.* 2. *arge.* Laynman *c.* 18 *n.* 5. Couarruu. *Var. reſol. l.* 3. *c.* 7. *n.* 2. *§. ſecunda ratio. id n.* 4. Gail. 2. *obſ.* 7. *n* 3. Matth. Stephani *ad Nov.* 160. *n.* 4. Felicianus *de Solis l.* 1. *c.* 4. *n.* 14. *id l.* 1. *c.* 7. *n.* 3. *Ꝟ. non obeſt, id. c.* 10. *n.* 28. Gaſp. Rodericus. *l.* 1. *de ann. redit. q.* 4. *n.* 5. 6. 13. *&* 15. vide notata ſup. *p.* 1 *q.* 5. *n.* 62. Sed iam eſt alia

Quæſtio: vtrum † ſaltem pacto induci poſſit, vt emptor cenſus pretium repetere, & ſortem iterum exigere poſſit? Si loquamur † de jure poſitiuò ſcripto, & foro externo, certũ iterum eſt, quod talia pacta redimendi jus emptori permittentia, non valeant. Voluit enim Carolus V. Imp. *in dict. ſua conſtitutione* renunciationem penes venditorem, non emptorem eſſe, non attento, quacunque formâ ea concepta ſit in inſtrumento. Et ſi quid vltra datum, acceptum, vel tractatum fuerit, id & alia omnia inconuenientia pacta, ſiue conuentiones, tanquam vſurarias, & infirmas cenſeri, haberi, neque per judicem de eis cognoſci, vel pronunciari, ſed magis puniri oportere. 13. 14.

Ad quam † conſtitutionem notat Caniſ. *fol.* 214. hic apertè refelli eorum errorem, qui putant, in perſona emptoris concipi poſſe jus redimendi, ſic vt emptor poſſit quandocunque, vel poſt certum tempus, cogere venditorem ad redimendum cenſum, ſiue reditum annuum, cum redemptio non niſi in ſola venditoris perſona, id eſt, debitoris permittatur adiectâ pœnâ. Vnde † ſupra *p.* 1. *q.* 2. *n.* 79. Gailium 2. *obſ.* 7. *num.* 14. allegaui volentem, contra- 15. 16.

ctum illum (ſaltem in foro externo) pro vſurario haberi, quando pecunia non alienatur in omne tempus, ſed arbitrio creditoris permittitur, vt eam certo die repetere poſſit, & interim annua quædam penſio ex pecunia ſoluatur. Cum hac Carolina concor-
17. dat † bulla Pij V. *clauſul.* 11. vbi habetur: pacta etiam, continentia pretiũ cenſus ab inuito repeti poſſe, omninò prohibemus, contractusq; ſub alia forma poſt hac celebrandos fœneratitios iudicamus.
18. Ratio prima † huius reſponſi aſſignatur à Molina, *diſp.* 391. *n.* 19. cum enim aliarum rerum emptio cum pacto de retrouendendo in fauorem emptoris, vt ſcilicet venditor rem redimere teneatur, quandocunque emptor voluerit, illicita ſit, ſi pactum ſit, vt res pro eodem pretio, quo fuit empta, redimatur, vt *diſp.* 377. viſum eſt, raroque admodum, aut nunquam ita in praxi fiat, ſanè longè maiori cum ratione idem in cenſu erit dicendum.

19. Ratio † alia: quia fieret ex emptione mutuum, vnde ex vi mutui penſiones reciperet, quod eſt vſurarium, *Gail. loc. cit. n.* 14. nam in hoc diſtinguitur cenſus à mutuo, quod in eo creditor liberè poſſit à debitore ſuo ſortem exigere, *L.* 2. & 3 *ff. de reb. cred.* in cenſu verò non item, vide Felician. *l.* 1. *c.* 7. *n.* 15. Laymann. *c.* 18. *n.* 5. qua
20. de cauſa † etiam aliqui ex Aſſeſſoribus Cameræ Spirenſis voluerunt, hunc contractum valde ſuſpectum, conſtitutionibuſque imperij non vſque adeo conſentaneum eſſe, quippe qui in fraudem vſurarum cedere, & in cauſam mutui potius tranſire, quam in terminis emptionis & venditionis ſubſiſtere videatur. Expreſsè enim
21. † legibus Imperij ſancitum eſt, daß die widerloſung vnd aufffündigung/ quod ſortis redhibitio, vel penſionum reluitio, in venditoris ſiue debitoris arbitrium conferri debeat, vide Petrum Frider. *de mandat. L.* 2. *c.* 71. §. 6. & addit Carolus Imp. was darüber gegeben/ genommen/ oder gehandlet/ hoc eſt, ſi quid vltra (conſtitutionem ſuam) tractatum, pactum, datum vel acceptum fuerit, daſſelbig
22. wollen wir für wucherlich geachtet/ vnd gehalten haben/ vide † Gaſpar. Roderic. *de annuis reditibus, lib.* 1. *q.* 11. *n.* 34. *circ. f.* vbi diſtinguit reditus annuos in hoc ab vſura, quod in illis debitor non teneatur ſortem reddere, quamdiu penſiones ſoluit, vſuras autem

tunc

tunc eſſe, quando facultas repetendi ſortem cum penſionibus eſt penes creditorem. Atque hæc de jure poſitiuo ſcripto.

Si ſermo † ſit de Iure naturali, ſeu gentium, & foro interno, communiter dicunt, pactum retrouendendi omninò licitum eſſe, etiamſi in voluntatem emptoris conuertatur, Couarr: *Var. reſol. l. 3. c. 9. n. 2. inf. & n. 3.* Laynman. *c. 18. de pact. & contract. n. 5.* Leſsius *l. 2. c. 22. dub. 10 n. 56.* vbi Rationem † talem aſſignat: venditor poteſt vendere cenſum cum pacto, vt poſſit redimere, quando voluerit, & vt emptor teneatur tunc cenſum, ſeu literas cenſus reddere, prout omnes fatentur. Ergo ſimiliter emptor poteſt emere cenſum cum pacto, vt poſſit illum reuendere, & reddere venditori, & vt tunc venditor teneatur illum redimere. Conſequentiam probat à † paritate rationis: ſi enim venditor poteſt ſibi tale Ius reſeruare, & & talem obligationem emptori imponere ad rem, quam alienat recuperandâ, cur emptor non poſſit ſibi ſimile Ius reſeruare, & ſimilem obligationem imponere venditori ad recuperandam pecuniam, quam alienat? id ibid. *n. 57.* ad contraria, & *n. 58.* ad ea, quæ paulò ante ex Gailio fuerunt allata Reſpondet, negando, per † hoc pactum perire veritatem emptionis, & in mutuum tranſire, ſi enim ex eo, quod obligo venditorem ad reſtituendum pretium rei venditæ, quando cupiam contractum reſoluere, emptio vertitur in mutuum: nulla emptio cum pacto retrouendendi ex parte emptoris erit licita, nec emptor poterit lucrari fructus rei, ſed tenebitur computare in ſortem, quod tamen falſum putat. *c. 21. dub. 14.* Vide eundem Leſſium. *n. 58.* vbi plures rationes adducit. 23. 24. 25. 26.

Hoc tamen † Limitatur: dummodo grauamen venditori iuſto pretio compenſetur, & emptor tantò pluris emat: Couarr. *loc. cit. n. 3. & 5.* Leſsius *aſſ. dub. 10. n. 58.* Felician. *l. 1. c. 7. n. 15.* 27.

Si † de conſuetudine loquamur, videmus quotidie talia pacta inter contrahentes fieri, vt poſſit creditor debitori, ſiue emptor venditori, quandocunque voluerit, vel poſt lapſum certi temporis denunciare, vt ei ſortem, ſiue pretium cenſus, intra vnum vel plures menſes, in inſtrumento obligationis præfixos, reſtituat, & ſoluat, & teſtatur † Paulus Matthias Wehnerus *in obſeru. pract. v.* Zinß / quod in Camera Imperiali in cauſa S. contra Eberſtaim proceſſus 28. 29.

ceſſus

ceſſus ſint decreti, quamuis pactum der auffkündigung obligationi
30. etiam inſertum eſſet, 18. *Maij, Anno* 92. Quia † igitur conſuetudo Iuri poſitiuo derogat, *l.* 3. *§. f. ff. de teſtib. l. Venditor,* 13. *§. ſi conſtat ff. commun. præd. l. ſemper.* 5. *§. legem,* 1. *ff. de iur. immun.* & pro lege habetur *l.* 32. *ff. de LL. L. f. in f. C. de iniur. §. pen. & Vlt. inſt. de ſatiſd.* dummodo rationabilis ſit. *c. f. ext. de conſuet. gl. ibid. V. rationabilis.* & contra legem diuinam aut naturalem apertè non pugnet, *VVeſenb. n. 9. ff. de LL. §. materia.* ideo

31. Conclvsio † Secvnda prodit: ſi cenſus cum pacto retrouenditionis fuerit conſtitutus, ita vt emptor ſortem quandoque repetere poſſit, tale pactum, repetitio, renunciatio, de Iure poſitiuo ſcripto ex parte emptoris non valet, ſecus de Iure naturali, gentium, & cõmuniter recepta conſuetudine, vide quæ ſcripſi *ſup. p.* 1. *q.* 2. *n.*
32. 82. *& ſeqq.* Quamuis † autem hæc concluſio communiter probata ſit: nihilominus tamen refert Gregorius de Valentia, 2. 2. *diſp.* 15. *q.* 25. *punct.* 2. apud Leſſium *l.* 2. *c.* 22. *dub.* 10. *n.* 56. poſteriorem eius partem à multis doctiſſimis Theologis Romæ in quadam conſultatione, cui ipſe interfuerit, anno. 1581. probabilem quidem iudicatam fuiſſe, ſed ob periculum vſurarum minimè ſuadendam. Simi-
33. liter † Couarr. *l.* 3. *Var. reſol. c.* 9. *n* 4. monet, in emptione annui cenſus ab his pactionibus abſtinendum, propterea, quod contractum ſuſpectum reddant. Sic & Laynmann, licet tolerandas putet, tamen diſſuadendas eſſe exiſtimat, vide quæ notaui *ſup. p.* 1. *q.* 2. *n.* 86. *& ſeqq.*

34. Sic ergo † contingit, quod habetur *in §. ſed neque* 10. *inſt. de teſtam:* vt ij, qui tales pactiones permittunt, hoc Iure minimè abuti creditores debere ſuadeant: quæ ſuaſio non eſt coniuncta neceſſitati, *per Nouell* 22. *c.* 20. *§.* 1. *Vbi Matth. Stephani. n* 102. vt ita contrahentes poſſint, ſi velint, talia pacta contractui apponere. Nihilo-
35. minus quia † abſurdum videtur Theophilo *ad d. §.* 10. licentiam concedere, & inſuper admonere, ne quis eâ licentiâ vtatur, ideo Sere-
36. niſſimus Elector † Bauariæ, quod Theologi & Canoniſtæ pro conſilio reſpondebant, & ſuadebant, ipſe in neceſſitatem tranſtulit, *arg. d. §.* 10. *ibi: tamen nos &c.* & tenorem bullæ Pij. V. ſecutus, em-

ptiones

ptiones cenſuum apud ordines prouinciales, bey der Landtſchafft
vnd Bundts caſſa, ex parte emptoris perpetuas, & irredimibiles
eſſe, neque vnquam amplius ſortem repeti poſſe, ex parte verò ven-
ditorum ſemper redimibiles eſſe voluit. Si igitur † exemplum Prin- 37.
cipis ſequendum eſt, *argt. L. & hoc Tiberius* 41. *ff. de hæred. inſt. L.*
Titius 54. *ff ad Trebel.* quemadmodum ſupra *quæſt.* 8. nonnulli vo-
lebant, in hoc periculoſo caſu maximè ſequendum, & viam tutio-
rem incedendam eſſe arbitror, idque pro mea † opinione, & fun- 38.
damento eorum, quæ infra adducentur, dico: renunciationes iſtas,
ex parte creditoris odioſas, & niſi venditori grauamen compen-
ſetur (quod vulgò parùm attenditur, ſed cenſus redimibilis & ir-
redimibilis æquali plerumque pretio venditur) periculoſas eſſe.
Nunc autem ſuccedit

Tertia † quæſtio: vtrum ſaltem valeat pactio, vt in caſum moræ, 39.
ſi cenſus non ſoluantur, intra aliquod tempus, poſſit exigi quanti-
tas, vel pretium, quo cenſus conſtitutus, & emptus fuit? Felicia-
nus † de Solis *lib.* 1. *de cenſibus c.* 10. *n.* 18. putat iniuſtã eſſe eiuſmodi 40.
conuentionem, à partibus in contractu cenſuali adiectam, idque
Primò † propterea: quod Martinus V. Calixtus III. Nicolaus V. 41.
Pius V. & Gregorius XIII. in ſuis extrauagantibus & bullis definie-
rint, non valere pactionem, quã directè, vel indirectè agitur, vt ſors
principalis repeti poſſit à debitore, iſque cogi & compelli ad illam
creditori reddendam. Item quod † omnes Theologi & Canoni- 42.
ſtæ, qui de cenſu ſcripſerunt, vnanimi conſenſu docuerint, in hoc
contractu ſortem ita abalienari in debitorem, vt ipſo inuito & re-
pugnante, nullam emptor poſſit habere ſpem repetendi, ideoque
etiam ob moram ſolutionis non poſſe conueniri, vt debitor ſortem
cum vſuris teneatur reddere.

Certè ſi † bulla Pij V. apud nos eſſet recepta, ſententia illa eſ- 43.
ſet indubitata, quia expreſsè in eã *clauſ.* 11. definitum eſt: pacta „
continentia pretium cenſus ab inuito, aut ob pœnam (intellige „
moræ) aut ob aliam cauſam repeti poſſe, omninò prohibemus. „
Quibus verbis ad palliationes vſurarum, ac iniuſtitias tollendas „
apertè ſtatuit, vt cenſus non ſolùm ſimpliciter creari non poſſint,

cum pacto, vt venditor cogendus ſit eum redimere quandocunq; emptor vellet ſed etiam cum pacto, vt in pœnam, ſi venditor penſiones non ſolueret, aut ex quacunque alia cauſa, cogi poſſet illam redimere, Molina *diſputatione* 391. *n.* 19.

44. Cum † his videtur conuenire conſtitutio Caroli V. *de anno* 48, quâ redimendi facultas emptori negatur, non attento, quacunque

45. forma ea concepta ſit in inſtrumento. Proinde † non immeritò in ſacro Conſiſtorio Spirenſi dubitatum fuit, an hic contractus ſit licitus, & an ſortis ſolutio ſtatim ſine clauſula mandari poſsit, præcipuè alijs clauſulis executiuis, in eadem cautione expreſsis.

46. Ratio † autem dubitandi prima eſt iſta: ſi perpendatur attentius forma huius pactionis, apparet dilucidè, id ſolum agi, vt quamdiu ſoluuntur vſuræ, & reditus, ſors non repetatur. E. cum vltra ſortem aliquid accipiatur, non cenſus, ſed mutuum, non juſta, ſed vſuraria pactio judicanda eſt, Felician. *loc. cit. n.* 18. *inf.* vbi putat, in ea forma contractûs mutuum quoddam deliteſcere, & occultari, ſi conueniat, quod dum vſus, ad quem petitur pecunia, adimpletur, non petatur: ſiue quod ſors non poſsit peti, donec ſoluantur vſuræ

47. *per L.* 2. *§. mutui datio ff. ſi cert. pet.* Ratio † alia: quia tot videntur eſſe emptiones, & contractus, quot ſunt penſiones. E. durum & iniquum eſt, vnâ illarum non procedente, totum contractum, & reliquas in futurum penſiones in nihilum redigi, & ſic vitium vltra, quam commiſſum eſt, extendi, atque ad integram ſortis repetitionem, viâ executiuâ ſtatim proſilire, Domini Aſſeſſores apud Friderum *loc. cit.*

48. Ratio † tertia: mandata ſine clauſula juſtificatoria regulariter ipſo jure nulla ſunt, *Gail.* 1. *obſ.* 13. *in pr. id. e.* 1. *de PP. c.* 5. *in pr.* quia ab executione non eſt incipiendum. *d. n.* 13. *& obſ.* 148. *n.* 3. rectè proinde aliqui Aſſeſſores apud Friderum *loc. cit.* putabant, à mandato hic non eſſe incipiendum, ſed tantùm citationem decernendam, nec ſine graui cauſa, dilapidationis forte, vel paupertatis, repetitionem ſortis vrgendam; aut ſi quidem mandatis ſine clauſula locus hic detur, ad ea non poſt vnam, ſed poſt tres ad minimum non ſolutas penſiones progrediendum eſſe.

Ratio

Ratio † quarta: quia poteſt venditor moram commiſſam, exe- 49.
cutorialibus fortè compulſus, ſolutione penſionis vel intereſſe purgare, Frider. *loc. cit.* adde Leſsium, *dub.* 12. *n.* 85. vbi notat, ſi ex dilatione ſolutionis damnum emptori, ſiue cenſitori, aut creditori obuenerit, etſi juſtè à debitore exigi poſsit: non tamen poſſe in pactum deduci ob fraudem vſurariam.

Ratio † quinta: ſi debitor propter moram, fortaſsis ſine ſua 50.
culpa, ex impotentia, & inopia, ex infortunio quodam improuiſo admiſſam, ad ſortis reſtitutionem adigeretur, eueniret ſæpiſsimè, vt cum longè maiori damno bona & prædia ſua vendere deberet, quam creditori commodum accedere poſſet: atqui jam ſupra, & in decad. 2. *q.* 9. *n.* 155. dictum fuit, ex mente Theologorum ſolutionem differri poſſe, ſi debitor prædium multò minoris, ideoq; longè maiori ſuo detrimento, quam debitum valeat, vendere deberet, vel cum maiori ſuo, & reipublicæ incommodo, prædia ſua derelinquere, quam poſsit, ex ea derelictione commodum creditori accedere, *ibid. n.* 159.

Verum alij † contrarium tenent, & ſi quidem de jure naturali, 51.
jure gentium, & foro interno ſermo ſit, non reputant Canoniſtæ & Theologi, ex naturâ rei illicitum illud pactum, quo onus redimendi cenſum venditori iniungitur in euentum, quo penſiones non ſoluat, apud Molinam, *tract.* 2. *diſp.* 391. *n.* 19. vbi ait, quod nec ipſe tale pactum condemnare audeat, tametſi ſanctiſſimè ac prudenter à Pio V. ſit prohibitum, vide notata *ſup. p.* 1. *q.* 2. *n.* 19. Ratio † eſt: 52.
quia ſi pactum redimendi in merum arbitrium emptoris collatum, ſecundum ipſos conſiſtit, vt ſupra *n.* 23. *& ſeqq.* indicatum, multò magis ſubſiſtere debebit, ſi debitoris mora præterea acceſſerit.

Si quæratur † de conſuetudine, teſtatur Olanus apud Felician. 53.
loc. cit. eam conuentionem frequentiſſimam eſſe in regno Nauarræ, & admittendam eâ ratione, quia ad firmiorem cautelam contractus apponitur, & ex ea non minuitur pretium cenſus, tenditque ad faciliorem executionem eius, quod debitor tenetur facere, nempe ad expeditiorem ſolutionem cenſus, aſſeritque hanc eſſe optimam praxin, & facile, ac paratum remedium exigendi cenſum, aut pre-

54. tium, ſi non ſoluatur. Sic etiam † Friderus *loc. cit. §. 6. in pr.* dicit: in obligationibus annuarum penſionum & redituum, ſub emptionis & venditionis contractu initis, ſæpiſſimè has clauſulas haberi: Das im fahl der nit zahlung jährlicher Gülten oder Zinſen/ alßbald die Kauff/ oder Hauptſumma wider zugeben: hoc eſt, quod in caſu non præſtitarum annuarum penſionum vnà cum reſtantibus reditibus, ipſa ſors, & ſumma, vt aiunt, capitalis ſit reſtituenda, &
55. redhibenda. Sic videmus † quotidie tales renunciationes fieri, & creditores, quando cenſus conſequi non poſſunt, à debitoribus quodammodo in vindictam & pœnam, ſortem ipſam exigere, & re-
56. petere. Quemadmodum † non ita pridem in cauſa hæredum D. O. contra ciuitatem N. expertus fui, & non ſine riſu percepi, quod cum cenſuum præſtationem ob calamitatem belli perpeſſam adminiſtratores recuſarent, & impotentiam ſiue impoſſibilitatem ſuam allegarent, illi toti exacerbati mox ſummam capitalem re-
57. nunciarent, & eius ſolutionem inſtantiſſimè vrgerent. Quod † mihi quidem ſatis ineptum videbatur. Nam ſi venditor cenſus, penſiones ſoluere difficulter poteſt, quis non videt, quod totius ſortis refuſio difficillima, & pernicioſiſſima ſit.

58. Nihilominus quia hic † non tam conſideratur, quid emptori facile, vel difficile ſit, quam vt pacta ſeruentur, & creditor ſit ſecurus, ideo Friderus *loc. ſup. cit. §. Verum hiſce,* exiſtimat, pactum illud etiam inſpecto jure poſitiuo, licitum eſſe, & ſuper eo in caſu non ſeruatæ fidei, per viam executionis & mandati, in præſtandis penſionibus pretium ſortemque ipſam à venditore repeti poſſe.

59. Rationes aſſignat tales. Primò: † quia durum foret creditori, & ſorte carere, & iuſtis eiuſdem reditibus non gaudere.

60. Secundò: † pactum hoc à veris alijs emptionibus non eſt alienum: vt enim pretium ad emptorem, ita penſiones ad venditorem reuertuntur.

61. Tertiò † ſortis reſtitutio, & totius contractus reſolutio, magis ex voluntate venditoris, quam emptoris proficiſcitur, primum enim inter contrahentes ita placuit, ergo ita ſeruandum *per Vulg.* tum ſi venditor vlterius obligatus eſſe vellet, vtique penſiones ſolueret,

hoc

hoc dum non vult, vel non poteſt, contractui ipſe vel ſponte, vel neceſſitate coactus renunciare intelligitur, ne cum damno, & iniuria alterius locupletur.

Quartò: † etiam alij contractus ob deficientem partis ſolutionem non rarò corruunt, & tolluntur. 62.

Quintò: † emptor & venditor, pretium & merx, ſiue penſiones, ſunt correlatiua, & ſic quod de vno conſtitutum, id etiam cenſetur de alio, alias enim contractus claudicaret. Si ergo ex parte venditoris reſolutio admittitur, etiam ex parte emptoris reſolutio contractus admittenda videtur. 63.

Ad fundamenta † in contrarium allata facilè videtur reſponderi poſſe, & quidem ad extrauagantes Martini & Calixti, ex ijs non colligi, cenſum cum pacto de retrouendendo in fauorem emptoris illicitum eſſe. Nam licet cenſus, qui in ijs extrauagantibus approbantur, non creati fuerint cum huiuſmodi pacto, inde tamē non ſequitur, cenſus, qui aliter celebrantur, ibi reprobari, Molina *loc. ſæpe cit.* adeoq; in effectu vult dicere, quod conditiones, quæ in iſtis conſtitutionibus traduntur, non fuerint loco formæ præſcriptæ, ſed ita ex facto tantum propoſitæ, illæ quidem approbatæ, cæteræ tamen non improbatæ, vide notata ſup: *p. 1. q. 2. n. 27.* Ad bullam † Pij V. & ſimiles reſpondetur, eas apud nos in Germania non eſſe receptas. 64. 65.

Ad conſtitutionem † Imperialem Caroli V. reſpondet Friderus pactum retrouenditionis ei non eſſe contrarium. Etſi enim in illa interdictum ſit, ne pretij repetitio in arbitrium emptoris conferatur, ita videlicet, vt pro mero ſuo libitu ſortem repetat: tamen inde non ſequi, quod in vnum aut alterum caſum, non ſeruatæ fidei, aut pacti, id non poſſit, quemadmodum etiam conſtitutio præſupponit, quamdiu penſiones præſtantur, aliàs enim duriſſima, & iniquiſſima foret creditoris vel emptoris conditio. 66.

Ad Rationem † primam peti poteſt reſponſum ex *p. 1. q. 1. n. 63. & 64. item n. 73. & ſeqq.* quo me breuitatis cauſa refero, hic autem dico, contractum talem non quidem vſurarium, ſed nihilominus valde ſuſpectum eſſe, & ad palliationes vſurarum, variaſq; iniuſtitias tollendas à Pio V. vt ſupra dictum, improbatum. 67.

68. Ad ſecundam † petatur reſponſum. *exp. 1. q. 12. n. 100. & ſeqq.*
vbi negatum fuit, quod tunc, ſi quis vendat annuum cenſum, tot
videantur venditiones, quot anni.

69. Ad tertiam † Reſpondet Friderus, quamuis moram commiſſam
venditor ſolutione penſionis, vel intereſſe purget, poſtmodum ta-
men eaſdem difficultates experiri fortè emptor ſæpius tenetur, &
abſurdum eſt, vt quis pro ſingulis penſionibus, peculiarem ſemper
proceſſum inſtituat, *Gail. 2. obſ. 74.*

70. Ad quartam † reſpondet: & ſi ſine clauſula mandetur, tamen
fieri poteſt, vt exceptionibus, & vtriuſq; partis allegationibus ſum-
mariè auditis, poſtmodum non refuſio pretij, ſed ſolummodo pen-
ſionum præſtatio, atque cautio iniungatur. Cæteroqui ſi adeò
deſperatæ res venditoris ſunt, vt idoneè cauere non poſſit, aut eum
ad inopiam vergere compertum fiat, ſanè iniquiſſimum foret, em-
ptorem de tota ſorte in dubium venire, & exſpectare cogi, dum
quicquid ſupereſt, peſſum eat, & ipſe nihil penitus recipiat, niſi
paucorum fortè annorum penſiones, quæ & aliàs debebantur in
partem pretij minimè computandæ.

71. Ad quintam † Reſpondet, non tam culpam venditoris, quam
factum non ſoluentis, & intereſſe emptoris, debitum non recipi-
entis, attendendum eſſe, & venditoris in reſtituenda ſorte condi-
tionem non vſq; adeò periclitari, cum ab onere præſtandarum ſin-
72. gulis annis penſionum interea liberetur. Hæc ſunt † fundamenta,
quibus authores in vtramq; partem allegati nituntur. Mihi neque
argumenta Frideri, neque ſolutiones contrariorũ placent, & faci-
le quidem rationes contrariæ vrgeri, & tam ſolutiones, quam ra-
tiones eius impugnari poſſent. Nihilominus tamen

73. Concludo Tertiò: pactum † tale in caſum moræ collatum
valere, idq; per text. Deß H. Reichs deputation Abſchidt de anno
1600. §. Fernes iſt biß anhero / &c. Klärlich verſehen / wan ſich ein
Schuldner in der obligation dahin verbunden das er in Bezahlung
der Jährlichen Gülten ſich ſäumig wurde erzaigen / alßdann der
Glaubiger / ſo balden die Kauff-Summen wider zu geben ſchuldig /
das auff ſolchen Fahl ſtantibus alijs clauſulis executiuis, Mandata

ſine

ſine clauſula erkennet werden ſollen. Cum † itaque habeamus tex- 74.
tum, ceſſare debet omnis dubitatio, quæ haud dubiè etiam apud
Aſſeſſores Cameræ ceſsâſſet, ſi tunc temporis deciſio iam facta fu-
iſſet. Sed quia Friderus anno 1596. tractatum ſuum de mandatis
primùm vulgauit, & deciſio anno. 1600. ſubſecuta fuit, mirum
non eſt, quod ſuper caſu nondum deciſo multùm diſceptauerint.
Quare † cum præſens iſta ſcriptio ad finem tendat, Dd. authorita- 75.
tibus & rationibus ſuperſedeo, idque tantum pro confirmatione
addo, quod etiam ex mente Feliciani. *n 19.* lex aut ſtatutum effici
poſſit, vt ob moram, in ſoluendo reditu commiſſam, debitoris bona
diſtrahantur, & ex eorum pretio & valore creditori ſors cum redi-
tibus, & cenſibus decurſis, integrè reſtituatur, vide notata ſupra *p. 1.*
q. 10. n. 66. & ſeqq. Si ergo † ſtatuto id effici poteſt, cur non e- 76.
tiam pacto, cum ſtatuta dicantur pacta publica, *arg. L. de quibus*
32. ff. de LL. L. 1. ibi communis reipublicæ ſponſio ff. eod. & quod lex poteſt
per prouiſionem, idipſum homo poſſit per conuentionem, *arg.*
L. non impoſſibile 50. ff. pact.

Dicit quidem Felicianus, † id ſolum prohiberi, ne creditor ex 77.
propria conuentione, & authoritate, poſſit repetere ſortem prin-
cipalem, quia id vſuram euidentem ſapit. Cui poſſet † addi: quod 78.
conuentio contra ſubſtantiam contractûs ab initio adiecta non va-
leat, *text. in L. 12. ff. de precario. c. f. extr. eod. Schrader. de contract. rub.*
quib. mod. re contr. §. 1. n. 28. & ſeqq. Verùm † iam ſupra negatum fuit, 79.
pactum redemptionis, ſiue retrouenditionis potius, ex parte emp-
toris vſurarium eſſe. Deinde † ſi vſuræ punitoriæ, quæ propter 80.
moram non ſoluentium pro pœna infliguntur, aut à lege, aut ab ho-
homine, licitæ reputantur, *L. cum quidam. 17. §. ſi. pupillo, 3. in f. ff.*
de vſur. VVeſenb. n. 5. eod. Oldendorp claſſ. 4. act. 23. q. 7. §. vſura. VVeſenb.
n. 9. ff. de vſur: (per Rationem: quod † mora ſit delictum, ſic ergo 81.
meritò puniatur, *Gail. l. 2. obſ. 5. n. 13.*) cur pactum tale punitorium
illicitum eſſet habendum? Similiter † conceditur, repetitionem 82.
ſortis contra naturam, & naturalia huius contractus eſſe, vide no-
tata ſupra *p. 1. q. 1. n. 63.* non tamen contra ſubſtantiam eius, *per tra-*
dita ibid. n. 32. & ſeqq. cum itaque † valeat pactum contra naturalia 83.
contra-

contractus, *L. pacta conuenta 72. & ibid: gl. ff. de contr. empt. L. Lucius 24. ff. depoſiti. L. 25. §. 1. ff. eod. Schrader. loc. cit. vbi vide exempla*, quidni valeret repetitio ſortis, pacto expreſſo conuenta, & in caſum moræ collata?

84. Imò non deſunt, qui putant in caſum moræ repetitioni locum eſſe, licet nihil de ea ſpecialiter inter partes fuerit actum & conuentum, *vide Friderum in verbis ſup. n. 66. allegatis.* Et memini ego ipſe, quendam cenſitorem vſum fuiſſe hoc prætextu, quaſi renunciare liceret ſortem capitalem, non obſtante, quod iuxta naturam huius

85. contractus cenſus eſſet irredimibilis. Id enim dicebat † tam diu procedere, quamdiu venditor, ſiue cenſitus, cenſus annuos ſolueret, ſi autem in mora eſſet, & aliquot annis continuis nihil ſolueret, tunc cenſitorem non eſſe adſtrictum ad legem contractûs ſeruandam, *per L. cum proponas C. de pact.* ad quam Dd. concludunt, quod

86. † quælibet conuentio habeat tacitam conditionem: ſi ſibi fides ſeruetur, *per text. expreſſ. in c. peruenit. de Iurei. & Bald. in L. pacta conuenta ff. de contrah. empt.* vbi dicit, ſi vnus contrahentium deficit in minimo capitulo, quod tunc alteri licitum ſit contractum non obſeruare, *Roland. à Valle vol. 1. conſ. 53. n. 27. & ſeqq. Crauett. p. 5. concluſ. 949. n. 20.* vbi inquit, pacto aut contractu fruſtra eum niti, qui promiſſa in eo non fecit, etiam in re minima.

87. Sed ſi hoc verum † eſſet, ſequeretur, quod idem haberet locum in cenſu reſeruatiuo, ita vt nô ſoluto cenſu, Dominus ad ſe recipere poſſet prædium, contra *c. conſtitutus ext. de relig. dom.* & quæ notat Nicolaus Euerhard. *in locis legalibus loc. 31. ab emphyt. ad cenſ.* item quod omnes contractus, etiam nominati, propter implementum ab altero contrahentium non ſecutum reſcindi, & ad diſtractum agi poſſet, contra regulam, quæ dicit: non ad diſtractum, ſed ad implementum contractus eſt agendum, *gl. poſt text. in L. ſi non 8. C. de contrah. empt. L. ea conditione. 14. C. de contrah. empt. L. 6. C. de actione empti & venditi.* vbi dicitur: venditi actio, ſi non ab initio aliud conuenit, non facile ad reſcindendam perfectam venditionem, ſed ad pretium exigendum competit, ad idem eſt, *text. in L. incivile. 12. C. de rei vind. L. non idcirco. 12. C. de contrah. empt.*

Et.

Et quamuis † ſupra dictum fuerit, in caſum moræ pœnam ſubintrare, tamen non neceſſariò ad reſolutionem contractûs proſiliendû eſt, ſed alia pœna moroſo debitori infligi, & creditor indemnis conſeruari poteſt, ſi ei cenſus vnà cum intereſſe & expenſis adiudicentur, & bona ſpecialiter ſolutioni annuæ præſtationis ſubiecta eo nomine capiantur, iuxta notata. *p.* 1. *q.* 10. *n.* 70. & debitor ad cautionem de ſoluendis in futurum cenſibus præſtandam adigatur, *ibid. n.* 69. 88.

Itaque † breuiter ita ſentio: vel redimibilis eſt cenſus ex parte creditoris, vel irredimibilis. Si irredimibilis, neceſſariò ſequitur, quod non rectè ſors repetatur; ſi redimibilis, tunc iterum diſtinguitur: vel facta eſt renunciatio debito modo, & tempus redimendi elapſum eſt, vel non eſt. In poſteriori caſu plus tempore peteretur, ſi ſors nondum renunciata, vel termino nondum effluxo, repeteretur, *argt. L. vn inf. §. f. ff. quando dies vſusfr. §. ſi quis agens.* 33. *§. ſed hæc inſt. de action.* in priori non malè creditor agit, qui ſortem ex conuentione repetit. Sed nunc ſe offert 89.

Quarta † quæſtio: vtrum etiam hoc tempore, ſi debitor cenſus non ſoluit, ſors capitalis (in caſibus alioquin permiſſis) repeti, & renunciari poſſit? Videri poſſet, quod ſic: quia quod vno tempore licitum eſt, non debet alio illicitum videri. Nihilominus 90.
Dominus † Aiſum *in relo neceſſitatis f.* 24. ſ nunmehr deciſiuè ita reſpondet: Es könne denen/nach der läng angezogener maſſen zu grund vnd boden gerichteten Ständen deß Reichs/ der zeit kein bezahlung jhrer vnd jhrer Vor: Eltern verſchribener Gelt/ Gülten/ weniger die widererſtattung der Kauff. Summen zugemuttet/ vnd aufferleget: am allerwenigſten aber ob non factam partitionem, die Arctiores, vnd deren Effectus, nemblich pœna mandato inſerta, & conſequenter Bannum ipſum an den Halß geworffen werden. 91.

Rationes adducit viginti tres, quæ apud ipſum *loc. cit. & ſup. q.* 2. videri poſſunt. Ex cæteris † omnibus præcipua eſt iſta: quia lex imperij & receſſus deputationis de anno 1600. §. fernere/ & rationes atque auctoritates ſupra allegatæ ſe fundant præciſè in mora: modernis autem calamitoſis debitoribus, ad extremam inopiam reda- 92.

ctis, qui juſtam depauperationis bellicæ excuſationem allegare queunt, nulla mora, nulla culpa imputari poteſt, *arg. L. nulla. 88. ff. de R. I. c. non eſt in mora de R. I. in 6.* licet enim velient, ſoluere tamen non poſſent, *arg. L. mora. 32. ff. de Vſur. Vide ſup. quæſt. 6. n. ſ.*

93. Ergo. Itaque diſtinguendum † videtur inter debitores depauperatos, & per guerram fortunis ſuis ſpoliatos, atque inter eos, qui

94. adhuc in facultatibus poſiti ſunt. Hi citra † controuerſiam ad ſolutionem ſortis in caſibus præfatis adigi poſſunt. Nam cum ab ijs alia debita exigi queant, per tradita in patrocinio *decade 1. q. 1. & 2. per totum,* non video, quid peculiare hoc debitum habeat. Reliqui

95. † depauperati vel in tantum duntaxat conueniri queunt, in quantum ſaluâ congruâ ſuſtentatione facere poſſunt, *vid. decad. 3. patrocin. per tot.* (ſi enim exceptione competentiæ ſe tueri poſſunt in alijs, cur non etiam in cenſibus debitis, *per L. lecta. 40. ff. ſi cert. pet.*) vel ceſſante morâ, ſuper qua redhibitio ſortis fundatur, fortaſſis non ad ſortem ipſam, ſed ſolummodo ad cenſus, quos vel nunc poſſunt, vel tunc poterunt, cum ad pinguiorem fortunam peruene-

96. rint, præſtandos. Ratio: nam † mora ideo punibilis eſt, quia reputatur pro delicto, *vid. ſup. n. 81.* atqui is, qui propter inopiam non ſoluit, nihil deliquit. Quid enim peccauit, ſi per vim, cui reſiſti non poterat, rebus & facultatibus ſuis ſpoliatus fuit? *argu. L. ſi ea res. 31. in pr. ff. de act. empti.*

97. Confirmatur † inde: ſi quis emiſſet domum mille, vel bis mille florenis, in parata ſtatim pecunia, hoc pacto, vt quandocunque vellet, ſtatim iterum venditori redhibere poſſet, iſque nolens volens redimere cogeretur. Hoc in caſu ſi ponamus venditorem calamitate belli ita fuiſſe depauperatum, vt non modò non mille florenos, ſed ne quidem mille cruciferos habeat, & ſi prædia ipſius vendenda eſſent, nunc quadruplo plura, quam ſit domus vendita, alienare deberet, vt ex venditione illorum ſummam mille, aut bis mille florenorum redigeret, quis tam crudelis eſt, qui dicat, eum nihilominus ſoluere, & cum ſuo tanto incommodo prædia alienare

98. debere? Nunquid † rectè exciperet dicendo: rem non eſſe in eodem ſtatu, de caſu iſto improuiſo non fuiſſe tempore contractus cogita-

cogitatum, prôinde tacitè exceptum, *arg. L. cum quis. 38. in pr. ff. de ſolut.*

Si autem † pactum retrouenditionis in prædijs venditis ad calamitoſa noſtra tempora non porrigitur, cur porrigeretur in cenſibus, ſub pacto retrouenditionis celebratis? cum eadem ſit ratio in fundo, quæ eſt in cenſu vendito, *Paul. Buſius de annuis reditibus. l. 2. c. 11. n. 4.* Cum his æquitatis rationibus videmus etiam concordare praxin quotidianam noſtrorum tribunalium, in quibus debitor vel ad ſoluenda capitalia minimè condemnatur, vel contra condemnatum nulla executio ſuſcipitur; vel prorſus à iudicando abſtinetur, atque arbitri ad compoſitionem inter partes faciendam, certosque ſolutionis terminos præfigendos à magiſtratibus dantur: vel reſcriptum conceditur, ne ad certum tempus creditoribus ſors ſoluatur. 99. 100.

Quemadmodum † huius rei locuples teſtis eſt præclariſſimus Dominus Guilielmus: Anton.: de Freudenberg in egregio tractatu *de reſcript. moratorijs tract. 3. concluſ. 4. n. 47. f. 50. lit. ff.* his verbis: ſi quoties vel Martis inclementiâ, vel quocunque caſu fortuito principum ſubditi eò paupertatis redigantur, vt difficile ſit paratam habere pecuniam, in qua tamen ſolutionem fieri ſibi creditores de promiſſo acerbè ſolicitent, hoc caſu poterunt Prouinciales illi à Principe ſuo impetrare reſcriptum, ne ad certum tempus creditoribus fiat ſolutio, ſaltem in ſorte, ſeu capitali; & vt ipſi interim recipiant intereſſe, vel vſuras, ad quas debitores illis alioqui tenentur, vel teneri eos æquum videbitur. Hanc † prouiſionem Sereniſſ: Electorem Brandeburgicum, ad ſtatuum propoſitionem ſiue inſtantiam in prouincijs ſuis ad Albim & Oderam ſitis 22. Iunij. 1630. ad anni vnius ſpatium feciſſe debitoribus, Das ein gantzes Jahr lang auff die Zinßbare capitalien / keine execution, in denen zwiſchen der Elbe vnd Oder gelegenen Craiſſen angeordnet / auff die Zinſen aber ohne auffenthalt / vblichen gebrauch nach verholffen werden ſolle: addita ibidem *paulo ante verſ.* zumahl ratione hac: weil Ihr Churf: Durchl: befunden / das durch die ſchwähre Executiones den creditoren wenig / oder wol gar kein Nutz geſchaffet / die debitores aber hingegen / vmb einer oder zweyer Poſt willen / die jhnen ſonſt bey ruhigen Zeiten abzutragen gantz zuſchwähr 101. 102.

waren / alſo verdorben werden / daß ſie andern ihren creditoribus keine ſatisfaction machen / Ja es eſſt / da ſie doch weit mehr Gütter als Schulden haben / zum concurſu gerathen / vnnd ihrer Gütter adminiſtration in eigennützger Curatorum Hände fallen laſſen müſſen / vnd alſo auff einmal vmb allen credit vnd wolſtandt kommen / &c. eamque in hunc vſque diem vigere, conſtat.

103. Quod † autem talia ſtatuta, de non renuncianda vel repetenda ſorte capitali à debitoribus calamitate belli depauperatis, fieri poſſint, nullum apud me dubium habet: quia ex natura contractûs cenſualis ſors, ſiue pretium reuocari non poteſt, vide notata *ſup. p. 1. q.*
104. *1. n. 63. & hac ipſa q. 12. n. 9.* & licet pacta † in contrarium ſint valida, tamen quia Iuri communi aduerſantur, ſunt vt ſup. n. 32. dictum eſt, odioſa, *per tradita Caniſij ad reg. odia 15.* periculoſa, à pleriſque viris doctis pro ſuſpectis habita, & ſi non improbata, ſaltem diſſuaſionibus in dubium vocata, quid igitur impedit odia reſtringi, *c. odia. 15. de R. I. in 6.* jus commune, tanquam fauorabile ampliari, & quia res facile ad ſuam naturam, & ius commune redit, *L. ſi vnus. 27. §. ſi pactus. 2. verſ. quod & in ſpecie ff. de pact. c. venerabilis. 21. ext. de conſib. gl. Clement. 2. circ. f. v. non contradicentibus ff. de V. S.* pacta illa vel caſſari, vel vim & effectum in vno vel altero caſu ipſis adimi.

Epilogus

Epilogus.

ET hæc ſunt, quæ in hac materia cenſuum, germano ſinceroq; cordis affectu, nullâ aliâ ratione, niſi zelo juſtitiæ motus, liberè dicere, & candidè aperire volui. Quæ tamen omnia cenſuræ S. Matris Eccleſiæ, & ſuperiorum meorum, nec non aliorum virorum Doctorum iudicio, humiliter & deuotè ſubmitto, paratus non modò meliùs ſentientes, & à me quoque diſſentientes (dummodo debita cum modeſtia mihi contradicant) patienter audire, verùm etiam relictis meis opinionibus ſaniora conſilia libenter ſequi.

Proximum nunc eſſet, vt etiam illud examinarem, ad quas perſonas, & ad quæ debita eiuſcemodi leges & ſtatuta de remittendis cenſibus, vel iam facta, vel poſthac facienda, ſaluâ iuſtitiâ extendi poſſent, & deberent, an videlicet ad ipſum legiſlatorem & ſtatuentem? an ad Eccleſiam & Eccleſiaſticas perſonas? an ad pias cauſas? an ad creditores extra territorium ſtatuentium poſitos? an ad debitores illos, qui caſus fortuitos in ſe ſuſceperunt, quiq; omnibus beneficijs renunciârunt? an ad debita pauperum, pupillorũ, viduarum, orphanorum, eorumuè, qui ipſimet magnas calamitates fuerunt perpeſſi? an ad ea, quæ juramento, tranſactione, vel ſententiâ iudiciali fuerunt confirmata? an ad debita recens, vel ipſo tempore belli contracta, an ad futura & ſuperuenientia? & ſimilia alia. Sed quia materia iſta paucis abſolui nequit, & ego inter plures alios labores, diſtractiones, & curas vtcunq; fatigatus ſum, inſuper præſens rerum ſtatus ita conturbatus eſt, vt arma legibus imperare, vel eis ſilentium rurſus imponere, & prioribus nondum ſopitis noua jurgia ſuſcitare velle videantur: ideò calamum meum tamdiu remitto, donec poſt aliquam reſpirationem animaduertero, hanc meam operam lectori beneuolo non ingratam accidiſſe.

Interim CHRISTVM Dominum & Saluatorem noſtrum (qui de cenſibus interrogatus reddere juſſit, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt DEI, DEO) ex intimo cordis affectu humillimè rogo, vt pacem ſuam nobis dare, Principibus Chriſtianis veram concordiam donare, eorumq; animos ita placare dignetur, vt redditis reddendis juſtitia & pax ſe iterum oſculentur, veritas in terra oriatur, iuſtitiaq; de cælo proſpiciat. Quo facto haud dubiè Dominus ipſe dabit omnibus benignitatem, & terra noſtra dabit iterum fructũ, & reditum ſuum, ita vt miſeri & afflicti debitores ad meliorẽ fortunã reuerſi ſeſe iterum recolligere, vnà cum creditoribus ſuis in pace, quiete & tranquillitate ſecuri viuere, & ab omni bello, tam forenſi, quam caſtrenſi, liberi eſſe mereantur. Ita voueo, ita ſupplico, ita calidiſſimis ſuſpiriys precor, & opto. Ingolſtadij in feſto S. Catharinæ Virginis, Anno 1642.

APPROBATIO
Admodum Reuerendi Spectabilis Domini
Facultatis Theologicæ Decani.

Primarium hunc conflictum Belli Ciuilis inter rigoroſos creditores, & calamitoſos debitores, adornatum à Nobili & Clariſſimo Domino CASPARO MANZIO I. V. Doctore, & Profeſſore ordinario, ſpectaui, legi, & vidi omnia eius in FIDE ſana, in MORIBVS integra, in IVRE ſolida, atq; ad componendum huius temporis, MEVM & TVVM, omnium malorum Seminarium, cumprimis opportuna: quare publicã datura pacem, publicam merentur lucem.

Ita cenſeo

LEONARDVS BILDSTAIN è Societate IESV, SS. Theol. Profeſſor, & pro tempore Decanus.

Sequitur edictum Herbipolenſe, cuius ſæpe in hac ſecunda parte facta fuit mentio.

VOn Gottes gnaden/ Franciſcus/ Biſchoff zu Bamberg vnd Würtzburg/ Hertzog zu Francken/ ꝛc. Wir haben von zeit vnſerer mit Gottes gnädiger hilff wider eroberten Landen vnd Leuthen/ von Hohen vnd Nidern/ Geiſt: vnd Weltlichen Standsperſohnen/ vermittelſt einkommener vnderſchidlichen Klag: vnd Relationen, ſo Schrifftlich vnd Mündlich vilmahls vernommen/ welcher geſtalt wegen der/ von deß Königs in Schweden feindtlichen Einfall/ ſeythero vertagter/ bißher noch anſtändiger Gült: vnd Erdenzinß/ Wein: vnd Getrayd Gült/ Nachſtewr/ Einzug: Beſtandt: Beth: Getraydgelter/ Handlohn vnd Beſthäupter/ ſich allerhandt ſtritt vnd jrrungen/ ſo wol in/ als auſſer Gericht einreiſſen/ vnd gezweiffelt werden wollen/ ob auch erſtgedachte diſe/ vnd dergleichen/ hinderſtändige Gefäll/ bey dem/ deß Heyligen Reichs kundtbaren/ zumahl aber vnſerer/ leyder in grund verderbten Leuthen/ erlittenem zuſtand/ köndten gefordert/ vnd ſie die noch wenig vbrige/ arme Vnderthanen/ mit Recht vnnd Billichkeit zubezahlen gehalten werden; Haben derowegen zu abwendung allerhand weitläufftiger/ vnnöthiger/ koſtbaren Klag: vnd Proceſſen, den Schuldherren ſo wol/ als den Schuldner dauon zuentheben/ vns mit vnſerm Ehrwürdigen Thumbcapitul/ vnd etlichen von vnſern gehorſamen Landtſtänden/ als vil bey deren noch immerwehrenden/ beſchwärlichen Kriegsläuffen zuhaben geweſen/ auff vorhergangene nachmaliche reiffe deliberation, eines gewiſſen Schluß hierüber/ von Puncten zu

Puncten

Puncten verglichen/ vnd zu jedermenigklichs beſſerer nachricht/ in diſem vnſerem Stifft Würtzburg/ offentlich zu publiciern befohlen. Als folgt/

Zum erſten/ von allerhandt Grund: vnd Erdenzinß.

Nemblich/ weil ſich befindt/ daß die Gelt/ Hüner/ Gänß/ Lambsbeuch/ Wachs/ Vnſchlicht/ Oel vnd dergleichen Zinß/ meiſtentheils auff die Gründt/ Häuſer/ Weinberg/ Acker/ Wiſen/ vnd andere ligende Gütter/ nur zum beſtandtpfenning gemeint/ vnd vor altem geſchlagen worden ſeyn/ ſoll es darbey billich gelaſſen werden/ vnd iſt ein jeder Beſitzer/ auß deſſen Grundt/ ſolche Jahrzinß folgen/ bey verpfändung/ auch nach begebenheit der ſachen/ derſelben Gütter gäntzlichen verluſt/ allen hinderſtandt/ ſonder eintziges nachdencken/ der vergangenen Kriegs vnd Mißjahren/ von ſtucken zu ſtucken/ oder da er will/ vnnd hiermit die wahl haben ſoll/ den billichen Werth darfür/ wie ſolche ſtuck ſonſt inß gemein/ im Jahr 8. 29. vnd 30. zu Fridenszeiten golten haben/ zubezahlen ſchuldig. Zum Exempel: ein Faßnachthun vmb 8. Kreützer/ ein Martins: oder Michaelshun vmb 6. Kreützer/ ein Sommerhun vmb 4. Kreützer ein Ganß vmb 12. Kr. ein pfundt Wachs vmb 20. Kr. ein pfundt Vnſchlicht vmb 4. Kr. vnd 1. Pfenning/ ein Lambsbauch vmb 8. Kr. vnd 2. Pfenning/ vñ fortan jedes ſtuck/ was auch ſey/ Oel/ Ayer/ Käß/ Häring/ vnnd dergleichen mehr/ in dem werth/ als in erſtbenanten Jahren iſt gäng vnd gab geweſen/ doch ſoll auch diſer Anſchlag nit auff künfftige/ ſonder allein auff die verfloſſene 31. 32. biß 35. Jahr excluſiuè (inner den diſe Gefäll wegen eingeriſſener Theurung vil zu hoch geſtigen) noch weniger aber zu

einiges

einiges Menſchen/ Stifft/ Cloſter/ oder Spitals præiu-
diz; ſondern allein dahin zuuerſtehen ſeyn/ das deß gemei-
nen Mannß mit vnuerſehener ſtaigerung verſchont/ vnd
niemand wider Billichkeit beſchwert werde/ inmaſſen wir
vns dann hiemit außtrucklich vorbehalten haben wollen/
auff folgende Jahr vnd begebende fäll/ jedermenigklich/
nach außweiſung der Saal/ Lehenbücher/ vnd anderer be-
weißthumb/ ſo offt das noth ſein wirdt/ in: vnd auſſer Ge-
richt/ als ſich das der ſachen gelegnen beſchaffenheit nach
aignen wirdt/ ohnuerlängt gebührendes Recht zuertheilen.

Zum andern/ von Beſthäuptern vnnd Handtlohn.

Mit den Beſthäuptern vnd Handtlohn aber/ ſo ent-
weder auff deren jetzt erſternanten Güttern Beſitzer ablei-
ben/ oder auff Kauff: Außwechſel: vnd veränderungs fäll/
entricht zuwerden pflegen/ wollen wir/ daß/ demnach der
meiſte theil vnſerer in grundt erarmbten vnnd verderbten
Landen/ Stätt/ Flecken/ vnd Dörffern/ eingeſeſſene Vn-
derthanen vnd Inwohner/ zuuor ſchon/ entweder vom bit-
tern Hunger/ Kummer/ vnd Hertzenlayd geſtorben vnnd
verdorben/ oder aber die noch im Leben ſeyn/ ſich eben von
deßwegen vnſers Stifftes geeüſſert haben/ damit ſie jhre
Nahrung ſovil ehender anderwerts vermeintlich gewinnen
möchten/ daß deren durchgehendes mit den Beſthäuptern/
Weib vnd Kinder nicht noch mehrers vber deren Eltern vñ
Ehemännern vnzeitlichen Todt/ damit zubekümmern/
gäntzlich verſchont/ das Handtlohn aber den Verkauffern/
welche ohngezweiffelt bey diſen Zeiten/ nicht mit willen/
ſondern auß lauterer noth ſich der beſchwerlichen Läuffen
ſovil ehender zuentretten/ verkaufft haben/ auß genaden al-

lerdings nachgelaſſen werde. Hingegen aber die Kauffer ins gemein/ vnd ohne vnderſchied/ es haben auch die Contrahenten mit einander ſich verglichen gehabt/ wie ſie wollen/ daß der Verkauffer/ oder Kauffer allein geben muß/ den halben theil/ deß ſonſt Landtläuffigen Handtlohns/ von 100. 5. gerechnet/ in allweg zubezahlen/ gehalten ſein ſoll.

Zum dritten/ von Nachſtewr/ Einzug: vnd Bethgeltern.

Hierauff folgt nun von ſelbſten/ nach dem vnſere arme Leuth vñ Vnderthanen von zeit deß Königs in Schweden feindlichen Einfall/ von jhren Häuſern/ Hoffſtätten/ vnd allen Güttern/ durch ſo langwirige/ vil vnderſchidliche newerliche rantiones, anlagen/ vnd beſchwerden getrungen worden ſeyn/ wider jhren willen zulaſſen/ vnd ſo gut jeder vermögt/ hin vnd her/ anderwerts ſein vnderſchlaiff zuſuchen/ daß ſie auch von Rechts vnd Billichkeit wegen/ der Nachſtewr/ Einzug/ vnd Bethgelter/ auff das Jahr 1636. excluſiuè, zuerlaſſen ſeyn/ alßdann wir dieſelbige in anſehen deren oberzehlten/ leyder mehr/ dann zuuil außgeſtandener Trübſeligkeiten/ Stewrl/ Beth/ vnd vnerhörter aufflagen/ hiemit in gnaden/ ein für alle mahl/ erlaſſen haben wollen.

Zum vierdten/ von Wein vnd Getrayd Gült.

Betreffend die Wein: vnd Getrayd Gült/ obwohlen ſolche dem Grund vñ Boden vornemblich/ ſelten/ oder wol gar nicht/ dem Einkommen vnd jährlichen Renten daruon/ folgen vnd anhangen/ gleichwol aber/ allem verſtandt/ vñ der natürlichen erbar; vnd billichkeit gemäß iſt/ daß die jenige

tige Gütter/ deren die Einhaber ohn jhr verſchulden/durch lautern vnfahl/ nichts genieſſen können/ für Herꝛnloß vnd verlohꝛen zu achten ſeyn. So wollen wir in betrachtung deſſen/ zumahl ohne das im 2. auch 33. Jahꝛ/nicht allein der Weinwachs mercklichen ſchaden erlitten/ vnnd faſt nichts erwachſen iſt/ ſondern auch an Früchten/ das wenigſt Einkommen/ noch weniger aber/ mit ruhe/ ſonderlich zu nutzen der Vnderthanen vom 31. an biß auff das noch gegenwertig lauffendes 36. Jahꝛ exclusiuè, eingebracht vnd angewendt werden können/ daß die jetzt erſtgedachte gantze fünff Jahꝛ vber/ noch auß: vnd hinderſtändige Wein: vnd Getrayd Gült/ allerdings/ vnd von deßwegen ſonderlich gefallen ſein ſolle/ damit der ſchuldige arme Hecker: vnnd Baurßmann/ ob ſeinen Güttlein/ wegen deß inmittelſt darauff erwachſenen hinderſtandts/ vnd der noch täglichen einfallender beſchwernuſſen/ nicht zuuil verzag/ die Felder gar öd vnd ohngebaut zu ältern werden laſſe/ ſonder mit ſo vil deſto beſſerem fleiß vnd eyfer/ dieſelbige anzurichten gedencke/ damit Er/ Weib/ vnd Kind/ deren/ ſo vil möglich/ genieſſen/ ſich wider erholen/ in gebührender Trew vñ Lieb einander deſto beſtändiger beywohnen/ als wol der Gültherꝛ/ ſeiner ſchuldigkeit/ auff künfftig ehender habhafft werden kan. Was aber entzwiſchen benambſten Jahren daran allbereit bezahlt/ oder auch ſonſten zugeben verglichen/ vnd abgeredt worden iſt/ dabey ſoll es allerdings gelaſſen/ der Gültherꝛ nichts wider zuruck/ vnd herauß zugeben ſchuldig ſeyn/ ſondern auch/ was bedingt/ vnd ſich der Gültmann zubezahlen erbotten hat/ ob das ſchon würcklich noch nicht were entricht worden/ zu vollziehen hiemit ein für allemahl gehalten werden.

Zum fünfften/von allerhand Beſtänden/Contracten vnd deren Schuldigkeit.

Ein andere meinung hat es mit der Hoff: Mühl: Zehend: Wiſen: vnd mehr anderer Beſtänder/ was nahmen die ſeyn/ jährliche vnd jede Jahr auffs new abbeſtandener Gelts/der Getrayd Gült/dann als vil den Zehend betrifft/ ſo dann erſt meiſtentheils/ wann das Getraid gefurnt/ vnd die Ernd beyhanden iſt/ ſonderlich von den vermöglichſten/ oder aber den jenigen beſtanden wirdt/welche jedes orths zu Dorff vnd Feld beſte gelegenheit vnd nachricht wiſſen/ was ſie ohngefähr werden einſamblen/ vnd geben könden/ oder nicht. Als wöllen wir/ daß bey diſem der Zehendbeſtändern jhrem einſt getroffenen beding/ ohne vnderſchid der Jahren/ es allerdings/ ſo lang vnd vil gelaſſen werde/ biß bewiſen würdt/ das einer/ oder der ander/ deß Zehends auff dem Feld/ von den durchziehenden/oder auch einquartierten vnbändigen Kriegsvolck bey nahe zur helfft/ oder darüber gefehrt worden ſey. Welches fals/ wie recht vnd billich iſt/ das zwiſchen den Zehendherrn vnd Beſtändern/ ein leydenlicher vergleich gemacht werde; Alſo befinden wir auch/ daß bey allen den vbrigen Hoff: Hauß: Mühl: vnnd Wiſen Beſtänderen/ eine gleich: vnd billichmäſſige nachlaß/ nach proportion vnd außthailung deß genoſſenen beſtandts/ vmb ſo vil mehr getroffen werdt/ daß diſe/ bey anfang jhres beſtandts/ nicht ſo wol haben wiſſen können/ wie lang ſie darbey möchten gelaſſen werden/ vnnd was ſie das gantze Jahr durch werden daruon genieſſen können/ als eben die andere/ ſo die Ernd deß beſtandenen Zehends vor der Thür/ auch der Soldateſca gelegenheit/ in ſo kurtzer zeit/ gut wiſſenſchafft wol gehabt/ oder haben können/ vnnd ſich daher

jedes-

jedesmals beſſer / dann die andere haben wahrnemmen / vñ vorſehen mögen vnd können.

Zum ſechſten / von Intereſſe hingelihener Hauptſumma

Mit den außgelihenen / vnd mehr andern verzinßlichen Schulden / was nahmen die ſeyn / vñ woher ſie jmmer rühren vnd beſtehen mögen / obwohlen in krafft der allgemeinen beſchribenen Rechten / darfür möcht können gehalten werden / daß ſolche ohne vnderſchid zuuerzinſen ſeyn. So wollen wir gleichwol auß denen / beym hieobigen vierten Puncten eingeführten / vnd mehr andern erheblichen / vns bewegenden vrſachen / vor vns / vnſere Nebenſtiffter / Klöſter / Spitäler / vnd andere eingeſeſſene Gläubiger vnd Vnderthanen / dem armen verderbten Mann inſonderheit zum beſten / hiemit wolmeinend geordnet haben / das durchgehends / zwiſchen allen vñ jeden / vnſern vñ vnſers Stiffts Würtzburg Geiſt: vnd Weltlichen / Hohen: vnd Nideren ſtandtsperſohnen / wer / vnd was nahmen die auch jmmer ſeyn / ſo vnſer Landtsfürſtlichen Ober: Herrlich: Gerecht: vnd Bottmäſſigkeit allein verwandt / vnd zugethan ſeyn / auch darzu ſich würcklich bekennen werden / die von S. Burckardi / deß 1631. biß wider Burckardi deß verfloſſenen Jahrs 1634. excluſiuè, verfallene / noch außſtändige ohnbezahlte Zinß / ſo wol actiuè, als paſſiuè zufordern vnd zugeben / gefallen ſein ſollen; deß verſehens / es werde je einer mit dem andern die beſtimbte wenige drey Jahr vber gedult haben / vnd ſeines mit angehörigen Vnderthanen augenſcheinlichen erbärmlichen zuſtandt / vnd vnuermögenheit / darumb ſonderlich behertzigen / daß / wann er / als Glaubiger / ſchon etwan ſolt haben die vertagte zinß beharren wol-

len/ daß doch ſein Schuldner/ jhn ſchwerlich/ vnd villeicht nimmermehr/ die zeit ſeines Lebens/ dörfft zubezahlen gewuſt/ ſondern vmb diſes einzigen außſtands willen/ den er nicht zuerſchwingen getrawet/ die verſetzte Gütter gar haben öd ligen laſſen/ vñ alſo zu ſampt den Zinſen/ die Hauptſumma/ wo nicht verlohren/ doch gefährt worden seyn. Welches wie nun allein von hinderſtändigen/ vñ nicht den inmittelſt entrichten Zinſen/ lauter vnd klar zuuerſtehen iſt: Alſo wollen wir/ daß/ ſo der Schuldner die Jahr vber an Zinß bezahlt hat/ nicht mehr abgezogen/ ingleichem der ſich mit ſeinem Schuldherrn ein gewiſſes zugeben verglichen hat/ dem getroffenen vergleich nach zuleben/ gehalten werd/ vñ alſo deren beeden keiner/ diſer vnſerer verordnung weiter zugenieſſen haben ſoll.

Zum ſibenden: von außgelihenen Früchten.

Ein faſt dergleichen verſtand vnd mainung/ hats auch mit den Getraidt Geltern/ dann wie von vns/ vnſern am Stifft/ nechſt abgeleibten Herrn vnd Vorfahren Chriſtſeligen andenckens/ auch den Nebenſtifftern/ Klöſtern/ Spitälern/ vnd andern ins gemein/ den Vnderthanen mit Getraid vnderſchidlich/ zu jhrer ohnentbarlichen nahrung auff einen leydenlichen anſchlag iſt außgeholffen worden. Alſo wollen wir auch/ daß ſolche Gelter/ ohne einigen Zinß oder Auffſchlag/ nach vnd nach/ ſo vil den armen Leuthen zuthun/ jedesmals möglich ſein wirdt/ vnnd ſie auch werden wol thun können vnd mögen/ jhres gefallens mit Wein/ Getraidt/ oder Gelt/ zu Friſten nur entricht vnd bezahlt werden ſollen/ wie wir dann vor vns/ vnd vnſeren Stifft ſo weit entſchloſſen/ nach geſtalt deß Außſtands/ vnnd deß Schuldners vermögenheit/ mit jedem vermittelſt vnſerer

Cammer

Cammer/ oder der Beampten auff dem Landt/ abſonderlich der geſtalt/ in gewognen gnaden tractirn zulaſſen/ daß/ ob GOtt will/ ſich niemand zubeſchweren/ ſondern vilmehr gehorſambſt zubedancken haben ſoll/ nicht zweiflend/ andere vnſere Nebenſtiffter/ Klöſter/ Spitäler vnd darleihende Vnderthanen ſich hierinn auch alſo erweiſen werden/ wie es der zeit beſchwerlichen Läuffen / dann die natürliche Chriſtliche Lieb/ Erbar: vnd Billichkeit ſelbſten erfordert/ geuolgig/ auch wir deßwegen aller Klag wol enthebt/ vnd geübrigt ſein mögen. Welches alles/ wie wir jetzt/ der zeit vnvermeydenlicher beſchaffenheit/ vnd der ſachen vnderſchidlicher vmbſtändt gelegenheit nach/ in vorgeſetzter ordnung zuentſcheiden / hoch nothwendig / als nutzlich erachten. Als befehlen wir auch/ diſem nach/ ſolches zu mennigklichs nachrichtung/ auff offner Cantzel/ oder dem Rathauß / wie es jedes orths herkommen/ ſo baldt offentlich verkündt vnd abgeleſen/ dann fürthers an gehörigen orthen angeſchlagen werden ſoll. So wir vns dann alſo zugeſchehen/ verſehen/ vnnd gegeben in vnſerer Haupt: vnnd Reſidentz Statt Würtzburg/ vnder vnſerm vorgetrucktem Fürſtl: Secret Inſigel/ Dinſtags den 15. Aprilis/ nach Chriſti vnſers Herrn vnd Seligmachers Geburt/ in dem Sechzehenhundert Sechs vnd dreyſſigiſten Jahr.

SVM-

SVMMA EDICTI

A Philippo II. Rege Hiſpaniarũ, vlt. Octob. Anno 1587. in Belgio publicati, prout eam Franciſcus Zypæus IC. ProtoNotarius Apoſtolicus, Canonicus officialis & Archidiaconus Antuerpienſis, in notitia Iuris Belgici recenſet.

1. VAſtatis † igitur Ciuili bello prouincijs Belgicis, Rex miſeris Debitoribus ſuccurrit, primò, vt quorum poſſeſſiones inutiles Dominis fuerunt, ADVERSVS EOS EORVMVE BONA PROCEDI NON POSSIT, PER ARRESTA, AVT EXECVTIONES, ſed Creditores tenerentur adire per libellum ſupplicem Concilia regia, ſeu alios Iudices idoneos, vbi De-
2. bitores euocati, quod videbitur, reſpondeant: niſi † latitent, aut ſuſpecti ſint de fuga, qui detineri poſſunt, vſque ad præſtitam cautionem.

3. Allegantibus † Debitoribus damna, & poſſeſſionum vaſtationes veriſimiles, dabantur Commiſſarij, qui partes REMISSIONE ALIQVA, AVT DILATIONE DEBITI redderent concordes.

4. Si minus † id obtentum erat; ſummariè inſtituebatur liticula ſuper varietate damnorum, ATQVE INTERIM CREDITORVM ARRESTA ET EXECVTIONES CESSABANT.
5. Id tamen † quod auditis partibus per prouiſionem, ſeu aliâs decernebatur, non obſtante appellatione executi-
6. oni mandabatur. RESTITVIT † REX IN INTEGRVM OMNES,

OMNES, QVORVM DAMNO RES A CREDITORIBVS SVBHASTATÆ ERANT, dummodò † ſumptus & lapſos canones ad moderationem Iudicis ſoluerent, † & ſi in tertiam manum deuenerant cum graui læſione, poterant literas reſtitutionis obtinere, quatenùs juſtum æquumque videretur. Quibuſcunque † reditibus non ſuberat perſonalis obligatio, & hypotheca inutilis fuerat, DABATVR REMISSIO OMNIVM ANNORVM, QVIBVS SERI, METI, AVT HABITARI NON POTVERAT. Si tamen † exigui ſint canones, vt potiùs in recognitionem dominij deberi cenſeantur, inſpecto valore pacifici temporis, quàm mercedem perpetuæ conductionis, non dabatur remiſſio, ſed duplicabatur canon vſque ad integritatem ſolutionis: & debitor † deſignare tenebatur omnes hypothecæ terminos, quò clariùs fructuum ratio iniretur; ſpectabaturque valor ſpecierum debitarum communis per annos antea decem; VETEBATVR QVE † EXIGI RIGIDIVS INIQVORVM TEMPORVM. Præſtationes, † quæ rationem mercedis annuæ referebant, remittebantur pro ratione damni, quod ſumptu Debitoris probaretur. Ad hoc † genus ſpectare cenſentur præſtationes, quæ ſeptimam partem prouentuum excederent, ad priùs, quæ non excederent. Hæc de reditibus, Iuribus, præſtationibus annuis. Quoad † verò mercedes rerum conductarum, INTEGRÆ REMITTEBANTVR, vbi nihil fructuum haberi potuerat; pro parte, vbi pars fructuum obuenit, parte Conductor fruſtratus eſt, ſecundum pleniores diſtinctiones Iuris. Quod † verò ſpectat ad reditus cuiuſcunque generis, quibus ſubeſt perſonalis obligatio, rigore cuius Debitores, quorum bona jacent proſtrata,

7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.

17. exigi tamen poſſent, nihilominùs † quod eâ ratione mul-
18. ti afflicti peſſumdari poſſent, ET † DAMNA DIVISA MI-
NVS LÆDANT, SI QVISQVE DE PVBLICO MALO ALI-
19. QVID SENTIAT, præſertim in reditibus† pecuniâ emptis,
NATVRA SVA SATIS ODIOSIS, qui ea propter realibus
20. perſonales fauorabiliores cenſeri non debeant, † ex æquo
& bono edixit Rex, vt vbi notabilis jactura debitoribus
obvenerit, DILATIO CONGRVA tribuatur; vbi omni-
bus prouentibus exciderint, REMISSIO fiat ad ratam tem-
21. poris & proportionem jacturarum. Habitâ † enim ratio-
ne ſtatus conditioniſué debitorum, quibus ipſa re-
22. miſſio proficiat, † & ſolis, non autem
tertijs, &c. *vide Dn. Aſſum*
f. 56. & ſeqq.

FINIS.